
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 M E
42

DE ELECTIONE ET POTESTATE PRAELATORVM,

ET ALIORVM OFFICIALIVM REGVLARIVM.

TRACTATVS

In quo omnia sunt vel ex Theologica doctrina, vel ex vno, seu altero iure desumpta, & testimonijs Theologorum, Summist. seu vnius, vel alterius iuris interpretum, præsertim verò SACRAE ROTAE ROMANAE confirmata, & quotidianæ praxi accommodata.

AVCTORE

FRATRE SIGISMVNDO A' BONONIA

Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum.

Aliàs IACOBO FEDERICO Sacræ Theologiæ, & Iuris Pontificij professore.

REVERENDISSIMO PATRI

HIERONYMO A' CASTRO FERRECTORVM.

Concionatori Capuccino, Visitatori, Reformatoriq; Apostolico omnium vtriusq; sexus Regularium, Comprotectori generali earum Religionum, quæ speciali Protectore Orbantur, &c. Dicatus.

Cum Indice dubiorum, & altero rerum, & verborum copiosissimo.

Et item cum Additionibus eiusdem Authoris in calce operis.



Bononiæ, Apud Hæredes Ioannis Rossij. 1626. *Superiorum Permissu.*

ET PRIVILEGIO AMPLISSIMO.

REVERENDISSIMO PATRI HIERONYMO A'CASTRO FERRECTORVM

Concionatori Capuccino Visitatori, Reformatoriq; Apostolico omnium vtriusq; sexus Regularium, Comprotectori generali earum Religionum, quæ speciali Protectore orbantur, &c.

F. Sigismundus Federicus à Bononia eiusdem Ordinis Professus vtramq; salutem.



ICERONIS est dictum, Reuerendissime Pater, *In suadendo nihil est optabilius quàm dignitas.* Vnde audacis esset animi, hunc qualemcumq; laborem ab authore ignoto, & humili publicis Religiosorum literis, monumentisq; consignari, nisi eidem operi splendorem ex clarissimo, Religiosissimoq; Patrono conciliare studerem. Te igitur, Reuerendissime Pater, ex omnibus eligo vnum, qui non solùm huius nostri celeberrimi Ordinis eminentiores Prælationes, altioraq; Officia tot annis summa cum laude sustinuisti, atq; adeò honestasti; verum etiam nunc super omnes regularis instituti cultores in amplissimo dignitatis, authoritatisq; gradu ita es locatus, vt quid sublimius dici, excogitariuè non posse videatur, cum iuxta propheticum Oraculū SVPER OMNEM GLORIAM PROTECTIO nempè tua, qua cum grauissimorū collegarum tuorum senatu tot Religiones foues, & omnes ad melioris vitæ frugem, seuerioris q; disciplinæ rationem instruis, vtpotè qui morum integritate, ac prudentiæ nitore ita præfers illustre quoddam sanctitatis, ac regiminis specimen, vt ad illud tanquā ad domesticum, & viuum exemplar (pace modestiæ tuæ dixerim) se totus Religiosorum cætus componat. Quocirca tractatum hunc fortissimis his tibi debitum argumentis non dico, sed soluo; non dono, sed reddo. Tuus enim est, quia tua maxima dignitate informatur, tua insigni authoritate roboratur, tuaq; singulari virtute mirum in modum ornatur, ac cōdecoratur. Cæterum D.O.M. deprecor, vt Te virum amplissimum vniuersæ Religiosorum Reipublicæ, Ecclesiæq; suæ seruet incolumem, ac nouis quotidie cælestium donorum augeat incrementis. Vale.

Isa. 4.

SVMMA PRIVILEGII PONTIFICII.

S. D. N. Vrbani Papæ VIII. diplomate sancitum est ne quis sine speciali licentia Fratris Sigismundi Federici à Bononia Capuccini, vel aliorum ab eo causam habentium tractatum de electione &c. alias sub nomine Iacobi Federici quo ipse Frater Sigismundus nuncupabatur antequam habitum Capuccinorum suscepisset, impressum, & nunc sub eiusdem Fratris Sigismundi nomine euulgatum, per decennium ab editione dicti tractatus imprimat sub vllo ex prædictis, aut quocunque alio nominibus, vel alibi impressum venale habeat sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, ac typorum omnium eo ipso absq; vlla declaratione incurrẽdis pænis, vt latius patet in litteris supradictis S. D. N. Vrbani Papæ VIII. datis Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 6. Aprilis. 1626.

Signat. V. Theatin.

FACVLTAS REVERENDISS. P. GENERALIS.

Nos Frater Io. Maria à Noto Minister Generalis (licet immeritus) totius ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum opus, cuius inscriptio est Tractatus de Electione, & potestate Prælat. &c. à P. F. Sigismundo Bononiensi eiusdem nostri Ordinis sacerdote ac Sacræ Theologiæ, Iurisq; Pontificij Professore, elaboratum, & à quibusdam nostris Theologis recognitum, & approbatum, vt Typis mandari valeat (quantum in nobis est) facultatem elargimur. Datum Castellanetæ die 31. Martij 1626.

Fr. Io. Maria Gener. Minist.

Locus O sigilli.

APPROBATIONES.

EGo infrascriptus ex commissione Adm. R. P. Io. Mariæ à Noto Generalis Ministri Ordinis nostri, qua maiori potui diligentia legi, & consideraui præsentem tractatum de electione &c. compositum ab Adm. Venerend. P. F. Sigismundo à Bononia Sacerdote nostro, ac Sacræ Theologiæ, & Iuris Pontificij Professore, cumq; repererim nihil ipsum continere, quod fidei Catholicæ, bonisuè moribus aduersetur, quinimmo optimis doctrinis refertum esse, quas euulgatas non mediocrem vtilitatem allaturas existimo. Idcircò eundem tractatum prelo mandandum iudico, ne tanta vtilitas, quibus maximè conuenit, denegetur. In cuius rei fidem attestationem hanc propria manu subscripsi, & Sygillo Officij mei muniri feci. Datum Mediolani 12. Kalen. Martij. 1626.

Locus O sigilli.

F. Cherubinus à Mediolano Minister Prouincialis Fratrum Minorum Capuccinorum prouinciæ Mediolanensis.

EGo infrascriptus iubente Adm. R. P. Io: Maria à Noto Ministro Generali Ordinis nostri attentè legi tractatum de electione, & potestate Prælatorum ab Adm. V. P. F. Sigismundo à Bononia Sacerdote nostro, ac Sacræ Theologiæ, & Iuris Pontificij Professore mira eruditione, ac diligentia compositum, & nihil in eo reperi, quod vel Ortodoxæ fidei dogmatibus, vel bonorum morum honestati aduersetur. Immo illum iudico dignissimum, qui typis cudatur. Et in fidem propria manu scripturam præsentem firmaui. Datum Mediolani die 17. Februarij 1626.

F. Barnabas à Mediolano Concionator Capuccinus, nec non Sacræ Theologiæ Professor.

Tractatum hunc de electione &c. à R. P. Sigismundo Sacræ Theologiæ, & Iuris Pontificij Professore in Ordine nostro compositum magna attentione, oblectatione; immò admiratione legi: non solum enim SS. PP. Sacrorum Conciliorum, & Canonum Decretis omninò consonũ; sed etiã maximo ordine, eximia facilitate, ingẽti copia doctrinæ refertum, & quod dignissimum, & ferè apud nostrates singulare est, vrbis, ac orbis Rotæ decisiones abundanter præferentem inueni. Ad communem ergo vtilitatem, nè dicam necessitatem, vt quam primum prodeat in lucem dignissimum iudico.

Datum Bononiæ die 25. Nouembris 1625.

Ego Frater Paulus à Casena Capuccinus in conuentu nostro Bononiensi Theologiæ Lector, licet immeritus &c.

ALIAE APPROBATIONES.

EGo infrascriptus attestor me vidisse, & reuidisse hoc præsens opus de electione Prælatorum Regularium, & nihil in eo deprehendisse, quod aut Christianę fidei dogmatibus, aut bonis moribus aduersetur. Quinimmò admodum doctè, diligenter, exactè, ac appositè, in hac materia conscriptum esse, vt proindè valdè dignum censuerim, vt ad communem Religiosorum Ordinum commodum quamprimum typis mandetur &c.

D. Homobonus de Bonis Clericus Regularis S. Pauli & in Metropolitana Ecclesia Bonon. Pœnitentiarius, & librorum censor pro Illustriss. ac Reuerendiss. Card. Archiepisc.

Locus O sigilli.

OMNIBVS visuris, ac lecturis præsentes litteras Ego subscriptus fidem facio atq; attestor opus hoc me diligentius atq; accuratius perlegisse, illudq; deprehendisse in huiusmodi scribendi genere, vt verum fatear, omni exceptione maius, vt propterea; & posse & debere typis dari omnino existimem: & posse quidem, quia nihil in eo contineri animaduerti, quòd fidei catholicæ, morum integritati, ac dictis tum SS. PP. tum Sum. Pontificum repugnet: Debere verò quia cum illud vertere in commune bonum; maximè verò Ecclesiasticorum viderim, neq; illud esse vllo modo communitati denegandum, quin potius prælo dandum omni dubitatione exclusa adiudicarim. In quorum fidem &c. Sic dixerim ex animis, & manu propria.

Ego Frater Hieronymus Onuphrius Romanus Generalis Congregationis Fessulanæ S. Hieronymi, Theologus Collegiatus Bononiæ atq; ibidem Lector publicus, ac Sanctissimæ Inquisitionis Consultor & pro Reuerend. P. Inquisitore deputatus Reuisor.

Locus O sigilli.

REQVISITVS vt viderem tractatum hunc de electione &c. vt quid sentirem apertè, & pro veritate dicerem, mandatis libenter satisfeci, licèt raptim secundum temporis breuitatem, negotiorumq; meorum maiorum necessitatem, Et tàm pro veritate, quam ex conscientia mea iuxta ingenij mei imbecillitatem nedum ipsumet tractatum, sed omnia in eo miro ordine congesta optimisq; rationibus, & fundamentis iuridicis, iuriq; consonis digesta, vt plurimũ authoritate maximè Sacræ Rotæ Romanæ canonizata laudo, affirmo & approbo, quinimmo vtilem, præcipue claustratis personis nimis, atq; nimis teneo & luci dignum pro vtilitate publica demandandum fore & esse censeo, & existimo, prout de simplici subscriptione mea petitus me subscribo.

Fulminius Ferrarius V. I. D. de Brix. ac Generalis Gen. totius Prouinciæ Friniani.

Locus O sigilli.

TRACTATVM hunc de electione & electi potestate &c. magno studio elaboratum diligenter ac summa animi cum attentione perlegi Ego Mercurialis Merlinus I.V.D. Foroliuiensis, & requisitus pro veritate vt dicam quid de eo sentiam per præsentes literas meo typo signatas publicè attestor opus esse dignum, & mirabile, siquidem Author materiam difficilem, reconditam, & à paucis Doctoribus benè explicatam miro ordine ac stylo præcelebri in vnum congessit, & ita ingeniosè Theologorum, Canonistarum & Iureconsultorum varias sententias recenset, vt quid in vtroque foro in materia resoluendum sit, vnusquisque intueri facilimè possit, & ob id censeo opus esse desiderabile, & ipsis sacrarum litterarum peritis, & iuris, & canonum professoribus, nam resolutiones quæ in vnaquaq; quæstione afferuntur moderniotibus DD. sententijs fulciuntur, emicat etiam ferè semper Sacræ Rotæ Romanæ authoritas; quæ quanta sit, Author ipsæ in præfatione fæliciter exponit. Id solùm superest vt in vtilitatem atq; studiosorum commodum quàm citò opus euulgetur, ac imprimetur. Et ita pro veritate dico. Datum Foroliuij die 8. Iunij 1625.

Locus O sigilli. *Idem Mercurialis Merlinus I.V.D.*

INDEX CAPITVLORVM, ET DVBIORVM, PRIMÆ PARTIS.

Huius operis, quæ versatur circa electionem, & potestatem Prælatorum, aliorumq; Officialium Regularium in genere.

Numerus marginalis indicat dubium.

M vice omnium alijs tacentibus, & non contradicentibus? Et an idem iuris sit de scrutatoribus?

24 *Quomodo procedent ad electionem tres, vel duo, vel vnus, si ipsi tantummodo sint in capitulo, vel in eos recidat ius eligendi?*

25 *An teneat electio facta per compromissarios non servato voto electi, qui & ipse est de capitulo?*

CAPVT QVARTVM.

De suffragijs, & suffragātium potestate.

26 *QVomodo procedere debeant electores ad suffragia ferenda?*

27 *An possint suffragia dari per sortes, vel per fabas, siuè per lupinos, vel per schedulas, seu viua voce?*

28 *Quæ sit forma suffragij?*

29 *Quid si aliquis in scrutinio vota deferat inutiliter?*

30 *An suffragium datum possit reuocari, & mutari?*

31 *An vnquā possint manifestari suffragia?*

CAPVT QVINTVM.

De idoneitate, seu meritis eligendorum.

32 *QVis sit dignior ad hoc vt sit alijs præferendus in electionibus?*

33 *An eligentes dignum digniore omisso mortali labe se commaculent?*

34 *An electio habita de digno, omisso notabiliter digniore teneat in foro fori. Et an sic electus possit iustè consentire electioni huiusmodi?*

35 *An electio alicuius Prælaturæ vel Officij à Collegio fiendæ debeat celebrari de digno eiusdem collegij, digniore omisso alterius v.g. prouinciæ vel monasterij?*

36 *An unquam possit vel teneatur elector suffragare digno, digniore omisso?*

37 *An elector possit negare suffragium ei, qui licèt existimetur dignissimus: ipse tamen per solam confessionem sacramentalem sciat esse indignum?*

CAPVT SEXTVM.

De publicatione scrutinij, & electionis, Electiq; potestate.

38 *AN vota cunctorum in scriptis redacta sint publicanda: eorumque collatio facienda?*

39 *An necessario sit publicanda electio statim post publicatum scrutinium?*

40 *Quomodo, & a quo sit publicanda electio?*

41 *Quando, & quomodo possit & sub qua culpa teneatur electus consentire electioni de se factæ?*

42 *An culpa vacet ille qui prælationi se subijcit quam ex multis circumstantijs probabiliter conijcit futuram esse sibi occasionem peccandi?*

43 *An Decretum electionis sit de eius substantia: & an plenam fidem faciat?*

44 *An electus possit administrare ante confirmationem?*

CAPVT SEPTIMVM.

De confirmatione, & confirmati potestate.

45 *AN electionis cōfirmatio sit necessaria?*

46 *Ad quem pertineat confirmatio electionis? Quæ eius forma? Quod munus confirmatoris? Et an cassata confirmatione cassetur quoq; electio aliàs canonica?*

47 *An si vota in plures se diuiserint partes, ita vt nemo à maiore parte Capituli electus sit, possit Superior ad quem pertinet, eligere aliquem eorū in quē suffragia diriguntur, & confirmare?*

48 *An: à quibus: quomodo: & intra quod tempus possit opponi contra electiones Regularium Prælatorum?*

49 *An Prælati Regulares possint amoueri à suis Prælaturis, & dignitatibus ad libitum suorum Superiorū sine causa?*

50 *An Prælati Regulares teneantur professionem fidei emittere?*

51 *An Prælati Regulares exempti iurisdictionem quasi Episcopalem habentes possint in sibi subditos quidquid potest Episcopus in suos?*

IN-

INDEX
PARTIS SECVNDAE

Quæ continet canonica impedimenta, & eorumdem absolutionem, seu dispensationem, quæ per Prælatos Regulares impertiri potest.

CAPVT PRIMVM.

De his, quę impediunt libertatem electionis.

CAPVT SECVNDVM.

De indignitate Eligendorum.

CAPVT TERTIVM.

De censuris.

CAPVT QVARTVM.

De irregularitatibus.

eius

eius Pater est vel fuit insignitus eisdem, vel dissimilibus?

76 *An Prælati Regulares valeant virtute suorum priuilegiorum dispensare cum illegitimis sibi subditis ad quascumque dignitates, & Officia Ordinis?*

77 *An Prælati conuentuales, qui aliter quàm per electionem instituuntur, eorumque Vicarij possint dispensare cum illegitimis sibi subditis virtute priuilegij Sixti IV. facti Prioribus conuentualibus, eorumque Vicarijs Ordinis Prædicatorum?*

78 *An Prælati Regulares valeant sine causa dispensare illegitimos sibi subditos?*

79 *An in impetranda, seu petenda dispensatione, vt tuta sit, sufficiat vnicam qualitatem illegitimatis exprimere, & alias specificas supprimere?*

80 *Quid operetur dispensatio illegitimis Regularibus impertita?*

81 *Quæ forma seruãda sit à Prælatis regularibus in dispẽsationibus illegitimorũ?*

§. De his qui sunt ex genere maculato circa fidem?

82 *AN descendẽtes ex hæreticis, eorumque credentibus, receptatoribus, de ensoribus, & fautoribus inhabiles sint ad beneficia dignitates & Officia?*

83 *An descendentes ex hæreticis, eorumque fautoribus, credentibus &c. infames sint?*

84 *An Neophyti sint inhabiles ad dignitates, & officia obtinenda?*

85 *An Religiosi ortum ducentes ex genere maculato circa fidem arceantur ab Officijs, & dignitatibus suæ Religionis speciali prohibitione?*

§. De infamibus.

86 *AN infames eligi vel eligere valeant?*

87 *An apud Prælatos Regulares resideat potestas dispensandi super infamiam?*

§. De Corpore vitiatis.

88 *AN corpore vitiati possint eligi ad dignitates, & officia?*

89 *An Religiosi amentes, Ebrij, vel Demoniaci, siuè alia infirmitate detenti, possint eligi, vel eligere? Et an eorum Prælati possint super hoc dispensare?*

CAPVT QVINTVM.

De inhabilitate ad electionem.

90 *AN Laici, vel Clerici sæculares, siuè Religiosi non professi arceantur ab electionibus Regularium?*

91 *An Clerici nondum subdiaconi, & laici Regulares gaudeant voce actiua in electionibus eorum Ordinum in quibus sunt professi?*

92 *An fratres Minores non Sacerdotes gaudeãt voce passiua in electionibus suarum Religionum?*

93 *An priuatio vocis ipso facto irrogata incurratur ante latam Iudicis sententiam declaratoriam?*

94 *Quid veniat sub pæna priuationis electionis: Et an pendente appellatione à priuatione possit interim Reus eligi vel elegere?*

95 *An superior possit excludere passiuè aliquem secretò incitata inaudita que parte ab aliqua dignitate vel Officio, de quo tunc in actu est celebrãda electio?*

96 *An ab electione abstinendum sit ei, qui ipso facto pœnam priuationis incurrit?*

97 *An inhabilitas ad electionem tollatur per dispensationem: an verò per absolutionem?*

98 *An apud Prælatos Regulares iurisdictionem quasi episcopalem habentes resideat potestas habilitandi sibi subditos in foro fori?*

99 *An Prælati Regulares valeant in foro conscientia restituere vocem sibi subditis ea priuatis?*

100 *An semel reprobatus ab electione sit ineligibilis?*

INDEX PARTIS TERTIAE

Quæ agit de electione & potestate cuiuscumq; Prælati, Officialisq; Regularis in specie.

CAPVT PRIMVM.

De electione & potestate Generalis ministri, & Procuratoris Ordinis.

CAPVT SECVNDVM.

De electione & potestate Prouincialium ministrorum, & Custodum.

CAPVT TERTIVM.

De electione & potestate Diffinitorum, & Discretorum.

CAPVT QVARTVM.

De electione, & potestate Prælatorum conuentualium.

ma dignitate vacatura in tali Religione: An sub tali gratia veniret Abbatia Prioratus siue Guardianatus?

118 *An in quadam Religione Ordinis Minorum in qua statuta generalia dant electionem Guardianorum Provinciali & Diffinitoribus possit Generalis ad arbitrium suum eligere aliquem fratrem in Guardianum in uno, vel altero casu.*

119 *Quomodo confirmentur Prælati conuentuales electi per viam prouisionis v. g. à Prouinciali & Diffinitorio?*

120 *Quæ iurisdictio & authoritas Prælatorum conuentualium, idest Abbatum Priorum Guardianorũ & huiusmodi.*

121 *An superiores conuentuales aliter quàm per electionem instituti, sint verè Prælati, & gaudeant priuilegio eligendi sibi Confessarium non approbatum à Prælatis maioribus.*

122 *An Prælati conuentuales possint excommunicare?*

123 *An Prælati Regulares aliquid sub excommunicationis pœna præcipientes eius absolutionem sibi reseruare possint?*

124 *Quæ & quanta sit iurisdictio Prælatorum Regularium in puniendis excessibus sibi subditorum?*

PRAEFATIO



SVMMARIVM.

1 *Non decet sine præfatione rem exponere.*
2 *Quare dicatur in titulo* de electione & potestate.
3 *Nomen ELECTIO vtramq; importat actiuam, scilicet, & passiuam.*
4 *Nomina verbalia duplicem significationem habent.*
5 *Diuisio Operis.*
Ab vniuersalibus ad singularia procedere oportet.
6 *Quare Author inscripserit suum nomen Religiosum, & Sæculare.*
7 *Quare mendosè inueniantur Doctores inter authoritates referendas.*
8 *Quanta sit ROTÆ ROMANÆ authoritas.*
9 *Quare quandoq; Rota rotet.*
10 *Author subijcit omnia sua correctioni, præsertim S.R.E.*



1 Vονιαμ Caio docente *in l.1. ff. de orig. iur.* nefas videtur esse nulla præfatione facta rem exponere, cum præfationes libentiùs ad lectionem expositæ materiæ nos perducant: Idcircò propositæ breuitatis iura violare nó conuincar, si tituli explanationem vix attingam, vt indè intentio Authoris, & dispositio operis benigno lectori innotescat, nè partes meæ in vllo substantiali desiderentur.

2 Titulus igitur est *De elect. & potestate Prælatorum aliorumq; Officialium Regularium* qui respondet titulo in iure apposito *De electione, & electi potestate.* Vnde sicut Author Decretalium vtramq; materiam electionem, scilicet, & electi potestatem copulauit, ea ratione motus teste Panormit. *in rub. de elect. num. 1.* quia videlicet in tractatu de electione iure meritò de potestate electi dubitari potest. Ita ego quoq; pari ratione eumdem finem sequutus.

3 Dixi *de electione* simpliciter signanterq; subieci *actiua, & passiua*, quia sub appellatione electionis, nisi aliud exprimatur actiua passiuaq; comprehenditur, vnde dicere *De electione.* Idem est ac si inscriberetur: *De his quibus suffragium dare, vel recipere concessum est. Panor. in c. cum dilectus nu. 15. de consuet. Gemin. consil. 59. num. 4. in fine vers. sed appellatione elect. Dec. in rubr. de elect. numer. 4. in fine & Fusch lit. E. concl. 59. num. 2.* Huiusce autem rei ratio eam esse scribit idē *Panor. in rubr. de elect. num. 2.* quia nomina verbalia duplici significatione gau-
4 dent *Anchar. Imol. & Geminin c. 1. de vita & honestate cler. in 6. Bart. & alij communiter per Additionatorem ad Panor. vbi supra l. 2 C.*

5 Dixi *Prælatorum aliorumq; Officialium Regularium.* Quod accipiendum est in genere, & in specie. Hæc enim breuis theoris, & cōpendiaria praxis est à me in tres distributa sectiones quarū prima circa electione, & potestate Prælatorum aliorumque Officialium Regularium in genere versatur; Secunda continet cationidelinpedimenta, & eorumdem absolutionem, seu dispensationem, quæ per

Præ-

Prælatos Regulares impertiri potest. Et tertia deniq; de electione & potestate cuiuscumq; Prelati, Officialisq; Regularis in specie agit. Qui quidē Ordo procedendi ab vniuersalibus ad singularia, & præmittēdi generaliū scientiā specialibus, nedū traditur à Philosoph. seruandus *1. phys. tex. 4.* Sed Doctorū preceptū est *in rubr ff. si cer. petat.* teste Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu. 325. ad finē.*

6 Cæterum tria Lectorem moneo. Primum est me in hoc tractatu meum Religiosum sæculareq; nomen inscripsisse, nè ille vti diuersus, dissimilisuè putetur ab eo qui superiori anno æditus sub solo sæculari nomine circumfertur; cum re vera mei vnius, eiusdemq; Authoris ita sit idem opus; vt in eo etiam quæ de propria Religione, tanquam de aliena finxeram, immutata permaneant. Imò ita sit vna & eadem impresio vt etiam errores qui nec pauci nec leues in ea irrepserunt inexpurgati legantur. Hanc autem inscripti nominis variationem ex eo processisse, accipe humanissime Lector, quòd cum mei iuris esse desierim, proprioq; iudicio nuncium remiserim, non tàm inscitiæ nota, quā nec obedientis animi crimen mihi iure merito pertimescendum fuisset, si illorū qui mihi præsunt consilio, & hortatione nunc impulsus meo Religioso nomini hoc leuidense munusculum non restituissem, quod eorumdem permissu sæculari nomini itidem meo rationabilibus quidem de causis aliàs donaram.

7 Secundum quod Lectorem moneo, est mihi perdificilimum, atque adeò quasi impossibile fore, nè inueniatur quid mendosum inter authores referendos sicuti mihi, experientia teste, comprobatum est in euoluēdis alijs operibus quorumuis Doctorum etiam se in hac parte fidelissimos iactantium. Absit tamen, vt id vnquam defectui lectionis adscribatur, sed vel æditionibus varijs, ipsarumuè æditionum mendis est tribuēdum, vel typographiæ, vel calami lapsui, vel (quod humanū est) errori ipsius Doctoris in authoribus percipiendis à quo communi errore me præ cæteris minimè immunem esse non diffiteor. Illud autem omnibus notum sit, me nullum ferè Doctorē allegatē, quem ego ipse oculis non viderim, quòd si librum aliquem præ manibus non habui, nomino illum qui eundem referat.

8 Tertium deniq; quod Lectorem moneo, est illud mihi perpetuò propositum esse in tanta sententiarum varietate non longè à veritate aberrare, quod vt facilius assequerer, pro viribus curaui, vt mea dicta inniterentur opinionibus, & authoritatibus recentiorum Theologorum, & antesignanorum vtriusq; iuris peritorum, præsertim verò SACRAE ROTAE ROMANAE firmiter tenens cum *Marches. p. 2. tit. Apostol. petit. & concess. c. 1. num. 28.* Melius esse cum Rota Romana errare, quàm benè sentire cum alijs, & hoc iure optimo, quia eius authoritas cæteris omnibus Doctoribus præfertur, *Sarnen. in proem. ad regul. cancel. q. 2. vers quartò Surd. cons. 403. num 83. & seqq. lib 3.* Marches. *in princ. sua praxis signat. vbi de Rota Romana Auditoris eiusq; decisionibus.* Et ex se sola cōmunem magisq; communem opinionem constituit, atq; adeò aliorum Doctorum communem ac communiorem sententiam excellit *Cenalos tract. com. opin. cont. commun. in præfat. numer. 26. Gratian. discept. forens. c. 104. num. 56. & latè Vrsinus decis. 401. num. 53.* Vbi dicit iudices à Rotæ decisionibus recedentes esse mentis lumine obcæcatos & plenè tradidit. *Gomes in prohæmio ad regul. cancel. p. 2 pag. mihi 59 Caßad. decis. 13. Sebast. vant. de nul. ex defect. iurisdict. num. 22. Cevalos vbi sup. nu. 25. Honded. cons. 22. num. 30. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. Surd. vbi sup. referens Imol. & Barbat. in c. fi. olim. 1. de lit. contest. Et Quint. Mandos in tract commis. formul. 1. in verbo causarum auditoribus.* asserit neminem reperiri tantæ scientiæ qui tantorum Patrum, iudicium, & vestigia sequi dedignetur, quod vel ex eo maximè illustratur, quia in illo supremo

Rotæ

Rotę Auditorio viri non vulgari scientia singularibusq; virtutibus conspicui à Summis Pōtificibus selecti admittuntur,& admissi disertissimo modo vtuntur in audiendis,examinandis,& decidendis causis,ita vt præcipuus ille in vniuerso Orbe sit locus,in quo tùm benè ac ritè,tum celeriter, ac rectè cognoscantur causæ,ac terminentur *Gomes in proem.ad reg.canc.q.2.fol.mihi 59.vers. quæ ratio cessat in auditoribus.* Vnde non immeritò dici potest tantam esse Auditorum Rotæ opinionem,quanta Pitagoræ apud Pitagoricos fuit;ita vt nemo nō satis esse putet asserere: *sic Rota definiuit. Granatius ad Vestrium in praxi lib. 2. c.17.* Est enim Canonistarum fons vberrimus *Felin.in c. ecclesiam. §. porrò col. 4.vt lit.non contest. Marchef.vbi supra.* Quinimò decisiones Rotæ Romanę pro lege habentur,nedum in terris Ecclesiæ subiectis.vt per *Marian.in tract. de tribunal.vrbis c.5.num.8.* sed apud omnes ferè alias nationes *Vestr.in praxi lib. 6. c.2.num.2.Thesaur.in præfat.decis.suarum num.32.Sigismund. scaccia in pract. lib.1.c.26 num 4.Vant.de null.ex defect.iurisdict.iudic.delegat. num.17.* Et vti canones sunt obseruandæ decisiones Rotæ Romanæ. *Rip.respons.3.de caus.poss. & propriet. Marchef. vbi supra* saltem quando transierunt in stylum *Garc. in præfat. ad tract. de benef. circa med.* & probatur per *c.sicut de re iudic.* vbi Papa allegat stylum Sapientum.

9 Neq; aliquos moueat interdum decisiones semel factas ab eadem Rota reuocari, & vt quandoq; dicitur *Rota rotet.* quasi suas resolutiones non firmet, hoc enim benignitati,integritati,ac sapientiæ DD.Auditorum non autem malo vertendum est;Nam quemadmodum exoptant omnes solam veritatem asseq: ita post factas resolutiones secundum ea, quæ proposita fuerunt libenter partes iterum audiũt, & si quæ perperam proposita,aut intellecta comperiunt, ea ad veritatem reducere satagunt,neq;vt nimium suarum decisionum amatores obstinato eas animo tueri nituntur. Vnde cum inter se decisiones ita contrariari inueniantur vt per distinctionem nullo modo valeant ad concordiam euocari,standum est vltimis Pauinus *præludio ad decis.Rotæ notitiam quod præponitur extrauagantibus.*

10 Quidquid ergo in hoc meo libro veritati consonum inuenies, amplectaris, & secundum Deum, à quo omne datum optimum, nec non Deiparam Virginem, quæ mihi semper adiumento fuit, acceptum referas Sacro Senatui Rotæ Romanæ, & itidem alijs celeberrimis Doctoribus, quorum sententijs totum hoc meum qualecumq; opus cōtextum est. Si quæ autem vitia mea perspicies, humiliter deprecor,vt per te candide Lector,benigne corrigantur,ac in primis per Summum Pontificem,& Sacrosanctam Matrem Ecclesiam,cuius correctioni,atq; auctoritati omnia mea subiecta esse profiteor.

PARS PRIMA

Quæ versatur circa electionem, & potestatem Prælatorum, aliorumq; Officialium Regularium in genere.

CAPVT PRIMVM

De definitione, & forma electionis canonicæ.

DVBIVM PRIMVM.

Quid sit electio?

SVMMARIVM.

1 *Generalis definitio electionis.*
2 *Multiplex diuisio eiusdem.*
3 *Propria, & specifica definitio.*
An Electio ministrorum Ecclesiæ pertineat ad Summum Pontificem?
4 *An de iure diuino spectet ad clerum et populũ.*
Regimen vniuersalis Ecclesiæ soli Petro fuit commissum.
Multos Episcopos Petrus elegit.
5 *An soli Pij, & prædestinati Pastores esse possint?*
6 *Nec Deus, nec Apostoli semper elegerunt Prædestinatos ad gubernacula.*



1 Lectio, prout hoc nomen generaliter sonat variè definitur à Philosophis. Eustratius, n. 1. *moral.* dicit *electionẽ esse duorũ quæ proposita fuerint, hominis iudicium, quo alterum alteri ex incitatione appetituq; anteponit.* Albertus magnus in Topicis *c. 23. oct. Eligere,* inquit, *est cum duo, vel plura proposita sunt alterum præoptare.* Idipsum tradit quoq; *lib. de princ. mot. & process. tract. 2. c. 2. & ethic. 3. tract. 1. c. 14.* Aristot. verò 3. *Ethic. c. 3.* sic definit *Electio nihil aliud est quàm eorum quæ in nobis sunt consultatiua appetitio:* & idem repetit 6. *ethic. c. 3.*

2 Sed quia electio sic generaliter definita multipliciter diuidi potest; alienum à re non erit hic communiores diuisiones eiusdem quàm breuissimè attingere, vt faciliùs deueniamus ad specificum modum, sub quo nobis in hoc qualicunque opere consideranda est.

Primò igitur electio diuiditur in bonam, & malam Arist. 2. *Ethic.* quia tamen electio nunquam fit præter conceptum iudicatiuum de bono simpliciter, vel vt nunc, quemadmodum tradit Albert. magn. 3. *Ethic. tract. 1. c. 5. & lib. de princ. mot. & process. tract. 2. c. 2.* Propterea hic etiam à nobis sub ratione boni consideratur, quia, vt ait Plutarc. *de vitios. verec. Et in minimis eligendum est quod melius est.*

Secundò diuiditur electio secundum vulgatum dictum: dicimus enim aliam esse electionem rerum aut personarum, vel actionum.

Et hæc subdiuiditur: alia namq; est electio rerum aut personarum, vel actionum secularium, alia spiritualium: Nos autem omissis alijs solummodò verba faciemus de electione personarum ad spiritualia, idest ad Ecclesiasticas dignitates, & munera, & non quascumq; sed Regulares solùm.

At & rursum hæc subdiuidi potest, nam electio sub hac ratione pertinet ad collationem, nominationem, & propriè dictam electionem, & ratio est, quia electio spectat ad omnem approbationem factam per inquisitionẽ sedulam, vt bene annotauit Petr. Greg. Tolos. *in tit. de elect. c. 2. num. 2.* Sed in prædictis omnibus, nempè in nominatione, collatione, &c. adhibendus est delectus personarum, vt idoneæ sint muneri, & oneri delatos Ergo & ijsdem benè adaptatur nomen electionis.

Nos igitur Deo dante relictis omnibus alijs, nominatione, scilicet, collatione, & postulatione hic tractabimus de propriè dicta
3 electione, quæ sic definitur ab Host. & Ioan. And. quos refert Siluest. *tit. electio. 1. §. 1. d. Panor. in rubr. de postul. prælat. nu. 1. glos. in c. vnic. verb. vera electio. de postul. prælat. in 6. & ibid. in rubr.* Boer. *q. 1. n. 1.* Dec. *in rubr. de elect. nu. 1.* vbi quoq; Paul. de Eleaz. *num. 1. in repet. Cu-*

ch.instit.maior.lib.4.tit.de elect. num.4. Alter. *de conf.tom. 2. lib.2. c.2. in princ.* Bouer. *in sua parenet.cens.p.2.in lib. 3.c. 3. M. Ant. de Dominis* & cõmuniter à DD. *Electio est alicuius personæ ad Prælaturam, vel fraternam societatem canonicè facta vocatio.* Addunt Gofred. & Tolos. *vbi supra c.2. in fin. confirmatione Superioris legitimè approbata*, quod quidem meritò addendum existimo, cum electio necessariò requirat factum alterius, hoc est Superioris confirmantis Rota *decis.66.nu.6.coram Greg. XV.* maximè loquendo de electione perfectissima. Oldrad. *cons.146.*

Dixi *canonice facta vocatio* apertè innuens electionem ministrorum Ecclesiæ pertinere ad Summum Pontificem, vt vel ipse eligat, vel præscribat eligendi modum: vnde cum iam per varios Summos Pontifices fuerit præscriptus in sacris canonibus; idcircò rectè dicitur *canonice facta vocatio.*

Hæc definitio sic explanata est contra
4 Mart. Luther. *in lib. de potest. Papæ & lib. de instituend. minist. ad Boem.* Ioan. Caluin. Matthiam Flacum Illyricũ. Ioan. Brent. Martin. Kemnic. & alios huius temporis Sectarios relatos à Bellarm. *tom.1. contrau.5. lib.1. de clericis c. 2.* qui volunt electionem iure diuino spectare ad Ecclesiam vniuersam, hoc est ad clerum & populum, ita prorsus, vt nemo sine cõsẽsu, & suffragio populi electus habeatur.

At contra hunc errorem est authoritas I. Conc. Laodicens. *can.* 13. Conc. Nicæn. II. *can.* 3. Conc. Mart. Papæ apud Mart. Bracarens. *can.1. decretorum* Conc. IV. Constantinopol. *quod est octauum generale c.28. & c. Messana de elect.* Et item idem error ratione destruitur: nam illud certum est ex Euangelio Ecclesiam vniuersam nulli vnquam hominum commissam fuisse, nisi Petro. Ioan. *vlt.* Ad illum ergo pertinet prouidere Christianis de ijs, qui curam eorum gerant. Deindè nemo certe negabit Petrum non latuisse ius diuinum: Sed ipse multos Episcopos teste Damaso *in Pontificali* Innoc. I. *in Epistol. ad Decentium* & Ioan. III. *in epist. ad Germanos* varijs prouincijs destinauit. Ergo non spectat ad populum electio de iure diuino; sed ad Summum Pontificem, vt supra explicatum est. Argumenta hæreticorum pulchrè, & subtiliter refelluntur ab Illustriss. Bellarm. *vbi supra c.7.* & à doctissimo, nec nõ Religiosissimo viro P. Zaccharia Bou *tom.2. lib.1. demonst. sexti symboli art. 6.* in terminis de electione Episcoporũ, *& in sua parænet. cens. p.2. in d. lib. 3. c.3. d. M. Ant. de dominis* & maximè *in fine*, vbi confutat eius errores in terminis de electione Prælatorum Regularium: Ideò in hisce DD. vide has hæreticorum ineptias, cum præsentis mei instituti non sit iniquorũ hominum irregulatos errores destruere; sed Religiosorum virorum regulata instituta veritate canonica consolidare.

5 Secundò memorata specifica definitio est contra Ioan. VVicles. & Ioan. Hus. qui teste Thoma VValdensi *lib. 2. doctr. fidei c. 39. & 40.* docebant solius Dei munus esse eligere Pastores Ecclesiæ, quòd soli Pij. & Prædestinati Pastores esse possint. Horum autem hæreticorum error meritò damnatus fuit in Conc. Cõstant. *sess.8. & 15.* & iterum à Mart. V. per suam constitutionem, quæ incipit *inter cunctas. Acata anno.1418.8. Kal. Martij.* nam vt arguit Bellarm. *vbi supra cap. 5.* non semper Deus elegit prædestinatos ad gubernacula politica, vel Ecclesiastica. 1. enim *reg.10.* Saulẽ Deus elegit, qui tamẽ postea reprobus fuit. *Christus Ioan.6.* Iudam elegit, quem constat minimè prædestinatum fuisse. Apostoli *act.6.* elegerunt Diaconos, & inter eos Nicolaum, qui postea fuit Hæresiarca.

Et tandem contra hunc errorem extat authoritas D. Chrysost. *homil. vlt. in Epist. ad hebr.* D. August. *lib.2. c.4. contra epist. Parmeniani*, & D. Bernardi *Serm. 66. in cantic.* docentium homines malos veros Episcopos esse posse, si legitimè eligantur.

DVBIVM SECVNDVM.

Quotuplex forma canonicæ electionis? 1

SVMMARIVM.

1 *Diuersis formis electionum olim vtebantur Ecclesiastici, quæ hodie; reprobantur.*
2 *Nunc triplex tantùm Forma canonica extat.*
3 *An Inspiratio sit forma electionis.*
4 *Quid sit electio per inspirationem.*
5 *Quid sit electio per quasi inspirationem. Quid imponet dictio quasi.*
6 *Quæ requirantur ad electionem per quasi inspirationem.*
7 *An debeat esse Secreta.*
8 *Duplex Compromissum, & quomodo vtrumque celebretur.*
9 *Forma Compromissi limitati nõ est noua forma.*
10 *Item est melior cæteris.*
11 *Forma Scrutinij est admodum difficilis.*
12 *Quæ sint seruanda in electione per compromissum?*

Di-

1 DIVERSAS olim formas ele-
ctionum quidam conaban-
tur inuenire, quas enume-
rat Petr. Greg. Tolos. *in tit. de*
elect. cap. 2. numer. 10. & seqq.
sed quia propter eas multa impedimen-
ta proueniebant, & magna pericula immi-
nebant Ecclesijs viduatis: Idcircò in Conc.
generali Lateranensi statutum est vt habe-
tur *in c. quia propter. de elect. vt cum electio fue-*
rit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent,
2 *volunt, & possunt commodè interesse, assumantur*
tres de collegio, fide digni, qui secretò, & sigilla-
tim vota cunctorum diligenter exquirant, & in
scriptis redacta mox publicent in communi, nullo
prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is
collatione habita eligatur, in quem omnes, vel
maior, & sanior pars capituli consenserit: Vel sal
tem eligendi potestas aliquibus viris idoneis com
mittatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ pro
uideant de Pastore. Aliter electio facta non va-
leat, nisi fortè esset ab omnibus quasi per inspira-
tionem absq; vitio celebrata.

Ex quibus verbis liquidò patet triplicem hic nobis electionis formam asignari Scrutinij scilicet compromissi, & quasi inspirationis.

3 Nota textum *quasi per inspirationem*, & non *per inspirationem*, sine illo verbo *quasi*, quia longè distant inter se *electio per inspirationem*, & *per quasi inspirationem*. Inspiratio enim non est forma electionis, vt inquiunt Innoc. *in d. c. quia propter num. 6.* Hostien *nu. 50.* Panorm. *ibid. in §. nisi nu. 1. in fin.* Siluest. *tit. electio 2. nu. 27.* Rota *in Treueren. Abbatia S. Maximini Merc. 20. Nouembris 1624. coram R. P. D. Coccino. Decano. §. cum in d. c. quia propter* quia vbicumq; cognitum fuerit electionem per inspirationem factam, confirmabitur: sed inspiratio est via Spiritus Sancti, vt benè notant glos. *in c. perpetuò de elect. in 6.* Hostien. *in sum. tit. de elect. num. 16.* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 16. num. 1.* Vnde non subiacet legi neq; regulæ, aut formæ quæ requiritur in electione recitati *c. quia propter*. Rota *in Meten. Monasterij. 5. Iulij. 1621. coram R. P. D. Coccino. §. neq; ex eo potest.* vbi DD. allegantur: Nec itē subiacet formæ, seu dispositioni alterius additionis, siuè limitationis notæ, quæ fieret super electionē etsi esset formaliter à Sacro Cōcil. Roman. *cons. 345. in fin. nu. 21. & 23.* quem refert & approbat Tusch. *lit. E. concl. 74.* vel etiam si lex noua derogaret legibus antiquis Apostil ad Roman. *vbi supra num. 28.* Et ratio est, quia quæ spiritu Dei aguntur libera sunt, & non sub lege, neq; absurditate careret asserere ea quæ spiritu Dei aguntur legibus humanis subesse Paul. *ad Galat. 5. Corint. 3. & can. duæ sunt. 19 q. 2.*

4 Hæc electio per inspirationem est illa, quę fit nullo ordine seruato inter eligentes, vt quando quasi inebriati omnes eligunt. Ant. à Butr. *in d. c. quia propter. nu. 49.* Oldrad. *cons. 155. quia de forma in princ.* Marc *q. 1308. p. 1.* Tusch. *vbi supra.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 26.* Rota *vbi supra in d. Meten.* Exempla sint de DD. Ambrosio, Martino, Nicolao, & huiusmodi, de quibus habetur *in c. statuimus. §. his omnibus, dist. 61.*

Dixi *omnes*, quia si extent aliqui electores suspensi, vel eligendi potestate priuati, licèt non concurrerent, nō diceretur electio facta per inspirationem, Cuch. *vbi supra* Castren, *cons. 147. forma capituli, in fin. lib. 1.* relatus à Tusch. *vbi supra.*

Tandem hæc via Spiritus Sancti rarò, aut nunquam euenit hodie nostris demeritis id exigentibus Ioan. And. & Butr. *in d. cap. quia propter vbi supra* Biax. & Rota *in d. Meten.* & alij proximè præcitati DD.

5 *Quasi* verò *per inspirationem* est forma nobis tradita in recitato *cap. quia propter* & est quando subitò, & repente, aliquo tamen ordine seruato inter eligentes, vnus post alium sine interuallo eligunt omnes Host. *in c. quia propter num. 50.* Oldrad. Panorm. Greg. Lopez. Alphonsus Diez. omnes relati à Rota *in d. Met.* Differt autem à prædicta via Spiritus Sancti per illud verbum *quasi* quod cum non sit expressiuum veritatis; sed habeat similitudinem importare Panor. *in c. quæsiuit. num. 1. de verb. signif. & in cap. gratum. num. 9. de offic. deleg. & in cap. cum dilecta. num. 10. de confirm. vtil. vel inutil.* in pręsenti *electio quasi per inspirationem* dicetur quia ad similitudinem veræ inspirationis diuinæ supradictæ fit. Host. *in sum. tit. de elect. §. qualiter facienda col. 16. vers. tertia forma* & Biax. *vbi supra* Cuch. *vbi supra* Vnde legi subiacet, & confirmatione indiget, cum certò non constet, an sit vera inspiratio, nec nè, licet præsumatur ratione vnionis & concordiæ, vt nunc proximè dicam. facit. *c. nisi, de renunc.* Non enim est qui possit viam Spiritus Sancti perscrutari. Baruch. 3.

6 Ad hoc vt electio dicatur quasi per inspirationem celebrata quatuor requiruntur. Primò vt nulla præcedat nominatio. Secundò nullus tractatus (intellige) specialis; nam potest præcedere generalis tractatus vt v.g. potest Præses Capituli præuia exhortatione

commonere electores ad eligendum Prelatũ idoneum. Tertiò nemine discrepante consentiant omnes propter verba tex. *ab omnibus*, Ioan. And. *in d. cap. quia propter num. 39.* Bellam. *ibid. §. nisi fortè num. 1. & 3.* Compostell. *num. 21.* Vital. *in clem. ne Romani, num. 22. de elect.* & alij: Vnde si elector contẽptus, idest votandus, & non vocatus postea consensum præbeat electioni pro bono pacis, vt explicabitur infra *dub. 10.* illa electio non censetur quasi per inspirationem celebrata Host. *vbi supra* Ioan. And. Ant. à Butr. *in d. c. quia propter* vbi quoq; Panor. § *nisi, num. 1.* Biax. *vbi supra.* Ripa. *respons. 34. alias 5. de elect. nu. 10. & seqq.* Tusch. *vbi supra num. 2.* & Rota *vbi supra in §. neq; opitulatur in fin.* Quartò cõmittendum est vni, qui vice omnium eligat nẽ tot dicantur electiones, quot sunt electores *c. in genesi, de elect.* & tunc censebuntur omnes vnanimiter elegisse *c. dilectus, de tempor. ordin.* Oldrad. *cons. 155. quia de forma. vers. per quasi inspiratione.* Tusch. *vbi supra, num. 8.* DD. alios cumulat Marc. *q. 1251. num. 2. p. 1.*

7 Tandem notandum est vltra quadruplex requisitum, quod modo recẽsui, quintũ addẽ dum esse ex decreto Conc. Trident. *sess. 25. c. 6. de regul.* vbi præcipitur vt in electione superiorum quorumcunque & aliorũ officialium procedatur per vota secreta; ita vt nomina eligentium nunquam publicentur, super quod decretum quæsitum fuit à sacra Cong. teste Garz. *de benef. ijs par. 5. c. 4 num. 204 si in elect. Prelatorũ Regularium procedi posset alia via quàm per scrutinium vt potè per viam Compromissi, aut quasi Inspirationis: aut oporteat procedere per viam scrutinij tantùm quò possit satis fieri decreto Conc. vt vota sint secreta. Congregatio censuit electionem bonorum Prælatorum debere fieri tunc per vota secreta, vt se habent verba Cõc. hoc cap.* licèt Cõtrariũ asserat Rodriq. *in sum. c. 102. num. 2. & c. 105. num. 3.* Et hæc de forma quasi per inspirationem dicta sufficiant.

8 Compromissum dupliciter fieri potest. Primò simpliciter, & absolutè, vt scilicet Compromissarij eligant eum, qui eis in Domino magis placuerit, de quo compromisso dicitur *in cap. in causam quæ, cap. in causis de elect.* & huiusmodi vbi Panorm. & Ioan. And. & Host. *in sum. tit. de elect. col. 13. vers. secunda forma.* Et rarò proceditur per hoc compromissum illimitatum; quia vt aduertit Biax. *vbi supra c. 17. nu. 1.* pauci sunt, qui velint sua voce priuari, & alijs committere.

Secundò Compromissum fit limitatè, siuè determinatè, vt scilicet compromissarij votis omnium secretò inquisitis eum eligere adstringantur in quem maior pars capituli consenserit: Et hæc posterior forma compromissi est illa quæ habetur *in c. cum dilectus, de elect. c. si cui. & c. cum expediat, eod. tit. in 6.* Henrich. canis. *in compend. decretal. tit. de elect.* Rota *decis. 6. tit. de elect. in antiq. & in d. Meten. Monasterij. §. & quamuis.*

9 Archid. *in d. c. cum expediat, in fin.* Anchar. *post med. & Lap. de elect. in 6.* asserunt hanc formam Scrutinij determinati esse nouam formam datam *in d. c. cum expediat. & c. cum dilectus de elect.* & esse aliã à formis *in d. c. quia propter* contentis.

At glos. *in d. c. cum expediat.* verb. *concilium in fin.* Ioan. And. Gemin. & Frãch. *ibid.* Tolos. *in tit. de elect. c. 2. num. 4.* & deniq; communior opinio, teste Apostil. *ad d. glos.* verius affirmant non esse nouam formam, sed esse formam compromissi, & licèt excedat communem naturam compromissi participando ex Scrutinio, vt patet ex *d. c. cum expediat.* & ex compromisso: attamen principalius dicitur forma compromissi.

10 Et hęc forma meritò est vsitatior apud omnes teste Biax. *vbi supra c. 20. num. 2.* Tum quia, vt ait glos. *in d. c. cum expediat. Si bene aduertatur hodie ista est melior forma iudicio meo, quam hodie habemus* quod & confirmatur à Panor. *in c. quia propter §. vel saltem nume. 2. de elect.* Angel. *tit. electio num. 27.* Siluest. *eod. tit. q. 14. num. 17.* Biax. *vbi supra c. 20. num. 2.* Menoch. *cons. 6 num 27.* & Tolos. *c. 2. num.*

11 4. & alijs. Tum etiam quia *forma Scrutinij* (vt subdit memorata glos) *sit multum difficilis, in qua etiam deficiunt periti, & maximè si non habeant practicam* (& paulò inferiùs) *per formam Scrutinij graue est procedere, nec omnes benè sciunt illam formam seruare; immò, & boni iuristæ practicam ignorantes in ea deficiunt:* et idem tradunt Bald. *in d. c. quia propter, num. 1.* & Panorm. *num. 17.*

De hoc igitur duplici compromisso, & de electione per Scrutinium, Deo dante permixtim dicam, licèt in singularibus locis cũ distinctè omnia sim loquuturus secundum concurrentem varietatis doctrinæ exigentiam.

12 Dixi autem *me esse verba facturum permixtim*: tum quia in compromisso limitato ea omnia seruanda sunt à compromissarijs, & ab electoribus, quæ in electione per Scrutinium seruanda sunt à scrutatoribus, & ab eisdem electoribus *c. si cui de elect. in 6.* Rota *in d. Meten. §. & quamuis in fin.* Tum etiam, quia licèt Compromissarij in compromisso absoluto nõ coarctentur ad seruandam formam

d. c. quia propter vt patet ex *eod. tex.* & Ioan. And. *in c. per nostras de iur. patr.* Panor. *in c. cū in iure. num. 5. circa med. vers. sed considera de elect.* idest quantum ad ea quæ tradit illud caput de forma Scrutinij Siluest. *tit. electio. 2. q. 18. num. 23.* vnde si non obstaret Conc. Trident. *vbi supra* possēt compromissarij eligere palam. Attamen idem iuris est postea in reliquis de compromisso, & de Scrutinio *c. sicut tum. de elect. in. 6. & c. cum ab vno. de re iudic. eod. lib.* & alij textus in seqnentibus citandi, & insuper in eadem electione per compromissum absolutum ea omnia seruantur quæ dicenda sunt de electione in genere, quia necessarium Superiori, necessarium est inferiori. Siluest. *vbi supra num. 18.*

DVBIVM TERTIVM.

An electio celebrata contra aliquam ex tribus formis in c. quia propter de elect. contentis sit ipso iure nulla, & an possit reiterari ab eisdem electoribus.

SVMMARIVM.

1 *Quando electio celebrata non seruata forma canonica valeat in foro conscientiæ.*
Quare forma naturalis sit consensus eligentiū.
Collegium habetur pro vnica persona, & censetur vnicum corpus.
2 *Quando electus contra formam canonicam non teneatur in foro conscientiæ resignare.*
3 *Actus contra formam decreti irritantis est nullus ipso iure.*
4 *Clausula in fine posita debet referri ad omnia præcedentia.*
5 *Electio celebrata non seruata forma c.* quia propter de elect. *est nulla ipso iure.*
Clausula aliter electio facta non valeat *habet vim decreti irritantis.*
6 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes quò ad nullitatem actus.*
7 *Secus verò dicendum quò ad alias pænas.*
Moniales eligentes contra formam iuris non priuantur.
Ignorantia iuris excusat mulieres.
8 *An sit nulla electio celebrata, omisso aliquo substantiali formæ* c. quia propter de elect. *in vnico tantùm voto.*
Forma est indiuisibilis.
9 *Contra dispositionem* cap. quia propter de elect. *non potest allegari consuetudo.*
Quare decretum irritans tollat consuetudinem nedum in præteritum; sed etiam in futurū.
Consuetudo non potest tollere incapacitatem.
10 *Quando electio celebrata contra formam iuris possit reiterari.*
11 *Electores qui eligunt contra dispositionem c.* quia propter de elect. *sunt solùm priuandi.*

1 Ic non vocatur in dubium an electio sit nulla in foro conscientię; nam illud certum est electionem esse validam, & tenere in foro conscientiæ, vbi cætera iure diuino, & naturali requisita concurrunt, licèt omissa sint substantialia iure humano introducta, vt singulariter dixit Innoc. *in c. cum in iure & in c. quod sicut de elect.* quem sequuntur communiter DD. & maximè Bald. *in c. nihil est num. 9. de elect.* Nauar. *lib. 1. cons. 10. num. 2. de elect. in 2. ædit.* Rota *in Treueren. Abbatiæ S. Maximini Mert. 20. Nouembris 1624. coram R. P. D. Coccino Decano. §. neq; etiam obstat si dicatur. in fin.* Forma autem naturalis est consensus eligentium. Innoc. *vbi supra* & præsertim *in d. c. quod sicut. de elect.* Panorm. *in c. cum post. num. 3. de elect.* Dec. *in c. canon. p. lect. nu. 20. de const.* Marc. *q. 927. num. 3. par. 1.* quia cum vniuersitas sit quoddam corpus fictum repræsentatum per singulos de vniuersitate *in l. mortuo. ff. de fideiuss.* non potest dici istud corpus, seu istam personam vniuersitatis aliquid fecisse nisi saltem maior pars totius corporis concludat: fictione enim iuris quod fit à maiori parte istius corporis attribuitur toti corpori, vt *in c. 1. de his. quæ fi. à mai. p. cap.* & in alijs textibus adductis à Panor. *in c. Ecclesia. 1. nu. 4. vers. nam cum de electione* & ita in terminis de consensu eligentium eleganter post. Lap. Card. & Lambert. firmauit Rota *in Vallesoletana præeminentiarum 29. Martij 1604. co-*
2 *ram Pamphilio ad finem.* Si talis ergo qui contra formam canonicam eligitur confirmetur, est verus Prælatus, nec tenetur in foro cōscientiæ resignare, quia habuit fundamentū naturale. Ius enim positiuum adinuenit solemnitates propter periculum animarum, & deceptiones euitandas, quæ cum cessent in hoc casu, non est de illarum defectu curandum; Innoc. *in d. c. quod sicut.* vbi quoq; Bellam. *nu. 34. vers. si verò electio.* Panor. *in c. quia plerique num. 31. de immunit. Eccl.* Iason. *in l. nemo potest in 2. lect. col. 15. vers. pro parte negatiua. ff. de legat. 1.* Felin. *in c. 1. col. 11. vers. fallit fundè de con-*

de constit. Siluest. tit. electio q. 10. Biax. in direct. elect. p. 3. c. 20. in fin.

Proposita igitur quæstio in præsenti versatur circa forum externum, in quo potest Summus Pontifex consensum eligentium non solemniter positum inualidare c. vnic. de postul. prælat. Panorm. in c. quia sicut. de elect. & Rota in d. Treueren. Abbatiæ vbi supra.

3 Ad huius autem quæstionis solutionem clariorem vtile est aduertere primò actum, qui fit contra dispositionem iuris, quæ cõtinet decretum irritans, esse ipso iure nullum. pluribus allegatis Marta de claus. p. 1. claus. 191. num. 6. quod probatur. Nam certum est decretum irritans, siuè (quod idem est) clausulam annullatiuam inducere formam. Bald. & alij in l. 1. de lib. & posthum. Socin. iun. cons. 71. num. 23. lib. 1. & multis DD. & Rotæ decisionibus allatis Garc. de benef. p. 9 cap. 2. num. 230. Vnde cessante forma, cessat formatum c. cum cessante de appell. l. 1. §. si quæsita de verb. oblig. & d. l. 1. de lib. & posth. quoniam non seruata forma per missiua, immediatè succedit forma destructiua, & consequenter actus est ipso iure nullus, vt post Bald. notat Iason. in illum tex. in l. prætor ait. §. siud autem num. 2. in fin. de nou. oper. nunc. Ita discurrit Rota decis. 286. num. 1. & seqq. coram Card. Mantic.

4 Secundò vtile erit aduertere clausulam in fine positam ad omnia præcedentia referendam esse c. inquisitioni in fin. de appell. l. talis scriptura §. 1. de legat. 1. Alex. cons. 101. num. 10. lib. 3. Cornel. cons. 174. num. 2. & 3. lib. 4. Socin. sen. cons. 188. num. 5. lib. 2. Dec. cons. 539. num. 4. Garc. de benef. p. 5. c. 4. num. 178. & fuit dictum in Toletana professionis 27. Februarij 1595. coram Pamphilio, & præsertim quando principaliter per se est posita, & commodissimè potest ad omnia referri, vt post alios quos refert scribit Felin. in c. causam quæ num. 22. de rescript. Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 181. num. 2. Sanchez. de matrim. lib. 6. disp. 22. num. 19. lib. 8. disp. 16. in fin. & lib. 10. disp. 17. in fin. Marta de claus. p. 4. claus. 17. & latè claus. 33. nu. 1. & 4. vbi plures refert Rota decis. 52. nu. 1. et 3. corã Card. Mantic. & est tex. expressus in terminis nostris c. Ecclesia 2. vbi Panor. nu. 5. de elect. quem tex. ü præ cæteris egregiè põderat Roman. cons. 332. nu. 12. & Rota in d. Treueren. Abbatiæ; nam ibi aiunt expressum clausulam illam positam in d. cap. quia propter. Aliter electio facta non valeat post requisita ad electionem legitimè faciẽdam, referri ad ea omnia, quæ attentantur contra formam electionis repertam solùm in d. cap. quia propter in Conc. generali, non autem ad alia ibi narrata quæ reperta sunt ab alijs canonibus.

5 His sic animaduersis dico electionem celebratam non seruata aliqua ex tribus formis in c. quia propter de elect. contentis esse ipso iure nullam. Ita in terminis sustinent Suar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 2. cap. 12. num. 9. Sanch. in præcept. decal. lib. 2. cap. 38. num. 83. & communiter canonistæ in d. c. quia prop. & Rota in Meten. Monasterij 5. Iulij 1621. coram R. P. D. Coccino Decano, & ratio est quia ibi in fine apposita sunt hæc verba aliter electio facta nõ valeat, quæ verba vim decreti irritantis habent; Roman. cons. 322. num. 12. Rota in d. Treueren. in princ. & in d. Meten. Monasterij, & important annullationem ipso iure absque aliqua sententia iuxta prænotata. glos. in d. c. quia propter verb. vice omnium. & ibi Compostell. num. 20. vers. nunquid de ista. Ioan. And. Imol. Mandagot. Boer. & omnes DD. excepto Hostiens. teste Rota in d. Meten. Monasterij.

6 Immo hanc assertionem amplia primò vt dictum decretum irritans cum sit expressum liget etiã ignorantes, quò ad nullitatẽ actus cap. dudum & c. penult. de præben. in 6. & c. si eo tempore vbi glos. verb. ignoranter de elect. in 6. c. 1. & c. si sola de concess. præben. eod. lib. Innoc. c. quia cunctis num. 19. de concess. præben. Oldrad. cons. 319. num. 1. Felin. in c. cæterum nu. 37. de rescript. Cassad. decis. 12. num. 5. super regul. Pute decis. 281. lib. 1. Caputaque. decis. 249. num. 4. par. 1. Marta de claus. par. 1. claus. 191. num. 12. Rota decis. 76. num. 4. & 5. coram Card. Mantic. & decis. 578. num. 3. p. 1. diuers.

7 Dixi dictum decretum irritans ligare etiam ignorantes quò ad nullitatem actus. Secus enim dicendum est, quò ad alias pœnas, quia tunc ignorantes non incidunt in eas, glos. in clem. volentes in princ. verb. ex tunc de hæret. Felin. in c. cæterum 3. col. 14. in fin. vers. secunda restrictio num. 19. de rescript. & omnes dicunt teste Gonzal. supra reg. 8. cancell. glos. 67. num. 19. Gratian. discept. forens. cap. 631. num. 14. & tenuit Rota in calagurritana beneficij SS. Apostolorum Iacobi & Andreæ 17. Maij 1593. de qua per Marescot. lib. 2. var. resolut. cap. 39. num. 1. & 13. Hinc moniales quæ elegerunt non seruata forma d. c. quia propter ad quam, & ipsæ tenentur vt probat cap. indemnitatibus de elect. in 6. non sunt priuandæ eligendi potestate, cum ignorantia iuris excuset mulieres l. regula ff. de iur. & fact. ignorant. & l. iuris ignorantiam, vbi omnes C. qui admitt. Castr. cons. 347. formæ capituli num. 1. lib. 1. Boer. quæst. 1. n. 41. in fin. & Menoch. consil. 67. nu. 27.

So-

8 Secundò hanc eamdem assertionem amplia, vt sufficiat, & satis sit, vt aliquod substantiale prædictæ formæ c. *quiapropter* non sit seruatum etiam in vno voto ad effectum, vt electio dicatur nulla, & corruat. Vincent. quem refert, & approbat Bellam. *in d.c. quiapropter. §. nisi forte vers. 3. quæro.* Et ratio est, quia in parte relinquitur forma, quæ est indiuisibilis Garc. de benefic. *par. 5. cap. 4. nu. 184.* qui loquitur quando etiam defectus est in vno voto. Ita Rota *in d. Treueren. Abbatia § secundo principaliter. circa finem.*

9 Tertiò eamdem assertionem amplia, vt contra eam non possit allegari consuetudo contraria, vt in puncto illius tex. *c. quiapropter* sustinent Boer. *decis. 1. num. 49. & 50.* Rota *in d. Meten. Monasterij §. neque obstat, & in d. Treueren. Abbatia §. neque prædictis resistit.* Et ratio est euidēs, vt ibi subditur; Nam decretum irritans tollit consuetudinem nedū in preteritum; sed etiam in futurum. Ita post Gemin. *in c. cum de beneficio vers. nota bene,* & ibi Archid. *vers. sed pone.* Frāch. *vers. ex quibus nota de præben. in 6.* & post alios tradit Ant. Gabriel. *commun. concl. lib. 6. tit. de claus. conclus. 3. num. 40.* quem sequitur Gonzal. *in reg. 8. cancell. glos. 67. num. 50.* Marta *de claus. p. 1. claus. 191. num. 9.* vbi varias decisiones Rotæ cumulat. Nauar. *in c. cum contingat de rescript. secunda causa nullitatis num. 12. & de spolijs §. 14. num. 2. & 3.* Iuribus allegatis Garc. *de benef. p. 5. c. 4. num. 179.* vbi in additionibus adiungit auctoritatem Rotæ *in vna Vrdunen. parochialis 23. Iunij 1586. coram Gypsio* ab eodem relata *p. 4. c. 2. num. 5. Et in vna corben. beneficij de Valdeindios 14. Nouembris. 1611. coram Card. Sacrato* Domini habebant pro indubitato; non vsum, siue contrarium vsum populorum sine consensu Papæ nihil posse operari contra validitatem constitutionum Apostolicarum habentium decretum irritans, vt ibi ex latè deductis in *Romana concordiæ. S. Petri 13. Nouembris 1609. 11. Ianuar. & 15. Februarij. 1610. coram Cauallerio* Et hoc est regulare in omni lege & canone habente decretum irritans *c. quod super his. in fin. de consanguin. & affin. c. super eo in princ. de cognat. Spiritu.* Couar. *p. 4. c. 6. §. 10. nu. 35. & seqq.* D. Diedon. *de libert. Christian. lib. 1. cap. 26. col. vlt. vers. & hinc causam considero.* Rota *in d. Treueren. Abbatia vbi supra.* Et confirmatur, quia lex irritans facit personam incapacem, quando circa illam versatur: At consuetudo non potest tollere incapacitatem. Dec. *in c. nouit. num. 84. de iudic.* Felin. & Aym. quos allegat Suar. *de legib. lib. 7. c. 19. num. 13. in fin.* Et quamuis ipse *num. 14.* hanc sententiam non probet dum tenet, quod lex irritans aliqua ratione honesta posita sit abrogabilis per consuetudinem: Attamen quidquid sit de hac opinione, quatenus etiam esset vera dico cum Rota *in d. Treueren. vbi supra* nihil contra nos agere in casu, & ad effectum de quo agimus in presenti dubio, de consuetudine scilicet contra *d. c. quia propter* Et ratio est quia vt idem Suar. declarat *num. 16. & 17.* eius opinio procederet, si vniuersaliter in toto Orbe per consuetudinem contrariam cum requisitis lex abrogata esset, quod in casu nostro videtur impossibile: Secus autem dicendum quando in certo loco seruaretur contra id quod in lege habente decretum irritans disponitur, ista enim præter ipsius introduci non potest obstante decreto irritanti, quia cū lex generaliter non sit abrogata, remanet in suo roborre. Rota *vbi supra.*

10 Tandē ad posteriorē dubij partē; an scilicet electio ipso iure nulla ob causā hucusq; explanatam posset reiterari ab eisdem electoribus? Respondeo electionem celebratam nō seruata dicta forma iure humano solùm introducta posse reiterari ab eisdem electoribus ante latam Iudicis sententiam, & ratio est quia ij si non sunt ipso iure priuati; sed priuandi glos. *in c. 1. & ibi* sequuntur omnes *de sagittar. cum alijs* per Achill. *de pauis dist. 1.* Anchar. *cons. 145. num. 3.* Rota *decis. 8. num. 2. p. 1. in recent.* Vnde non tenetur quis amittere ius suum propter sententiam priuationis quæ possit fieri in futurum: Ius enim non sine causa noluit istos esse ipso iure priuatos, sed priuandos. Ergo authoritate iuris possūt interim vti authoritate sua. Ita tradunt post Innoc. Compost. & Cald. Panorm. *in d. c. quia propter. §. nisi num. 4. de elect.* Roman. *cons. 483. num. 9. vers. respondeo* Castr. *cons. 347. num. 1. vers. posito vero* glos. *in c. gratum verb. paaciores de postul. prælat.* Angel. *tit. electio numer. 3.* Siluest. *eod. tit. 1. q. 2.* & Tabien. *eod. tit. n. 3.* Menoch. *cons. 67. num. 30.* Tiraquel. *in l. si vnquam verb. reuertantur. C. de reuoc. donat.* Tusch. *lit. E. concl. 76. num. 5.* Rota *vb. supra numero 3. & alij.*

11 Quod autem electores ob contrauentionem formæ *d. c. quia propter* non sint ipso iure priuati, sed priuandi solummodò, sustinēt Innoc. & Panorm. *in c. 2. de postul. prælat.* glos. *in c. cumana de elect. & in d. c. quia propter verb. priuentur* vbi quoq; Ant. à Butr. *nu. 65.* & Anchar. & patet ex verbis textus *ea vice eligendi potestate priuentur,* quæ verba cum sint futuri temporis, sui natura non significant priuationem

tionem ipso iure; sed per sententiam glos. *in c. quicumq; verb. moden tur de hæret. in 6.* Ant. à Butr. *in c. quisquis. num.* 11. *de elect.* latè Tiraquel. *in d. l. si vnquam. verb. reuertatur. num.* 39. *Col. de reuoc. donat.* Socin. iun. *cons.* 68. *num.* 38. *lib.* 3. Biax. *in suo direct. elect. p.* 1. *c.* 22. *num.* 1. Menoch. *cons.* 67. *num.* 29. & Suar. *tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 8. *num.* 2.

DVBIVM QVARTVM.

An Prælati Regulares possint virtute alicuius priuilegij supplere defectus *cap. quia propter de elect.* interuenientes in electionibus?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum P. Generali supplendi defectus iuris in electione interuenientes.*

2 *Eius tamen vigore nequit supplere defectus c.* quiapropter de elect.

3 *Nunquam censetur in priuilegijs derogatum decretis Conc. generalis, nisi exprimatur.*

4 *Confirmatio priuilegiorum non ampliat formam ipsorum.*

5 *An idem sit dicere Constitutio Papæ in Conc. & Constitutio Papæ approbante Concilio.*

1 SIXTVS Quartus prout refert Rodriq; *tom.* 2. *q.* 52. *art.* 1. *&* 5. *concessit, & in perpetuum indulsit capitulis generalibus Ordinis Sancti Hyeronimi, vel inter capitulum & capitulum Prioribus generalibus, vt possint supplere quoscumq; defectus ex commissione, prætermissione, transgressione, omissione, siue negligentia iuris vel statutorum Ordinis qualitercumq; in electionibus interuenientes. Contrarijs quibuscumq; non obstantibus.* Neq; aliud priuilegium mihi constat suffragari in hac parte Prælatis Regularibus, quod ampliorem facultatem eis attribuat. Quapropter
2 dico nec etiam P. Generali, siue Capitulis generalibus nullo modo esse integrum supplere defectus d. c. *quiapropter de elect.* virtute recitati priuilegij, nō quod illud nō faueat omnibus Religionibus quæ gaudent priuilegio cōmunicationis: sed quia nunquam per priui-
3 legium censetur derogatum decretis Conc. generalis nisi exprimatur per aliquam clausulam generalem vt v. g. *etiam si essent Conc. generalis & c.* Sed tex. *d. c. quiapropter* continet constitutionem Conc. generalis Lateranen. celebrati sub Innoc. 3. Ergo supracitatum priuilegium per simplicem clausulam iuris, vel statutorum Ordinis non concedit facultatem P. Generali supplēdi defectus *d. c. quia propter.* sed opus erat vt decerneretur in eo *possit supplere & c. defectus iuris etiam si esset Conc. generalis vel statutorum Ordinis &c.*

Maior patet *ex c. cum te. de æt. & qualit. c. ex parte. & c. fin. de Capell. Monac. & c. nonnulli de rescript.* Sanch. multis allegatis *de matrim. lib.* 3. *disp.* 26. *num.* 7. Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 19. *num.* 5. vbi de communi Garc. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *num.* 40. Marescot. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 38. *num.* 41. Rota *decis.* 279. *num.* 6. *coram Coccino.* & in terminis d. Conc. Lateranens. sub Innoc. 3. eadem Rota *decis.* 122. *num.* 1. *& decis.* 123. *num.* 1. *cum seqq. p.* 1. *diuers.*

Sed dictæ assertioni obijcies primò. Licet illud priuilegium per se non deroget d. Cōc. generali; derogare tamen virtute cuiusdam confirmationis Apostolicæ factæ à Paulo quarto Patribus de Obseruantia de suis priuilegijs *anno* 1555. *die* 1. *Iulij.* quæ incipit *Ex Clementi Sedis Apostolicæ* vbi adest clausula *Non obstantibus &c. etiam in vlt. generali Conc. Lateranensi celebrato,* quod constat celebratū fuisse sub Iul. II. & Leone X. Ergo virtute dicti priuilegij potest P. Generalis supplere defectus etiam Concil. generalis Lateranen. quod prius celebratum fuerat sub Innoc. 3.

4 Resp. estò veritate illæsa illa confirmatio Apostolica nunc in suo robore maneat, quod mihi sanè non est certum per sequentes confirmationes aliorum Pontificum, qui tacitè videntur illam aboleuisse, cum nullam mentionem habeant quæ derogare possit Concil. generalibus; vti fusius examinabimus in sequenti dubio. Respondeo, inquam, eam clausulam *Non obstantibus etiam in vlt. generali Conc. Lateran. &c.* appositā in eadē confirmatione operari, quidē vt priuilegia quę per se sunt contraria Concilijs generalibus vsq; ad illud tempus celebratis manere in suo robore, & firmitate persistere. At non per hoc vllo modo est dicendum eamdem clausulam ampliare, siue alterare formam, & dispositionem ipsorum priuilegiorum; ita vt comprehendant casum, quem non comprehenderent, si præfatæ confirmationes Apostolicæ non emanassent quò fit dictam clausulam nō referri ad singula priuilegia sed ad ea tantumodò, quæ per se sunt talia, vt de directo contrarientur d. Conc. generalibus prout in simili multis cumulatis cum Rota docuit

Maro.

Marescot. *vbi supra num.* 7. *&* 44. & eadem Rota *decis.* 267. *num.* 1. *& decis.* 159. *nnmer.* 4. *coram Greg. XV. & decis.* 429. *num.* 1. *& decis.* 555. *num.* 2. *& decis.* 111. *num.* 2. *p.* 2. *in recent.* Vnde cum prædicatum priuilegium non sit sufficiens supplere defectus nisi iuris communis simpliciter per solum Papam editi, vt probatum est supra, per consequens non alteratur eius dispositio ex recitata clausula allegatæ confirmationis ad effectum supplendi defectus constitutionum Conciliarium.

Obijcies secundò contra suprapositam assertionem sic. *Dictum c. quia propter de elect.* non est decretum Conc. generalis Lateranen. Sed est constitutio Papæ in eodem Concilio. Ergo si memoratum priuilegium tollit defectus iuris (Conciliari excepto) tollet quoq; defectus eiusdemmet *c. quia propter* cũ non sit constitutio Conc. sed Papæ.

5 Respondeo siuè vno modo, siuè alio intelligamus, tantum esse dicere constitutio Papæ in Conc. quantum est dicere constitutio Papæ approbante Concilio, quia ista confunduntur. Rota *d. decis.* 123. *in fin. p.* 1. *diuers.* approbans sententiam Iacobat. Feltren. & Famagra.

DVBIVM QVINTVM.

Quid operetur in confirmationibus priuilegiorum Regularium clausula. *Quatenus decretis Conc. Trident. non aduersentur.*

SVMMARIVM.

1 *De stylo curiæ apponitur in confirmationibus priuilegiorum Regularium* Quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersentur.

2 *Quid operetur dicta clausula in eisdem confirmationibus. Variæ opiniones.*

Quando sit contra naturam exceptionis operari vt comprehendantur in dispositione quæ alids non comprehenderentur.

3 *Concilio generali præsertim Trident. derogatur per communes clausulas in constitutionibus Apostolicis propria manu Papæ signatis.*

4 *Immò etiam si non sint manu Papæ signatæ, dummodò in illis Concilijs sit expræsse reseruata authoritas Sedis Apostolicæ vt est in Conc. Trident.*

1 ICTVM est in superiori dubio *in confirmationibus priuilegiorum Regularium nullam haberi mentionem de Conc. generalibus quæ sufficienter ipsis poβsit derogare.* Verumtamen est in contrarium validissimum argumentum. Nam hæc clausula *Quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersentur* apponitur in eisdem confirmationibus de stylo curiæ ex testimonio Quarantæ *in sum. bull. verb. Concilium Tridentinum. §. in confirmationibus.* & Cruz. *de stat. relig. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 5. *in fin.* de mente Nauar. & aliorum curialium, & patet ex omnibus ferè cõfirmationibus quæ post Conciliũ Tridẽtinum expediuntur & nouissimè ex illa amplissima Clem. VIII. quę incipit *Ratio pastoralis officij*, ędita *anno*. 1597. *die*. 20. *Decembris.* & ex alia Pauli V. quæ incipit *iniunctũ nobis &c.* ædita *anno*. 1609. *die* 1. *Decembris* quibus confirmata sunt priuilegia Patribus de Obseruantia in illis omnibus, in quibus decretis Concilij Tridentini non aduersentur. Sed eadem clausula ad nullum alium effectũ apposita videtur nisi ad firmandum regulam in contrarium, idest, vt intelligantur cõfirmata omnia priuilegia alijs Concilijs ge-

2 neralibus contraria, Trident. excepto prout docet Rodriq; *tom.* 1. *q.* 8. *art.* 11. *in fin* Ergo in memoratis confirmationibus sufficienter derogatur Concilijs generalibus excepto Trident. Ergo falsum est quod suppositũ est in superiori dubio.

Quòd autem præfata clausula importet prædictum effectum quem docet Rodriq; ex eo maximè probatur quia cum decretis Concilij Generalis nunquam derogetur nisi fiat expræssa mentio, prout in superiori dubio firmatum est, & per consequens nec etiã derogetur Conc. Trident. quod nedum est generale; sed etiam modernum, & propterea expostulat peculiarem mẽtionem inter alia Concilia generalia vt de mente Henrique, & VVinald annotauit Sanch. de matrim. *lib.* 3. *disp.* 16. *num.* 7. *circa med.* Ergo vel est dicendum eam clausulam pręfatum effectum importare, vel esse omninò superfluam, quod est absurdum.

Ad hanc obiectionem respondeo cũ Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 19. *n.* 6. illam clausulã non esse superfluam, nec propterea importare explicatum effectum, quem intẽdit Rodriquez, si enim illum effectum importaret; sequeretur eamdem clausulam, siuè exceptionem, quæ fit de Concilio Tridẽtino in memoratis con-

firma-

firmationibus addi in eis ad ampliationem, & non ad restrictionem, quod est contra naturam eiusdem exceptionis, & contra mentem Pontificum, vt ipse Rodriq; apertè fen fit *d. q. 8. art.* 1. vnde maioris virtutis essent confirmationes cum illa exceptione quàm fine illa.

Et quòd fit contra naturam exceptionis operari, vt ea comprehendantur in dispositione quæ aliàs non comprehenderentur fuit latè dictum *in vna Ferrarien. Societatis* 28. *Iunij* 1599. *coram Millino*, quam multis cumulatis refert, & sequitur eadem Rota *decis.* 158. *num.* 5. *coram Greg. XV. & decis.* 110. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent.* quod dictum procedit, quando aliàs non sequeretur hoc absurdum, vt scilicet eadem exceptio esset apposita inutiliter, & superfluè vt benè declarat Tiraquel. *de retracta: lignag. ad fin. num.* 95. Surd. *consf.* 572. *num.* 58. *in fin.* & Beltram. *in annot. ad d. decis.* 158. *Greg. XV. num.* 8. *in fin.*

Sed quod eadem exceptio non fit inutiliter, & superfluè apposita in d. cõfirmationibus, quę erest prior pars respõsionis principalis ad obiectionem, probat Suar. *vbi supra nu.* 7. primò quia Pontifices volunt eam esse magis certam, & non relinqui sub generalibus regulis, quæ incertæ sunt, & infinitis interpretationibus, & opinionibus subiectę. Secundò dicit appositam esse quia specialiter volunt Pontifices ostendere voluntatem suam circa firmitatẽ dictorum decretorum Conc. Tridentini, vt non solò generaliter sicut alia; sed & speciali modo videantur excepta, sicuti dictum est supra cum Sanch. Henriquez, & VViuald.

At vt vera fatear, hæ rationes Suar. pace tanti Doctoris sunt coniecturæ aliquo modo probabiles, & rationes congruentes: sed non responsiones necessariò concludentes. Ratio ergo fundamentalis propter quam illa exceptio in confirmationibus prædictis apponitur eam esse firmiter teneo, salua semper meliori sententia, quia scilicet in illis confirmationibus est necessaria expræssa mentio Conc. Trident. aliàs esset derrogatum illi, & constitutioni Greg. XIII. quæ incipit, *in tanta rerum* ædita *anno* 1573. *die* 1. *Martij*, per clausulas generales. *Non obstantibus quibuscumque quorum tenores, &c.* quod ex eo patet quia illud commune axioma quod nunquam intelligatur derogatũ decretis Conc. generalis nisi de eo fiat expræssa mentio, non solum fallit in constitutionibus Apostolicis propria manu Papæ signatis, in quibus non est opus speciali, vel generali derogatione Conc. Trident. prout declarauit Pius V. per suum motum proprium qui incipit *cum plerumque* æditum *anno* 1570. *die* 23. *Decembris*,
3 quem de verbo ad verbum refert Garc. *vbi supra num.* 33. allegatus in superiori dubio, & tenuit Sacra Cong. teste eodẽ Doctore *n.* 34. Sed etiam illud axioma fallit in priuilegijs, & rescriptis Apostolicis, ẽt si non fint manu Papæ signatis, quia in eis sufficit clausula generalis *Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, & c. quorum tenores &c.* ad derogandum Concilio Tridentino prout restatur in praxi obseruari Gõz. *sup. re.* 8. *cãcell. glos.* 6. *n.* 120. Filline. quem refert, & approbat Bonac. *de cens. disp.* 2. *q.* 5. *p.* 2. *nu.* 8. *vers. ratio desumitur* Marra *de claus. p.* 4. *clau.* 14. *nu.* 3. *&* Rota *decis.* 179. *nu.* 6. *& decis.* 687. *num.* 24. *p.* 2. *in recent.* quidquid in contrarium afferant Sanch. *vbi supra*. Fusch. *de visit. ecl. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 14. *in fin.* Moneta *de commut. vlt. volunt. cap.* 5. *nu.* 165. *& seqq.* licèt postea nobiscum sentire videatur *c.* 11. *num.* 250. dum approbat Gonzal. *vbi sup.* Horum autem omnium ratio est quia præcitatum axioma, nũquam, scilicet, derogari decretis Conc. generalis, nisi de eo fiat expræssa mẽtio, vt in superiori dubio explanatum est, intelligendum est de illis Concilijs generalibus, in quibus nõ est expræssè reseruata authoritas Sedis Apostolicæ Marescot. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 38. *num.* 41. referens sic resoluisse Rotã *in vna Vlixbonen. decimarum* 27. *Nouembris* 1572. *coram Rubustrio, & in vna Oriolensi decimarũ* 8. *Februarij* 1588. *coram Orano*. Sed in Conc. Tridentino *sess.* 25. *c.* 21. *de reform.* fuit excepta, & reseruata semper authoritas Sedis Apostolicæ in omnibus contentis in eodem Concilio. Ergo sufficienter illi derogatur absque derogatione etiam in genere Conc. generalis. Ita Rota *vbi sup. in recent.*

DVBIVM SEXTVM.

An dispositio *c. quia propter de elect.* seruanda sit in omni electione ad quamcumque dignitatem, & officium?

SVMMARIVM.

1 *In quibus electionibus attendenda fit dispositio c. quia propter de elect.*
2 *Et præsertim apud Ordinem Prædicatorum.*
3 *Opinio Siluest. non potest sustineri post Conc. Tridentinum.*

De-

4 *Decretum irritans est penetrabilius omni gladio ancipiti.*
Et si est Conc. Trid. infringit èt possessioně.
5 *Consuetudo vltra c. quiapropter multum attenditur in electionibus.*
6 *Signum consuetudinis quæ attenditur in electionibus desumi potest ex earum pronunciationibus.*
7 *De consuetudine seruatur* c. quiapropter de elect. *apud Congregationem S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Cisterciensis regularis obseruantiæ, & apud Congregationem Casinensem Monachorum Ordinis S. Benedicti.*

1 Est seruanda in electione Episcoporum Prælatorūq; Regularium arg. *cap. ne pro defectu de elect.* & eorum omnium qui iurisdictionem generalem in Ecclesijs collegiatis exercent, & ob quorum mortem Ecclesia quodammodò dicitur viduata, quia tales Prælati Sponsi appellantur 21. *quæst.* 2. *cap. sicut in vnaquaque.* Hanc assertionem tuentur Innoc. Io. And. Ant. à Butr. glos. Panor. Henrich. Boich. Anchar. & communiter canonistæ *in d. c. quiapropter* glos. *in c. sicut cum in princ. de elect. in* 6. Lambert. *de iur. patr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 18. Gemin. *in c.* 1. *num.* 4. *de elect. in* 6. Sanch. *in præcep. decal. lib.* 2. *c.* 38. *num.* 84. Marc. *q.* 992. *num.* 1. *p.* 1. Rota *decis.* 3. *in princ. &* 5. *tit. de elect. in nou. & partim. etiam decis.* 647. *num.* 4. *coram Card. Seraph.* & tandem multis allegatis cum communi eadem Rota *in Treueren. Abbatia Sancti Maximini.* 20. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D. Coccino & in Meten. Monasterij.* 5. *Iulij:* 1621. *coram eodem.* aduersus Roffred. *de libellis tom.* 2. *super iure Pontificis p.* 3. *tit. quod sonet hoc nomen Abbatis. num.* 8. *lit. G. fol.* 633. dicentem de mandato Papę iudicatum fuisse formam *d. c. quiapropter* non esse seruandam in electione Abbatis, quia hoc est nomen solicitudinis. Et tandem quasi solus Host. *in d. c. quiapropter paulo post prin. verb. viduatis* addidit cum textum procedere quoq; in elect. quorumcumq; Ministrorum Ecclesię. At eius dictum meritò ab omnibus reprobatur.

2 Ex dictis duo elicit Siluest. *tit. electio.* 2. *q.* 1. *num.* 4. Primò in Ordine Predicatorum eligēdos esse iuxta formam memoratę decretalis *quiapropter* Magistros Priores prouinciales, ac conuentuales, & prædictis correspondentes in alijs Religionibus. Et hoc verissimum est. Secundò elicit electionem aliorum Superiorum, Diffinitorum scilicet, Discretorum, & huiusmodi sufficere si fiat collegialiter, nec necessariam esse vocem, aut scripturam. Sed si hic Doctor vult per hoc inferre has electiones de iure fieri posse per sortes fabas, aut Lupinos &c. id nullo modo mihi arridet per dicenda inferius *dub.* 27. *per totū.* Si verò vult solùm inferre in his electionibus nō esse attendēdā dispositionē *c. quiapropter de elect.* id mihi videtur approbādum de iure antiquo, vt colligitur ex Mandegot. *in suo tract. de elect. p.* 1. *c.* 21. vbi Boer. *in addit.* & Tolos. *in tit. de elect. c.* 2. *num.* 8. Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit de elect. nu.* 42. *in fin.* quidquid in contrarium videatur tenere Oldrad. *cons.* 146. *num.* 2. dicens apud Innoc. & Host. nullum videri fuisse dubium quin sit seruanda forma *c. quiapropter* in personatibus, & dignitatibus ad vnguem per *c. dudum. de elect. & c. constitutis.* 2. *de appell.*

3 Dixi *de iure antiquo*: nam de iure nouo in eisdem etiam electionibus seruandum est secretum vigore Conc. Trid. *sess.* 25. *c.* 6. *de regul.* vbi habetur hoc decretum *In electione quorumcumq; Abbatum temporalium, & aliorum Officialium Regularium, ac Generalium, & Abbatissarum, atq; aliarum Præpositarum, quò omnia rectè, & sine vlla fraude fiant, in primis Sancta Synodus districtè præcipit omnes supradictos eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur . . . . Si vero contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.* Attamen cum prædictæ electiones vigore huius decreti sint celebrandæ & ipsæ secreto, vt declarauit Pius V. in bulla *pastoralis officij* § 1. ædita *anno* 1571. *die* 15. *Maij.* nec possint fieri per sortes vt supra dictum est, consequens est,
4 necessariam esse vocem, aut scripturam, cum nullus alius modus videatur excogitari posse, quo posit satisfieri dicto decreto: in quo nota illud decretum irritans *Electio irrita sit.* quia est penetrabilius omni gladio ancipiti Sarnen. *ad reg. de annal. q.* 23. *num.* 4. Rota *decis.* 76. *num.* 4. *coram Card.* Mantic. & infringit etiam possessionem Bisignet *decis.* 1. *num.* 6. *de rest. spoliat.* Cassad. *decis.* 11. *num.* 5. *super regul.* Sarnens *vbi supra q.* 14. *num.* 5. *vers. postremò* & alibi sæpissimè Rota *decis.* 101. *num.* 7. *coram Cardin. Mantic. & in d. Meteuen. Monasterij.* § *neq; obstat.*

5 Tandem aduertendum est si in aliqua Religione seruaretur de consuetudine d. decretalis *quiapropter* non solùm in electionibus Generalium, Prouincialium, Prælatorumq;

conuentualium; sed etiam in electionibus v. g. Procuratoris Ordinis, Diffinitorum Discretorum &c. talē consuetudinem sanè tenere cum non sit contra dictam decretalem prout in terminis docēt Henrich. Boich. *in d.c. quia propter num* 3. Mandagot. *de elect. c.* 21. Oldr.
6 *conf.* 146. *num.* 3. Talisq; consuetudinis signū iure optimo potest elici ex pronunciationibus earumdem electionem factis iuxta formam inferius tradendam *dub.* 40. Rota *in d. men. Monasterij* §. *neque sustinetur.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 280. Et ita de consuetudine seruatur decretalis *quiapropter* in electione Diffinitorum apud Congrega-
7 tionem S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Cisterciensis Regularis obseruantię, vt liquet ex bulla *Romanus Pontifex* Greg. XIII. §. 8. ædita *anno.* 1578. *die* 23. *Maij.* Et item apud congregationem Casinensem monachorum Ordinis S. Benedicti vt patet ex bulla *Cum sicut accepimus.* Pauli V. §. 9. ædita *anno* 1607. *die* 6. *Aprilis.*

DVBIVM SEPTIMVM.

An Generalis, siuè Prouincialis & Diffinitores teneantur ad obseruantiam formę *cap. quiapropter de elect.* in prouisione Priorum, siue Guardianorum supposito celebrandam esse ab ipsis talem electionem, seu prouisionem ex vi statutorum Ordinis sui.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum correctorium iuris communis recipit interpretationem à iure communi.*
Vnum tantùm operatur contra ius commune, vbi duo operari potest.
2 *Constitutiones quæ dant electionem Prælatorum conuentualium alijs quam suis conuentibus sunt correctoriæ iuris communis.*
3 *Cum quibus qualitatibus celebranda sit electio ab eo ad quem est deuoluta.*
4 *Seruandum est* c. quiapropter de elect. *in prouisione Prælatorum conuentualium.*
5 *Forma rei est esse rei.*
6 *Verba intelligenda sunt, vt congruant personis ad quas diriguntur.*
7 *Quomodo electio, & collatio pro eodem accipiantur.*

1 
Pro firmiori solutione huius dubij prænotandum est primò statutum correctorium iuris communis in dubijs, & in non expręssis necessariò recipere interpretationem, declarationem, & restrictionem à iure communi: Statutum enim correctorium tantum corrigit, quantum loquitur *l. si verò* §. *de viro ff. solut. matrim.* Dec. *cons.* 333. *num.* 3. *versic. quibus tamen,* & *consil.* 669. *num.* 6. Paris. *cons.* 12. *num.* 44. *lib.* 4. Bart. Alex. & alij *in l.* 1. §. *lex falcidia ff. ad leg. falcid.* Roland. *cons.* 72. *num.* 34. *lib.* 3. *quem sequuta est* Rota *decis.* 724. *numer.* 16. *par.* 1. *diuers.* vbi de communi Romam *cons.* 199. *num.* 7. Marescot. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 29. *num.* 13. & *cap.* 80 *num.* 12. Rota *decis.* 853. *num.* 6. *par.* 4. *diuers.* & *decis.* 998. *num.* 4. *coram Greg. XV.* & tandem omnia iura clamant teste Alder. Mascard. *super stat. concl.* 2. *num.* 244. Hinc prętatum statutum interpretandum est, vt vnum tantùm operetur contra ius commune, vbi duo operari potest Ant. à Butr. *in cap. cum dilecti de donat.* Roman. *cons* 199. *num.* 7. Grat. *cons.* 43. *col.* 1. *lib.* 1. & *cons.* 46. *num.* 7. Goz. *cons.* 89. *nu.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag.* § 1. *glos. vnic. num.* 4. & Rota *decis.* 853. *num.* 8. *par.* 4. & *decis.* 432. *num.* 10. *par.* 1. *diuers.*

2 Secundò prænotandum statuta, seu constitutiones de quibus in titulo esse correctorias iuris communis dum auferunt electionem Priorum vel Guardianorum à suis conuentibus, & dant eam Prouinciali, vel Generali, & Diffinitoribus prout in terminis resoluit Rota *decis.* 65. *num.* 9. *par.* 1. *in recent.* & ego latiùs Deo dante probabo *infra dub.* 114. *num.* 2. & *dub.* 120. *num.* 2.

3 Tertiò prænotandum est electionem ad Superiorem deuolutam fieri debere ab eo cum eisdem qualitatibus, cum quibus debet fieri à principio glos. *in clem. quia regulares verb. Monasterium de suppl. negl. prælat.* Ioan. And. *in reg. contra eum in merc. in* 6. quos refert Bertach. *in suo repert. verb. electio à quibus vers.* 3. Felin. *in cap. cum accessissent num.* 18. *de const.* Selua *de benef. par.* 3. *quæst.* 49. *Lambert. de iur. patr.* 3 *par. quæst.* 7. *art.* 13. *lib.* 3. & *p.* 12 *art.* 30. *lib.* 2. Rebuff. *de nomin. quæst.* 8. *nu.* 31. Gutierez. *consil.* 1. *num.* 31. & *consil.* 2. *nu.* 15. Achil. *decis.* 13. *de iur. patr.* & Gonzal. *sup. reg.* 8. *can-*

8. *cancell. glos. 46. num.* 33. & multis allegatis Garc. *de benef. p.* 10. *c.* 3. *num.* 42.

His prænotatis dico nullo modo licere Prouinciali, & Definitoribus recedere à forma *c. quiapropter de elect.* in electione Priorum vel Guardianorum Nau. *lib.* 1. *cons.* 8. *tit. de elect. in* 2. ædit. quem sequitur Ripa *de noct. tempor. c.* 99. *in fin.*

4 Hæc assertio probatur ex eo quòd ex vi constitutionum electio Guardianorum deuoluta est à conuentibus ad Prouincialem & Definitores contra ius commune, vt in secundo prænotando dictum est: Sed à conuentibus erat necessariò executioni demandanda forma *d. c. quiapropter* vt ex superiori dubio patet. Ergo & nunc à Prouinciali, & Definitoribus est seruandum *d. cap. quiapropter.* Nam cum dictæ constitutiones posint corrigere ius commune circa electores, & circa formam seruandam, ita sunt interpretandæ

5 vt tantum corrigant, circa electores, sicuti expresse faciunt, & non circa formam, vbi id expresse ab eis non habetur.

Omnis ergo interpretatio admittatur, vt euitetur iuris communis correctio *cap. cum dilectus de consuet. & cap. cum expediat de elect. in* 6. & præsertim circa formam seruandam, quia est vera electionis substantia; in talibus enim forma est esse rei *l. si vol. §. si rem de a n. ff. ad exhi.* & alia iura benè deducta per Oldrad. *cons.* 146. *fact. m tale est: de consuetudine Ecclesiæ Eduensis numer,* 3. quia, vt inquit, Roland. *vbi sup.* conditores statutorum noluerunt in hoc casu disponere, & statuere contra ius commune, & adducit tex. *l. quod verò contra ff. de legib.* & communem DD. *in l. si constante ff. solut. matrim.*

Sed contra primò objicies sic: Ergo idem iuris erit de electione quæ deuoluitur ad solum Generalem: sed hoc est absurdum. Ergo &c. Resp. verba esse intelligenda, & interpretãda, vt cõgruãt personis ad quas dirigũtur *l. si vno ff. locat. cum alijs adhoc citatis per Barb. cons.* 32. *num.* 14. *lib.* 2. Rota *decis.* 66. *nu.* 8. *coram Greg XV.* Vnde quando electio deuoluitur ad Generalem tenetur quidem & ipse ad omnes qualitates, ad quas tenebantur primi electores: sed id non potest intelligi de dicta forma electionis, quia non cadit in vnam personam; sed collegiũ *c.* 1. *de elect.* Felin. *in c. in nostra num.* 27. *in fin. de rescript.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de electione num.* 39.

Secundò objicies cum Nauar. *lib.* 1. *cons.* 2. *tit. de elect. in antiq. & cons.* 8. *eod. tit. in nou.* electionem quam celebrat Definitorium non esse magis actum iudicialem, quàm collatio beneficiorũ, & electio beneficiatorum in qua non est seruanda forma *d. c. quia propter* Ergo falsa est conclusio nostra. Resp. licèt collatio & electio aliquando confundantur, vt dicit Mil. *in repert. verb. collatio differt.* quẽ approbat Rota *decis.* 66. *num.* 1. *coram Greg. XV.* attamen id accipiendum est, vt innuit, Nauar. *ibid.* colligitur ex Felin. *vbi supra nu.* 26. *vers. & not. diligenter* & clarius explicat Panorm. *in c. vnic. num.* 18. *vers. & credo quod in quantum vt eccles. benef.* glos. *in c. sicut eum verb. formam de elect. in* 6. quam sequitur idẽ Panorm. *in d. c. quiapropter num.* 9. *vers. tertiò quæritur.* de electione in qua aliàs non est attendenda forma *d. c. quiapropter* vt sunt electiones de illis dignitatibus, ob quarum vacationem Ecclesia non dicitur quodamodò viduata, vt in superiori dubio monstratum est. Secus verò dicendum est de electione in qua de iure, vel de consuetudine est attendẽda eadem forma, vt est in casu nostro iuxta doctrinam in eodemmet Superiori dubio traditam. Vnde dum dicitur in obiectione *electio in qua non est seruanda forma c. quiapropter de elect. quam celebrat Definitorium non est magis actus iudicialis quàm collatio beneficiorũ & electio beneficiatorum in qua non est seruanda forma d. c. quiapropter.* Concedo, quia in hoc casu collatio & electio confunduntur. Sed quãdo dicitur *electio in qua seruatur forma d. c. quia propter quam celebrat Definitorium non est magis actus iudicialis, quam collatio beneficiorum in qua non est seruanda forma c. quiapropter* hoc iure optimo nego, quia electioni præscripta est specialis forma à iure, quam non habet collatio.

DVBIVM OCTAVVM.

An electio celebrata non seruata forma statuti propriæ Religionis teneat?

SVMMARIVM.

1. *Vbi adest expresse decretum irritans forma statuti nequit adimpleri per equipollens.*
2. *Habetur pro expresso in statuto, quando per prius fuit inductum à iure communi.*
3. *Forma statuti potest adimpleri per equipollens quando continet decretũ irritans tacitè.*
4. *Et idem iuris est, quando nec expressè, nec tacitè continet.*
5. *Vbi forma statuti non adimpletur per equipollens actus est ipso iure nullus.*
6. *Statuta habent perpetuam causam probibitionis.*

7 *Etiamsi procedant per verba imperatiua solùm, & non negatiua.*
8 *Prouinciales & Definitores nequeunt eligere Guardianus nisi secretò.*
9 *Ante Conc. Trident. potuissent vbi omnes consensissent.*
10 *In electionibus attenditur consuetudo.*
11 *Quando verbum Prouisio comprehendat etiam electionem.*
Statutum quod eminat ad obuiandum fraudibus est fauorabile.
12 *Quid iuris de electione & de prouisione.*



ILIGENTISSIME est inprimis inspicienda ipsamet forma statuti; An scilicet habeat clausulam decreti irritantis expræssè, vel tacitè, vel nullo pacto. & prout variè eam continebit, diuersimodè quoq; erit sentiendum.

1 Nam si expressè adsit decretum irritans; tunc forma statuti nō poterit adimpleri per equipollens: vbi enim illud decretum appositum est, magis attenditur forma legis, quā ra io legis, vt ait Bald. *in l. 1. de lib. et posthum.* quem ibi omnes sequuntur, & præsertim Iason. *num. 1.* Alex. *in fin. num. 3. de procurat.* Paris. *cons. 19. nu. 187. lib. 2.* Siluest. Aldobrand. *cons. 92. num. 27.* Felin *in c. cum causa. num. 21. de re iud. vbi* A post. multos allegat & ita post Aret. & Tiraquel quos refert firmat Rota *decis. 215. num. 1. p. 1. & decis. 214. p. 4. diuers. & fuit tentum in vna Toletana professionis 27. Februarij* 1595.

2 Et hic aduertendum est cum Boer. *q. 24. num. 3. vers. cum ergo forma.* quem allegat, & sequitur Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 29. num. 13. & 14.* tunc non esse necesse, vt statutum habeat clausulam annullatiuam, vel verba prohibitiua, ex qua id fuit inductum à iure communi, à quo statuta semper recipiunt interpraetationem passiuam, vt latè probatum est *dub. 7. num. 1.*

3 Si verò non expressè, sed solùm tacitè ex dispositione statuti colligatur præfatum decretum irritans; tunc potest adimpleri per equippollens vt v. g. si aliquid fieri mandet adhibens verba negatiua, sed vlterius non annullet; tunc licèt verba negatiua inducant formam, & nullitatem actus, nihilominus, quia talis forma tacitè colligitur, potest adimpleri per equipollens: ita post Alex. & alios declarat Felin. *in c. cum dilecta. num. 10. in vndecima ampliatione de rescript.* quem sequitur Marescot. *cap. 38. numer. 12.*

4 Si nec expressè, nec tacitè colligitur memorata clausula decreti irritantis ex dispositione statuti; tunc quoq; potest adimpleri per equipollens: nam licèt forma statuti requiratur ad certum effectum; si tamen ille effectus aliundè habeatur per equipollens, potest per illud adimpleri, cum in hoc casu non curetur de modo, sed de effectu *l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. & ibi* Bald. *num. 2. ff. de acquir. hèred. l. fin. §. fin. ff. mand.* Iason. *in l. 1. num. 5. ff. de lib. & posthum.* & Rota *decis. 1413. num. 3. coram* Card. *Seraph.* allegans Cassad. *decis. 26. super regul.*

5 Si denique non adimpleatur forma statuti per equipollens, licèt tacitè tantùm, vel nullo pacto contineatur clausula irritans in ea: tunc actus est ipso iure nullus, quia quando aliquid requiritur in ipso actu; tunc si illud non seruatur, actus est nullus ipso iure, etiam quod statutum vltra non procedat annullando Bart. *in l. vniuersa, & ibi* Iason. vbi de communi *nu. 8.* dicens in toto mūdo hanc opinionem esse receptam *C. de precibus Imper. offer.* Roman. *cons. 203. num. 2.* Panorm. *in cap. 2. num. 5. versic. scire enim debes,* & ibi Felin. *col. 2. vers. 3. not. de testibus.* Et ratio est, quia statuta habent perpetuam causam prohibitionis; sunt enim condita ad obuiandum falsitatibus, & fraudibus, & vt erroris causa tollatur *Alex. cons. 131. nu. 10. lib. 2.* Socin. *cons. 2. num. 2. lib. 3.* Ergo omissio solemnitatis reddit actum nullum ipso iure, etiam si statuta non habeant clausulam annullatiuam glos. communiter approbata *in clem. 1. verb. inhibentes de iur. patr. vbi* DD. Alex. *in l. 1. num. 8. de lib. & posthum.* Felin. post Panorm. *in c. ex parte col. 5. num. 6. vers. 4. casus est de const.* Put. *decis. 338. nu. 6. lib* 1. & quamuis statuta non

7 procedant per modum prohibitionis, tamen idem est virtualiter quando per verba imperatiua disponunt, vt post Bart. *in l. cum lex. de fideiussor.* tradit Felin. *in d. c. 2. num. 1. in fin. de test.* vbi inquit statutum dici prohibitiuum non solùm si apponatur verbum negatiuum; sed etiam si in contractu mandetur aliquam solemnitatem obseruari, quia videtur prohibitus actus illa solemnitate non seruata. Immò si statutum desideret aliquam qualitatem in contractu, quæ inter alias de iure communi necessaria non est, vtique eam pro forma requirere videtur etiamsi ipsummet statutum loquatur per verba affirmatiua, nec procedat vlterius annullando Anchar. *cons. 36. num. 1.* Aym. *cons. 182. num. 10.* Socin. *iun. cons. 37. num. 6. lib. 2.* Vndè meritò illa

non

non concurrente actus ipse defectu formæ sustineri non potest *vulg. l. cum hi. §. prater ff. de transact.* cum alijs per Alex. *cons.* 137. *nu.* 15. *lib.* 2. Rota *decis.* 15. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

8 Ad horum autem omnium clariorem dilucidationem libet hic proponere dubium quod contingit in Illustrissima Religione cuius Constitutiones disponunt vt Prouisio Guardianorum celebretur à PP. Prouincialis, & Definitionibus per scrutinium secretum per schedulam habitum: Super quam constitutionem sic dubitatum fuit. An teneat prouisio alicuius Guardiani si Prouincialis, & Definitores eam nō celebrent secretò; sed palam ita vt vnusquisque aure percipiat vota aliorum? Cui dubio dico respondendum esse negatiuè de iure, & de cōsuetudine. De iure, quia decretum irritans habetur pro expresso in dicta forma illarum Constitutionum, cum per prius fuerit inductum à iure communi, nempè à Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 6. *de reg.* vbi quò omnia sine vlla fraude fiant districtè præcipitur vt omnes Superiores Regularium eligi debeât per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Et post pauca subditur. *Si verò contra huius d. creti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.* Vnde cum dictæ constitutiones loquantur in eodem casu, eo ipso, quo deficit secretum quod requirūt in prouisione Guardianorum statim intrat nullitas inducta à Conc. Trid. vt in terminis sentit Nauar. *lib.* 1. *cons.* 2. *nu.* 4. *de elect. in antiq. & cons.* 8. *num.* 2. *eod. tit. in nou.* & Ripa *de nost. tempor. cap.* 99. *in fin.* Et per consequens nullo pacto d. forma, seu solemnitas secreti poterit adimpleri per equipollens, vt liquet ex dictis *num.* 1. Quod totum eò magis veritatem habet quò nullum priuilegium contrarium Concilio Tridentino suffragetur Regularibus vt dictum est dub. 4.

9 Secluso verò hoc decreto Conc. Trident. potuisset quidem eadem forma constitutionalis adimpleri per equipollens, quia in ea nullum adest decretum irritans expressè: vnde potuissent v. g. Prouincialis, & Definitores eligere Guardianos palam, & non secretò ita vt quisque vota aliorum audisset, quando præsertim omnes consensissent nemine prorsus discrepante: in huiusmodi nāque casu equipollens illius formę haberetur: tūc enim cessârent deceptiones ad quas euitādas ius positiuum adinuenit solemnitates: vnde de earum defectu in præsenti casu non fuisset curandum Innoc. *in cap. quod sicut de elect.* Panorm. *in c. quia plerique num.* 31. *de immunit. eccles.* Iason. *in l. nemo potest in.* 2. *lect. col.* 15. *vers. pro parte negatiua di leg.* 1. Felin. *in c.* 1. *col.* 11. *vers. fallit sextò de constit.* Siluest. *tit. electio* 1. *quest.* 10. Biax. *in suo direct. elect. p.* 3. *c.* 20. *in fin.* Sed quia, vt dixi supra, adest

10 expræsse decretum irritans Conc. Trident. idcircò eadē forma de iure nō potest adimpleri per equipollens.

Quòd verò etiam negatiuè sit respondendum de consuetudine patet, nam Decretum irritans tollit consuetudinem nedùm in præteritum; sed etiam in futurum, vt probaui *dub.* 3. *num.* 5.

11 Et quod exemplificatum est de prouisione tu proportionabiliter applica ad quascumq; electiones; nam verbum Prouisio in fauorabilibus comprehendit etiam electionem, vt probabitur *dub.* 118 *nu.* 7. sed statutum, quod emanat ad obuiandum fraudibus est fauorabile, & latè interpretandum Rota *decis.* 327. *num* 5 *coram Greg. XV.* afferens tex. *in l.* 1. *§. pecuniam. ff. de calumn. c. quāto de priuil. c. si ciuitas de senc. excom. in* 6. Dec. *cons.* 5. *in fin.* Aym. *cons.* 118. *numer.* 11. Ergo quod dictum est de prouisione in terminis de dicto decreto Conc. Trident. emanato ad obuiandum fraudibus, potest & proportionabiliter dici de electione.

12 Et non solùm in terminis de dicto decreto, seu de secreto in electionibus habendo; sed & in terminis de quacumq; alia solemnitate, quæ requiratur pro forma in electionibus, poterit & proportionabiliter de prouisionibus, & è contra; & ratio est, quia teste illa celebri glos. *in c. postquam verb. promisione de elect. in* 6. communiter approbata, cum videamus quotidie iura parificare electionem & prouisionem *c. statuimus c. vt circa c. si postquam c. si compromissarius de elect. in* 6. quid iuris de vno, & de alio.

CAPVT SECVNDVM

De conuocatione Capituli.

DVBIVM NONVM.

Qui, quomodo, & à quo conuocandi sint electores?

SVMMARIVM.

1. *Absentes & præsentes vocandi sunt ad electionem.*
2. *Qui veniant sub nomine præsentium & absentium.*
3. *Quomodo vtrique sint vocandi.*
   Forma citationis.
   Quomodo vocandi qui ignorantur vbi nam gentium existant.
4. *Ad electionem sunt vocandi qui debent ei interesse de iure, & de consuetudine.*
5. *Quando non sint compellendi qui nolunt interesse electioni.*
6. *Ad electionem non sunt vocandi qui non possunt commodè venire num. 8.*
7. *An tale commodum debeat considerari respectu electoris vocandi, vel Religionis.*
9. *Ad cuius Iudicis arbitrium spectet dijudicare tale commodum.*
10. *Cui committitur causa recipit plenariam potestatem super omnia quæ ad ipsam pertinent.*
11. *Ad quem spectet conuocare capitulum.*
12. *Apud Religiosos qui dicantur antiquiores.*

1 CONVOCANDI sunt nedum præsentes; sed etiã absentes, qui debent, volunt, & possunt commodè venire ab eo, ad quẽ de iure, vel de consuetudine spectat c. *quia inter vniuersas c. quia propter &c. c. coram delecto vbi glos. verb. prouincia.* Imol. & Panor. *num. 3. de elect.* Rota *decis. 288. coram Card. Mantic.* & communiter omnes.

2 Sub nomine præsentium comprehenduntur omnes, qui sunt in ciuitate, vel in claustro, vel in hortis Innoc. *in d. c. quia propter de elect.* Panor. & Felin. *num. 22. in c. cum omnes de const.* Suppl. *tit. electio 1. §. omnes electores.* Angel. *eod. tit. num. 17.* Siluest. *eod. tit. 1. q. 5.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 10.* Azor *p. 2. lib. 6. c. 14. §. verum quid.* Sub nomine verò absentium, qui vocandi sunt, veniunt qui non sunt quidem in ciuitate, nec in claustro, nec in hortis; commodè tamen vocari possunt; Rota *vbi supra.*

3 Præsentes sunt congregandi verbo, aut signo cõsueto nolę; absentes verò per litteras, aut per nuncium; ita vt vtrique sufficienti modo rationabiliter vocati censeantur; Innoc. *in c. in causis nu. 2.* & Panorm. *num. 5. de elect.* & idem Panorm. *in d. c. coram dilecto num. 3. de elect.* Gofred. *in sum. tit. de elect. num. 10.* Biax. *in direct. elect. p. 3. n. 4. num. 6.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 14. q. 7.* Felin. *in c. cum omnes num. 38. vers. secunda opinio. de const.* & Rota *d. decis. 288. nu. 2. coram Card. Mantic.* vbi quoq; refertur idẽ resolutum fuisse *in Calagurritana de Aranguiz. coram Card. Pamphil.*

Litteras autem quibus ad electionẽ quis vocatur vtile esset, & expediret ad omnem meliorem effectum publicè, & apertas reddi, prout suadet Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 60. & 61.* de mente specul. Quarum literarum tenor secundum eosdem DD. debet esse vt Prælatus ad quem conuocare spectat, post salutationem in proœmio literarum appositam, moneat electorem cui literas dirigit, causam ob quam celebrandũ est capitulũ, vt v.g. quia generalis sui tẽporis officium expleturus sit tali die, vel v.g. quia generalis vniuersæ carnis viam ingressus fuerit & corpus eius sepulturę traditum fuerit; Vel huiusmodi &c. Quapropter ne Religio propter diuturnam vacationem patiatur grauem in temporalibus, & spiritualibus iacturam, talem diem cum sequentium dierum continuatione statuisse ad celebrandum capitulum, & per consequens ad omnes electio- 2
nes solitas in eo celebrandas, & propterea eum requirere, & citare, vt die ipsa conuenire cum eis velit in tali loco ad tractandum eligendum, & cum eis concludendum secundũ quod ad eius munus vel personã spectat de iure in ipso capitulo; Alias eo non comparente ad electiones, & alia capitularia peragenda absq; eo se processuros, absentia ipsius non obstante. (Vbi verò viget Procuratorum institutio, additur in ipsis litteris) quòd si fortè iusto impedimento fuerit distractus, quò minus venire possit, certum specialemq;

cialemq; nuncium transmittat, qui de legitimo impedimento fidem plenam faciat iuxta generalis Concilij statutum, qua præstita ei potestas fiet, si voluerit, vt alicui de capitulo vices suas demandet.

Licèt verò hæc citationis forma nullam horam præfigat, nihil interest, quia consueta hora nempè matutina apposita censetur: quamuis fortè cautius esset horam quoq; ipsam specialiter designare capituli celebrandi, putà matutinam, vel missæ. Solent, etiam aliquæ citationes pronunciare quod electio celebrabitur ipso qui nunc citatur amplius non monito, nec citato, quæ clausula inanis non reddetur & si electio deinde ad alium terminum dilata prorogataq; fuerit Ioan. And. in addit. specul. *num. 7. lit. I. vers. non obstante* Cuch. *num. 67.*

Sed rogabis quò nam dirigenda sit citatio eorum electorum, qui ignorantur vbi nam gentium existant, vel latitant ne citatio ad eos peruenire posit, dolo id agentes videlicet vt contēptos se dicere possint. Respōdeo citationem dirigi posse ad locum in quo morari consueuerunt, talis namq; citatio non minus eos coherceret, quàm si eos apprehendisset. Ita specul. quem refert, & approbat Cuch. *num. 58. & 59.* Et facit quod impediēs quo minus citetur, habetur pro citato *c. quoniā frequenter. §. porro vbi* glos. *in verb. compet. vt lit. non contest. Card. in clem. causam q. 13. de elect.* cum alijs per Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 102. & alibi* penes Rotam *decis. 1094. num. 3. coram Card. Seraphin.*

Dixi in assertione esse vocandos *qui debent* quia in hoc verbo includuntur qui de iure communi, vel speciali ad electionem conuenire tenentur glos. Panorm. Ant. à Butr. *num. 21.* & communiter canonistæ *in d. c. quia propter de elect.* Siluest. *tit. electio. 1. q. 5.* Et item includuntur qui de consuetudine habent interesse electionibus *c. cum dilectus de consuet. c. cumana & c. cum Ecclesia sulatrana de elect.* Dec. *in c. licet num. 46. de elect.* Specul. *in tit. de electione, §. primo num. 12.* Cardin. *in c. quia propter q. 12. in prin.* Bertach. *de Episcop. lib. 1. p. 3. q. 5. num. 4.* Boer. *ad Mandagot. de elect. c. 23. lit. B.* Rota *in Treueren. Abbatiæ mens. 20. Nouembris 1624. coram Coccino. §. neq; prædictis refistit.* Butr. & Panor. quos refert, & sequitur. Rota. *decis. 65. num. 11. p. 1. in recent.* Item Rota *decis. 11. num. 2. tit. de consuet. in antiquis. & in Meten. Monasterij. Lunæ. 5. Iuly. 1621. coram* Coccino. *§. neq; obstat.*

5 Dixi *qui volunt*, quia excluduntur renuentes interesse electioni non enim compellendi sunt, nisi id Ecclesiæ, idest, Religionis fauet ut Panorm. *in d. c. quia propter num. 4. de elect.* communiter receptus Tabien. *tit. electio 1. num. 12.* & ego latius disputabo *dub. 15. per totum.*

6 Dixi *qui possunt commodè, &c.* per quod verbum innuitur non vocandos, qui commodè non valent venire *cap. cum inter 2. de elect.* Innoc. *in cap. cum ex iniuncto de noui oper. nunc.*

7 Circa hoc dictum tria notanda occurrunt: Primò memoratum commodum respicere Ecclesiam, siuè Religionem, non autem personam vocandam Archid. & Anchar. *in cap. cum in Ecclesijs de præben. in 6.* Panor. *in d. cap. quia propter num. 5. de elect.* Siluest. *tit. electio 1. q. 5.* Vnde quando in notabile detrimentum Religionis vergeret nullo pacto esset vocandus absens etiam si contrarium ex consuetudine seruaretur, quia talis consuetudo non tenet *c. 1. de consuet.* vbi Panor. *& in cap. coram dilecto de elect.* vt puta si imminens capituli Prouincialis celebratio non concederet expectari aliquem fratrem absentem, qui suffragium in electione Discreti habet præstare. Item si electoribus ad comitia Generalia conuenturis negaretur aditus ob pestilentiæ morbum quo aliqua prouincia (quod absit) grassaretur.

8 Secundò notandum est non esse attendendum simpliciter an electores vocandi sint in prouincia vel extra eam degant absentes; sed illud in primis inspiciendum est an commodè vocari possint, vt benè notat Panor. *in d. c. coram dilecto* Biax. *in direct. elect. p. 3. cap. 7. n. 3.* Rota *d. decis. 288. coram Card. Mantica* Nam fieri potest, vt aliquis sit in alia prouincia, & tamen vicinior sit conuentui, de cuius Discreti electione agitur, quàm alter absens qui est in eadem prouincia. DD. autem qui asserunt vocandos esse, qui sunt in eadē prouincia intelligendi sunt regulariter, quia vt plurimum tales commodè vocari possunt.

9 Tertiò notandum est certam regulam statui non posse, quando nam dicantur vocari posse absentes, Vnde a boni Iudicis arbitrio non est recedendum, vt astruunt DD. & in primis Siluest. *vbi supra*, & Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 54.* Idoneus autem Iudex censetur in præsenti ille, cuius est tractam habere electionem, licèt aliàs non sit Ordinarius, Ioan. And. *in c. publicato* vbi Panorm. & Butr. *num. 21. de elect.* & item Butr. *in c. venerabilem num. 15. de elect.* Panor. *in d. c. coram dilecto* Biax. *vbi sup. & c. 34. num. 3.* & Cuch. *vbi sup.* Ratio est, quia ex quo ipse

 habet

habet confirmare electionem, & cognitio ipsius confirmationis ad eum spectat, per consequens etiam ad eum pertinebunt præambula, & præparatoria ad cõfirmationem, seu eorum cognitionem *c. licet in fin. de elect.* B. August. *de Ancon. de potest. eccl. q. 2. art. 4. in fine resolut.* Cui namque committitur cau-
10 sa super omnia quæ ad causam ipsam pertinere noscuntur, plenariam recipit potestatem *c. præterea, & c. suspicionis de offic. deleg. l. 15. de iurisd. omn. iud. l. 3. §. fin. ff. de pæn. leg. l. veteres vbi glos.* & Bart. *ff. de iten. actuque priu.* Rota *decis. 66. in fin. coram Greg. XV.* quæ iura exponuntur à DD. vt sub causa commissa recipiat potestatem non solùm super omnia necessaria; sed etiam super omnia valdè commoda, quæ ad ipsam causam pertinere noscuntur Suar *tom. 4. disp. 49. sect. 1. num. 17.*

11 Dixi *ab eo ad quem de iure, vel de consuetudine spectat*, & ita sustinet post Innoc. Panorm. *in d. c. cũ ex iniuncto de non. oper. nunc. & in c. cum nobis num. 9. de elect.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 163.* Sed si non adsit ad quem de iure, vel de consuetudine pertineat tunc antiquior congregabit Felin. *in c. 1. de mai. & obed. & in c. cum omnes col. penult. vers. sed dubium est. de const.* vbi multorum Doctorũ opiniones concordat. Biax. *vbi sup. num. 1.* Per antiquiorem verò, intelligẽ antiquiorem à tempore emissæ professionis; non autem in ætate glos. *verb. antiquiores in c. fin. de consuet. in 6.* Felin. & Biax.
12 *vbi supra num. 5.* Et licèt dubitari possit an antiquioritas sit computanda à tempore ingressus, & suscepti habitus Regularium; an verò à tempore emissæ professionis; tamen in terminis de antiquioritate monialium Sacra Congregatio censuit attendendum esse tempus emissæ professionis.

DVBIVM DECIMVM.

An vocatio absentium ita sit de substantia electionis vt si non vocentur, electio sit ipso iure nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Electio non vocatis absentibus ad eorum petitionem est irritanda.*
2 *Vocatio absentium non est de substantia electionis; sed de iustitia.*
3 *Solus elector contemptus potest allegare contemptum sui Excipitur casus num. 14.*
Non potest statutum infringere electionem validam, & validare nullam contra ius commune.
Constitutio Inferioris non potest mutare in aliquo constitutionem Superioris.
4 *Absens contemptus auditur solùm ante confirmationem.*
5 *Et quando etiam post confirmationem.*
6 *Religiosus non habet nec velle nec nolle; sed habetur pro mortuo.*
7 *Mors ciuilis resultans ex ingressu monasterij differt à morte naturali.*
8 *Generalis non potest sine causa auferre ius eligendi ab electoribus.*
9 *Generalis est inferior capitulo generali.*
10 *Ab Archiepiscopo ad Synodum Prouincialem datur appellatio.*
11 *Quando electio sit ipso iure nulla ex defectu non vocatorum.*
Elector contemptus non potest conualidare electionem ipso iure nullam.
12 *Vniuersitas consistit in duabus saltem partibus in negotio electionis.*
13 *De capitulo solùm censẽtur, qui debent, volunt & possunt ei commodè interesse.*

1 I celebretur electio non vocato sufficienti modo aliquo eorum qui debent, volunt, & possunt ei commodè interesse iuxta in Superiori dubio dicta, illa non est ipso iure nulla; sed si non vocatus contemptum sui prosequitur; tunc ad petitionem eius est irritanda. Secus verò dicendum si non prosequitur contemptum, vel electionem vult ratam facere *c. quod sicut. vbi* Imol. *num. 4. c. bonæ 2. vbi quoq;* Imol. *nu. 5. c. venerabilem vers. obiectioni in fin. c. Ecclesia 2. vbi glos. penult. de elect.* Innoc. *in c. quiapropter & in c. considerauimus de elect.* Panorm. *in c. in genesi num. 10. & seqq.* vbi rationes affert *& in c. 1. num. 16. de his quæ fi. à mai. par. cap. & in c. gratum de postul. prælat.* Archid. & Anchar. *in c. cum in Ecclesijs de preben. in 6.* And. ab Exea. *in c. cum omnes num. 171. de const. in repet.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 8. num. 15.* Tabien. *tit. electio. 1. num. 13.* Siluest. *eod. tit. 1. q. 5. dict. 5. &* Tusch. *lit. C. concl. 967. & lit. A. conclus. 136.* Et hęc conclusio procedit tàm de his, qui iure communi, quàm iure speciali, vel consuetudine eligere habent. Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione. num. 51.*

Hinc inferunt Panorm. *in d. c. quiapropter* Marc. relatus à Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio.*

electio c.29.& c.45.& post Felin.& Boer.Me-
noch.*conf.67.num.31.*Biax.*in suo direct. elect.*
p.3.c.7. vocationem absentium non esse de
substancia electionis; sed tantummodo de iu
stitia & rationem adducit Pannr.*in d.c.in ge-*
nesi nu.11.de elect. quia scilicet si esset de sub-
stantia, non posset ratificare electionem ipse
elector absens contemptus, cum non possit
quis renunciare fauori publico *c. si diligenti.*
*de for.compet.*Farinac. qui multus cumulat *de*
carcer.& carcerat.q.27.num.84. Sed tantùm
est de iustitia quia retractabitur electio pro-
sequente contemptu, ipso non vocato.

Hęc conclusio sic explanata dupliciter est
3 limitanda. Primò vt solus contemptus possit
allegare contemptum ad effectum, vt retra-
ctetur electio; vnde nec Iudex, nec alij de ca-
pitulo, ipso contempto tacente, poterunt cō-
temptum allegare. Panorm.*in d.c.in genesi nu.*
10. Et ratio est quia cum hoc casu agatur de
fauore priuato; non autē publico, non potest
Iudex supplere ex officio suo, vt probatur *in l.*
*4.§.hoc autē iudiciū.ff.de dam.infect.*Innoc.*in c.*
ad nostrā.2.de iure iur. Pannr.*vbi supra & in c.*
bonæ de postul. prælat. Immo addo non posse
Capitulum condere statutum inducens nul-
litatem electionis propter defectum aliquo-
rū non vocatorū qui erant vocandi Panorm.
in d.c.quiapropter num. 12. de elect. post Ioan.
And. Rota in *Toletanā canonicatus 18. Maij.*
*1584.coram Clem.VIII.*quia non potest statu
tum infringere electionem validam, & vali-
dare nullam contra dispositionem *d. c. quia-*
propter.arg.c.inferior.dist.21.c.cum inferior. de
maioritat.& obedientia. clement. ne Romani de
elect. vbi patet nō posse constitutionem infe-
rioris in aliquo minuere, vel detrahere con-
stitutioni Superioris. Et pro hoc facit quod
notabitur infra *dub.108.num.1.& seq.*

4 Secundò est limitanda, vt non audiatur
contemptus, si non contradicat electioni in
fra tempus, quod antecedit confirmationē,
iuxta *c.fin.de elect.in 6.*additio *ad* Panor. *in c.*
*in genesi nu.10. lit.*B. allegans Franch. Biax.
in suo. direct. elect.p.3.c.7. & additio ad Ge-
min.*in c.ex eo quod de elect.in 6.lit.A.*Cuch.*in-*
stit.maior.lib.4.tit.de electione num.51.

Excipe tamen ab hac secunda limitatio-
5 ne duos casus in quibus etiam post confirma
tionem auditur contemptus. Primus est si
constat eum ignorasse celebrationem electio
nis, & confirmationis iuxta *c.fin.qui mat.accu.*
*poss.*ita præallegati DD.proximè. Secundus
casus est si celebratio actus de quo agitur re
vera non sit electio; sed prouisio: tunc enim
etiam post confirmationem auditur; quia

qui prouident, eligunt, & confirmant vnico
actu.glos.*in c.1.verb.prouisionem de elect. in 6.*
& latius declarabitur infra *dub.119.num. 6.*

At huic assertioni sic explicatæ & limita-
tatæ obijcies si ad petitionem electoris est
irritanda electio, ad quam non fuit vocatus,
quia eius vocatio est de iustitia, & per conse
quens agitur de eius cōmodo, & fauore pro-
prio, seu priuato. Ergo ad petitionem Reli-
giosi electoris contempti non erit irritanda.
6 Sequella patet, nam Religiosi non habent nec
velle, nec nolle; sed omnia eorum iura reli-
quuntur dispositioni suorum superiorum; ita
vt pro mortuis habeantur *l. Deo nobis C.de Epi-*
sc.& cler.auth.ingressi C.de sacr.san.Eccl.& ple
nè & latè Gutierez multis allegatis *qq. can.*
lib.2.c.1.num.37.& seqq. Rota *decis.302. nu.*
1.p.2.in recent.& decis.87.num.4.& 12. corā
*Greg.XV.*Ergo prædicta assertio non proce-
dit in Religiosis electoribus quia nō possunt
prosequi contemptum sui inuito suo Su-
periore.

7 Respondeo mortem ciuilem resultantem
ex ingressu Monasterij non facere Monacum
haberi pro vero mortuo, nisi in casibus in iu
re expressis iuxta glos.notab. *in c. placuit 2.*
verb.mortuus 16.q.1. Alex.*cons.139. num.4.*
lib.2. Oldrad.*cons.284.num.4.* Gutierez.*vbi*
supra Rota *decis. 543. num.1. par.2.in recent.*
Vnde cum in iure non solum reperiatur id
prohibitum electoribus Religiosis, sed con-
8 cessum, & ab eorum constitutionibus ex-
pressè confirmatum, & dispositum. Hinc
nullus Superior in Ordine, quamuis sit ipse-
met Generalis potest sine causa iusta, & ra-
tionabili auferre præfatum ius à quibusuis
electoribus contra dispositionem constitu-
tionum, quia inferior non potest concedere,
seu negare contra voluntatem Superioris
Gambar. *de auct. Leg. à lat. num.708. lib.6.*
Nenizan.*cons.116.nu.1,* & Rota *decis.1328.*
*coram Card.Seraph.*adducens *c.vt nostrum,&*
c. vt debitus de appell.

9 Quòd autem Generalis nedum sit infe-
rior canonum Conditori; sed etiam Capitu-
lo Generali, quod constitutiones sanxit, ma-
ximè in Religione Minorū patet ex B. Hug.
Cord. *q.3.*Polic.*num.* 17. Thesau. *fol. mihi*
337.& communiter ex Expositoribus Regu-
læ illius *in cap.* 8. & his etiam rationibus
suadetur. Primò, quia ex eorum Regula Ca-
pitulum generale gaudet auctoritate absol-
uendi eundem Ministrum generalem ab Of-
ficio, cum primum illum insufficientem no-
uerit. Ergo & eodem maius est.
10 Secundò quia sicuti ab Archiepiscopo ad

Sy-

Synodum prouincialem appellatur tāquam ab inferiori ad Superiorem, licèt in ea sit caput Host. *in c. graue in fin. de praeben.* Card. *in clem.* 1. §. *quod etiam interdictis num.* 1. *not.* 1. *de sent. excommun.* Anchar. *ibid. num.* 5. *not.* 5. Nauar. *lib.* 1. *cons.* 6. *tit. de mai. & obed.* latè Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 18. *num.* 36. Ergo pari ratione Generalis est inferior Capitulo generali.

11 Secunda conclusio est electionem esse ipso iure nullam, quando non fuerunt congregatae saltem duae partes eorum qui debent, volunt, & possunt commodè interesse; nec post scrutinium reperitur electum habuisse maiorem partem ipsarum duarum partium habito respectu ad dictos qui debebant vocari, & non fuerunt vocati. Vnde in huiusmodi casu nemo eorum electorum qui sic contempti sunt, potest ratificare, & validare talem electionem ipso iure nullam Compostell. *in c. quiapropter num.* 29. Bellam. §. *nisi forte vers.* 3. *quaero de elect.* Rota *in Treueren. Abbatiae S. Maximini* 20. *Nouembris* 1624. *coram Caccino* §. *secundò principaliter in fin.* Explicemus hanc conclusionem exemplo. Sint v.g. triginta electores, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse electioni, ex quibus congregentur 19. vndecim alijs non vocatis. Modò ex his 19. vocalibus 10. consentiant in aliquem, tunc electio est ipso iure nulla, quia electus non habuit maiorem partem duarum partium capituli, nec fuerunt congregatę saltem duę partes capituli habito respectu ad eos qui debebant vocari, & non fuerunt vocati: vnde ibi non erat congregata vniuersitas: in electionis namque negotio debent congregari saltem duae partes eorum qui debent, volunt, & possunt commodè venire, & valebit quidquid disponet maior pars; aliàs non consistit ibi vniuersitas, si non sint se licet duae partes ad minus

12 *vt not. in l. nulli & in l. planè ff. quod cuiusc. vniuers. no.* Vnde meritò in huius facti contingentia nemo ex illis cōtemptis potest conualidare talem electionem ipso iure nullam. Haec conclusio apertè habetur ex Panorm. *in c. quiapropter num.* 5. *&* 12. iuncta doctrina quam tradit *in c. quod sicut* §. *super eo nu.* 9. *& in c. in genesi num.* 11. *de elect. & in c.* 1. *de his quae fi. à mai. par. cap.* Marc. *q.* 924. *num.* 3. *p.* 1. latè Tolos. *in tit. de elect. c.* 14. *num.* 5. Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio c.* 6. *ex varijs decisionibus* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 52. & alijs referendis *dub.* 111. *num.* 5.

Quod autē nemo ex illis contemptis numquam computetur in numero eorum, qui in electum cōsenserunt, nec in numero eorum, qui capitulum constituunt intra duas partes ex eo potissimum probatur, quia qui sic cōputandi sunt, debent consentire in scrutinio per *d. c. quiapropter*, & collegialiter cum alijs in vnum congregati, vt fusè explicabitur *d. dub.* 111. *num.* 3. & electus debet gaudere maiori parte eorum qui in scrutinio suffragantur *dub.* 38. *num.* 8.

13 Dixi toties *in comparatione ad eos electores qui debent, volunt, & possunt commodè interesse*, quia illi qui non sunt vocandi, vel si sunt vocandi, vocati tamen noluerunt accedere, aut expressè renunciarunt, aut non finita electione recesserunt, & huiusmodi omnibus non est habenda ratio, nec sunt computandi in numero absentium, seu in numero eorum qui capitulum, seu vniuersitatem constituunt; Sed quò ad actum tunc explicandum spectat, habentur ac si de capitulo non essent Innoc. *in cap. Ecclesia* 2. *de elect.* Panorm. *in c. cum omnes num.* 13. *de const. in c. cum in causis num.* 9. *in d. c. quiapropter num.* 5. *in c. cum nobis nu.* 4. *de elect. & in clem. quod circa, vbi quoque glos. & communiter DD. eod. tit.* & alij infra referendi *dub.* 29. *num.* 3.

14 Vltimò notandum in casu huius posterioris assertionis quando, scilicet, electio est nulla ipso iure, vt explanatum est, &c. non solum posse allegari comptum ab ipso, qui contemptus fuit iuxta in superiori conclusione dicta; sed etiam posse allegari ab alio quouis de capitulo, seu à Iudice. Ratio est quia non propriè vt ius contempti priuati allegatur; sed vt trangressio iuris publici, quia videlicet non fuit facta collatio numeri, nec electus maiori parte suffragiorū gaudet Panorm. *in d. c. in genesi, in fin. de elect.*

DVBIVM VNDECIMVM.

An si inhabiles non vocentur, electio, & alia capitularia teneant?

SVMMARIVM.

1 *Electio facta inhabilibus non vocatis tenet, vel si vocatis non tamen expectatis numero* 3.

2 *Et hoc maximè vbi certò constat de eorum inhabilitate.*

D. Paulus notorium incestuosum excommunicauit

cauit nullo ordine iudiciario seruato.

4 *Si certò non constat de inhabilitate electorum, sunt citandi & audiendi.*

5 *Si res dubia adhuc pendeat admittendi sunt cum protestatione.*



1 RESPONDEO affirmatiuè ex sententia Innoc. Anchar. & Panorm. in c. 2. *de postul. prælat.* Henrich. Boich. *in c. illa quotidiana de elect.* Cuch. *institut. maior. lib. 4. tit. de elect. nu.* 121. quos sequuntur Summistæ & in primis Tabien. *tit. elect. 1. num. 5.* & Siluest. *eod. tit. 12. q. 5. num. 6. in fin.* & hoc est certum apud omnes.

Ar quod subdunt ipsimet DD. id etiam, scilicet, procedere, licet nondum sit discussum, an priuati existant, quia sufficit, inquiût quòd postea possint conuinci, non videtur ad mentem Rodriq. *tom. 1. q. 51. art. 12.* asserentis à Iudice non posse vôce priuari dictos Religiosos absq; eo quod prius citentur, & ipsis detur copia eorum, quæ contra ipsos sunt obiecta, quod primò probat exemplo D. O. M. qui vt habetur *in c. Deus omnipotens* 2. q. 1. nos docuit delicta esse prius cognoscenda, ne fortè falsis rumoribus, aut delationibus innocens condemnetur. Secundò probat auctoritate *c. porrò de dIuort. & c. 1. de cau. poss. & prop.* vbi Summus Pontifex non permittit aliquem condemnari sine eo quod prius audiatur.

2 Pro resolutione. Dico priores DD. loquutos fuisse de eo cuius delictum ita est manifestum, vt nulla tergiuersione possit celari, quia tunc ad nullum ordinem iudiciarium seruandum tenetur Iudex in condemnando huiusmodi reo, exemplo D. Pauli *Corint.* 5. qui nullo ordine iudiciario seruato absentē illum notorium incestuosum Satanæ tradidit per excommunicationis sententiam 2. *q. 1. c. de manifesta & c. ad nostram 2. de iureiur.* Specul. 3. *part. de Accusat. §. 1. num.* 17. D. Ant. *3. part. 9. c. 8. §. 3.* Nauar. *c. 25.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 8. in princ.* Arragon. *2. 2. q. 67. art. 2.* Por. Nauar. *de restit. lib. 3. num. 192.* Les. *de iust. lib. 2. c. 29. num. 106.* Farinac. *q. 21. num. 133. & seqq.* Vnde non solum electio tenet si tales non vocentur, sed si etiam vocentur, & postea non expectentur *c. cum inter 2.* vbi Panor. *num. 11. de elect.*

3 Rodriq. autem sermonem habuit de eo, cuius delicti notorietas non est talis, vt sit inexcusabilis; sed saltem est dubium an ali-

4 qua Reo competat defensio: hoc enim notorium non est sufficiens, vt sine citatione possit procedi ad condemnationem. Bald. *in l. ea quidem num. 43. C. de accus.* Franch. *in c. ex insinuatione num. 3. de appell.* & Rota *decis.* 393. *num. 10. & 11. coram Card. Seraph.* Vnde hic reuera est citandus, & audiendus vt infra probabitur *dub. 95. num.* 8. qui si se de huiusmodi delicto probabilibus argumentis contra delationes testium purgare nequeat, ita vt earum vigore conuincatur: tunc nullus ambigendi locus relinquitur, quin electio celebrata eo non vocato teneat, quamuis causa ob imminentem electionis celebra-

5 tionem remaneat imperfecta. Si verò adhuc res dubia pendeat, tunc posset admitti cum protestatione se non intelligere communicare ei ius eligendi, & velle eiusdē vocem nemini dare suffragium, vel afferre nocumentum. Innoc. Panor. & Butr. *in c. cumana de elect.* Compostell. Panorm. & Henrich. Boich. *in d. c. illa quotidiana de elect.* Biax. *in suo direct. elect. p. 1. c. 9. num. 5.*

DVBIVM DVODECIMVM.

Quid? si electus e vita decedat, vel renunciet, vel propter occultum eius vitium irritetur electio.

SVMMARIVM.

1 *Quando electio non consequitur confirmationem absq; culpa eligentium, ad eosdem reuertitur ac si vacatio noua esset.*

2 *Et id asserendum est quotiescumq; id accidat.*


3 *Secus dicendum de Prouisore, & de compromissario quia non ad eum, sed ad electores reuertitur electio.*

4 *Maior pœna summenda est de dolo, quàm de negligentia.*

5 *Quando non sit iteranda electio ob mortem, vel renunciationem electi.*

6 *Nemo debet priuari absq; culpa nisi subsit causa.*

7 *Vtilitas publica, magna habet priuilegia, & semper est preferenda priuatæ.*



In

conuentualium; sed etiam in electionibus v. g. Procuratoris Ordinis, Diffinitorum Discretorum &c. talē consuetudinem sanè tenere cum non sit contra dictam decretalem prout in terminis docēt Henrich. Boich. *in d. c. quia propter num* 3. Mandagot. *de elect. c.* 21. Oldr.
6 *cons.* 146. *num.* 3. Talisq; consuetudinis signū iure optimo potest elici ex pronunciationibus earumdem electionem factis iuxta formam inferius tradendam *dub.* 40. Rota *in d. meten. Monasterij* §. *neque sustinetur.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 280. Et ita de consuetudine seruatur decretalis *quiapropter* in electione Diffinitorum apud Congrega-
7 tionem S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Cisterciensis Regularis obseruantię, vt liquet ex bulla *Romanus Pontifex* Greg. XIII. §. 8. ædita *anno.* 1578. *die* 23 *Maij.* Et item apud congregationem Casinensem monachorum Ordinis S. Benedicti vt patet ex bulla *Cum sicut accepimus.* Pauli V. §. 9. ædita *anno* 1607. *die* 6. *Aprilis.*

DVBIVM SEPTIMVM.

An Generalis, siuè Prouincialis & Diffinitores teneantur ad obseruantiam formę *cap. quiapropter de elect* in prouisione Priorum, siuè Guardianorum supposito celebrandam esse ab ipsis talem electionem, seu prouisionem ex vi statutorum Ordinis sui.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum correctorium iuris communis recipit interpretationem à iure communi.*
Vnum tantùm operatur contra ius commune, vbi duo operari potest.
2 *Constitutiones quæ dant electionem Prælatorum conuentualium alijs quam suis conuentibus sunt correctoriæ iuris communis.*
3 *Cum quibus qualitatibus celebranda sit electio ab eo ad quem est deuoluta.*
4 *Seruandum est* c. quiapropter de elect. *in prouisione Prælatorum conuentualium.*
5 *Formæ rei est esse rei.*
6 *Verba intelligenda sunt, vt congruant personis ad quas diriguntur.*
7 *Quomodo electio, & collatio pro eodem accipiantur.*

1

PRo firmiori solutione huius dubij prænotandum est primò statutum correctorium iuris communis in dubijs, & in non expręssis necessariò recipere interpretationem, declarationem, & restrictionem à iure communi: Statutum enim correctorium tantum corrigit, quantum loquitur *l. si verò* §. *de viro ff. solut. matrim.* Dec. *cons.* 333. *num.* 3. *versic. quibus tamen, &* *consil.* 669. *num.* 6. Paris. *cons.* 12. *num.* 44. *lib.* 4. Bart. Alex. & alij *in l.* 1. §. *lex falcidia ff. ad leg. falcid.* Roland. *cons.* 72. *num.* 34. *lib.* 3. *quem sequuta est* Rota *decis.* 724. *numer.* 16. *par.* 1. *diuers.* vbi de communi. Romam *cons.* 199. *num.* 7. Marescot. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 29. *num.* 13. *& cap.* 80 *num.* 12. Rota *decis.* 853. *num.* 6. *par.* 4. *diuers. & decis.* 398. *num.* 4. *coram Greg. XV.* & tandem omnia iura clamant teste Alder. Mascard. *super stat. concl.* 2. *num.* 244. Hinc prefatum statutum interpretandum est, vt vnum tantùm operetur contra ius commune, vbi duo operari potest Anc. à Butr. *in cap. cum dilecti de donat.* Roman. *cons* 199. *num.* 7. Grat. *cons.* 43. *col.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 46. *num.* 7. Goz. *cons.* 20. *nu.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag.* § 1. *glos. vnic. num.* 4. & Rota *decis.* 853. *num.* 8. *par.* 4. *& decis.* 432. *num.* 10. *par.* 1. *diuers.*

2 Secundò prænotandum statuta, seu constitutiones de quibus in titulo esse correctorias iuris communis dum auferunt electionem Priorum vel Guardianorum à suis conuentibus, & dant eam Prouinciali, vel Generali, & Diffinitoribus prout in terminis resoluit Rota *decis.* 65. *num.* 9. *par.* 1. *in recent.* & ego latiùs Deo dante probabo *infra dub.* 214. *num.* 2. *& dub.* 120. *num.* 2.

3 Tertiò prænotandum est electionem ad Superiorem deuolutam fieri debere ab eo cum eisdem qualitatibus, cum quibus debet fieri à principio glos. *in clem. quia regulares verb. Monasterium de suppl. negl. prælat.* Ioan. And. *in reg. contra eum in merc. in* 6. quos refert Bertach. *in suo repert. verb. electio d. quibus vers.* 3. Felin. *in cap. cum accessissent num.* 18. *de const.* Selua *de benef. par.* 3. *quæst.* 49. Lambert. *de iur. patr.* 3 *par. quæst.* 7. *art.* 13. *lib.* 3. *& p.* 12 *art.* 30. *lib.* 2. Rebuff. *de nomin. quæst.* 8. *nu.* 21. Gutierez. *consil.* 1. *num.* 31. *& consil.* 2. *nu.* 15. Achil. *decis.* 13. *de iur. patr. &* Gonzal. *sup. reg.* 8. *can-*

8.*cancell.glos.46.num.* 33. & multis allegatis Garc. *de benef.9.10.c.3.num.*42.

His prænotatis dico nullo modo licere Prouinciali,& Definitoribus recedere à forma *c. quiapropter de elect.* in electione Priorum vel Guardianorum Nau. *lib.* 1.*conf.* 8. *tit. de elect. in* 2. ædit. quem sequitur Ripa *de noct.tempor.c.99.in fin.*

4 Hæc asserrio probatur ex eo quòd ex vi constitutionum electio Guardianorum deuoluta est à conuentibus ad Prouincialem & Definitores contra ius commune,vt in secun do prænotando dictum est: Sed à conuentibus erat necessariò executioni demandanda forma *d. c. quiapropter* vt ex superiori dubio patet.Ergo & nunc à Prouinciali,& Definitoribus est seruandum *d.cap. quiapropter.* Nam cum dictæ constitutiones possint corrigere ius commune circa electores, & circa formam seruandam,ita sunt interpretandæ

5 vt tantum corrigant, circa electores, sicuti expræssè faciunt, & non circa formam, vbi id expræssè ab eis non habetur.

Omnis ergo interpretatio admittatur, vt euitetur iuris com nunis correctio *cap. cum dilectus de consuet. & cap. cum expediat de elect.in 6.*& præsertim circa formam seruandam, quia est vera electionis substantia; in talibus enim forma est esse rei *l. si vol.* §. *si vem de an.ff. ad exhi.*& alia iura benè deducta per Oldrad. *conf.* 146. *fact.um tale est: de consuetudine Ecclesiæ Eduensis numer,* 3. quia, vt inquit, Roland. *vbi sup.* conditores statutorum noluerunt in hoc casu disponere,:& statuere contra ius commune,& adducit tex. *l. quod verò contra ff. de legib.* & communem DD.*in l.si constante ff. solut.matrim.*

Sed contra primò obijcies sic: Ergo idem iuris erit de electione quæ deuoluitur ad solum Generalem: sed hoc est absurdum. Ergo &c.Resp.verba esse intelligenda,& interpretãda,vt cõgruãt personis ad quas dirigũtur *l. si vno ff. locat. cum alijs adhoc citatis per Barb.conf.*32.*num.*14.*lib.*2.Rota *decis.66. nu. 8.coram Greg XV.* Vnde quando electio deuoluitur ad Generalem tenetur quidem & ipse ad omnes qualitates, ad quas tenebantur primi electores:sed id non potest intelligi de dicta forma electionis, quia non cadit in vnam personam;sed collegiũ *c.* 1. *de elect.* Felin.*in c.in nostra num.*27.*in fin.de rescript.*Cuch.*instit.maior.lib.4.tit.de electione num.* 39.

Secundò obijcies cum Nauar.*lib.1.conf.2. tit.de elect.in antiq.& conf.8.eod.tit.in nou.* electionem quam celebrat Definitorium non esse magis actum iudicialem, quàm collatio beneficiorũ, & electio beneficiatorum in qua non est seruanda forma *d. c. quia propter* Ergo falsa est conclusio nostra. Resp. licèt collatio & electio aliquando confundantur, vt dicit Mil.*in repert.verb.collatio differt.* quẽ approbat Rota *decis.66. num.*1.*coram Greg. XV.* attamen id accipiendum est, vt innuit, Nauar. *ibid.* colligitur ex Felin. *vbi supra nu. 26. vers. & not. diligenter* & clarius explicat Panorm.*in c.vnic.num.*18.*vers. & credo quod in quantum vt eccles. benef.* glos. *in c. sicut cum verb.formam de elect. in 6.* quam sequitur idẽ Panorm.*in d.c. quiapropter num. 9. vers. tertiò quæritur.* de electione in qua aliàs non est attendenda forma *d. c. quiapropter* vt sunt electiones de illis dignitatibus, ob quarum vacationem Ecclesia non dicitur quodamodò viduata, vt in superiori dubio monstratum est. Secus verò dicendum est de electione in qua de iure,vel de consuetudine est attendẽda eadem forma, vt est in casu nostro iuxta doctrinam in eodemmet Superiori dubio traditam. Vnde dum dicitur in obiectione *electio in qua non est seruanda forma c. quiapropter de elect. quam celebrat Definitorium non est magis actus iudicialis quàm collatio beneficiorũ & electio beneficiatorum in qua non est seruanda forma d.c.quiapropter.* Concedo, quia in hoc casu collatio & electio confunduntur. Sed quãdo dicitur *electio in qua seruatur forma d. c. quia propter quam celebrat Definitorium non est magis actus iudicialis, quam collatio beneficiorum in qua non est seruanda forma c.quiapropter* hoc iure optimo nego,quia electioni præscripta est specialis forma à iure, quam non habet collatio.

DVBIVM OCTAVVM.

An electio celebrata non seruata forma statuti propriæ Religionis teneat?

SVMMARIVM.

1 *Vbi adest expressè decretum irritans forma statuti nequit adimpleri per equipollens.*

2 *Habetur pro expressio in statuto, quando per prius fuit inductum à iure communi.*

3 *Forma statuti potest adimpleri per equipollens quando continet decretũ irritans tacitè.*

4 *Et idem iuris est, quando nec expressè, nec tacitè continet.*

5 *Vbi forma statuti non adimpletur per equipollens actus est ipso iure nullus.*

6 *Statuta habent perpetuam causam prohibitionis.*

7 *Etiamsi procedant per verba imperatiua solùm, & non negatiua.*
8 *Prouinciales & Definitores nequeunt eligere Guardianus nisi secretò.*
9 *Ante Conc. Trident. potuissent vbi omnes consensissent.*
10 *In electionibus attenditur consuetudo.*
11 *Quando verbum Prouisio comprehendat etiam electionem.*
Statutum quod emanat ad obuiandum fraudibus est fauorabile.
12 *Quid iuris de electione & de prouisione.*



DILIGENTISSIME est inprimis inspicienda ipsamet forma statuti; An scilicet habeat clausulam decreti irritantis expressè, vel tacitè, vel nullo pacto. & prout variè eam continebit, diuersimodè quoq; erit sentiendum.

1 Nam si expressè adsit decretum irritans; tunc forma statuti nō poterit adimpleri per equipollens: vbi enim illud decretum appositum est, magis attenditur forma legis, quā ra io legis, vt ait Bald. *in l. 1. de lib. et posthum.* quem ibi omnes sequuntur, & præsertim Iason, *num. 1*. Alex. *in fin. num. 3. de procurat.* Parif. *conf. 19. nu. 187. lib. 2.* Siluest. Aldobrand. *conf. 9. num. 27.* Felin *in c. cum causa, num. 21, de re iud. vbi* A post. multos allegat & ita post Aret. & Tiraquel quos refert firmat Rota *decis. 215. num. 1. p. 1. & decis. 214. p. 4. diuers. & fuit tentum in vna Toletana professionis 27. Februarij 1595.*

2 Et hic aduertendum est cum Boer. *q. 24. num. 3. vers. cum ergo forma*, quem allegat, & sequitur Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 29. num. 13. & 14.* tunc non esse necesse, vt statutum habeat clausulam annullatiuam, vel verba prohibitiua, ex quo id fuit inductum à iure communi, à quo statuta semper recipiunt in terpretationem passiuam, vt latè probatum est *dub. 7. num. 1.*

3 Si verò non expressè, sed solùm tacitè ex dispositione statuti colligatur præfatum decretum irritans; tunc potest adimpleri per equipollens vt v. g. si aliquid fieri mandet adhibens verba negatiua, sed vlterius non annullet; tunc licèt verba negatiua inducant formam, & nullitatem actus, nihilominus, quia talis forma tacitè colligitur, potest adimpleri per equipollens: ita post Alex. & alios declarat Felin. *in c. cum dilecta, num. 10. in vndecema ampliatione de rescript.* quem sequitur Marescot. *cap. 38. numer. 11.*

4 Si nec expressè, nec tacitè colligitur memorata clausula decreti irritantis ex dispositione statuti; tunc quoq; potest adimpleri per equipollens: nam licèt forma statuti requiratur ad certum effectum; si tamen ille effectus aliundè habeatur per equipollens, potest per illud adimpleri, cum in hoc casu non curetur de modo, sed de effectu *l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit. & ibi* Bald. *num. 2. ff. de acquir. hæred. l. fin. §. fin. ff. mand.* Iason. *in l. 1. num. 5. ff. de lib. & posthum.* & Rota *decis. 1413. num. 3. coram Card. Seraph.* allegans Cassad. *decis. 26. super regul.*

5 Si denique non adimpleatur forma statuti per equipollens, licèt tacitè tantùm, vel nullo pacto contineatur clausula irritans in ea: tunc actus est ipso iure nullus, quia quando aliquid requiritur in ipso actu; tunc si illud non seruatur, actus est nullus ipso iure, etiam quod statutum vltra non procedat annullando Bart. *in l. vniuersis, & ibi* Iason. vbi de communi *nu. 8.* dicens in toto mūdo hanc opinionem esse receptam *C. de precibus Imper. offer.* Roman. *conf. 203. num. 2.* Panorm. *in cap. 2. num. 5. versic. scire enim debes*, & ibi Felin. *col. 2. vers. 3. not. de testibus.* Et ratio est, quia statuta habent perpetuam causam prohibitionis; sunt enim condita ad obuiandum falsitatibus, & fraudibus, & vt erroris causa tollatur *Alex. conf. 131. nu. 10. l. b. 2.* Socin. *conf. 2. num. 2. lib. 3.* Ergo omissio solemnitatis reddit actum nullum ipso iure, etiam si statuta non habeant clausulam annullatiuam glos. communiter approbata *in clem. 1. verb. inhibentes de iur. patr. vbi* DD. Alex. *in l. 1. num. 8. de lib. & posthum.* Felin. post Panorm. *in c. ex parte col. 5. num. 6. vers. 4. casus est de consti.* Put. *decis. 338. nu. 6. lib 1.* & quamuis statuta non

7 procedant per modum prohibitionis, tamen idem est virtualiter quando per verba imperatiua disponunt, vt post Bart. *in l. cum lex, de fideiussor.* tradit Felin. *in d. c. 2. num. 1. in fin. de test.* vbi inquit statutum dici prohibitiuum non solùm si apponatur verbum negatiuum; sed etiam si in contractu mandetur aliquam solemnitatem obseruari, quia videtur prohibitus actus illa solemnitate non seruata. Immò si statutum desideret aliquam qualitatem in contractu, quæ inter alias de iure communi necessaria non est, vtique eam pro forma requirere videtur etiamsi ipsummet statutum loquatur per verba affirmatiua, nec procedat vlterius annullando Anchar. *conf. 36. num. 1.* Aym. *conf. 182. num. 10.* Socin. *iun. conf. 37. num. 6. lib. 2.* Vndè meritò illa non

non concurrente actus ipse defectu formæ sustineri non potest *vulg. l. cum hi. §. prætor. ff. de transact.* cum alijs per Alex. *cons.* 137. *nu.* 15. *lib.* 2. Rota *decis.* 15. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

8 Ad horum autem omnium clariorem dilucidationem libet hic proponere dubium, quod contingit in Illustrissima Religione cuius Constitutiones disponunt vt Prouisio Guardianorum celebretur à PP. Prouincialis, & Definitionibus per scrutinium secretum per schedulam habitum: Super quam constitutionem sic dubitatum fuit. An teneat prouisio alicuius Guardiani si Prouincialis, & Definitores eam nō celebrent secretò; sed palam ita vt vnusquisque aure percipiat vota aliorum? Cui dubio dico respondendum esse negatiuè de iure, & de cōsuetudine. De iure, quia decretum irritans habetur pro expresso in dicta forma illarum Constitutionum, cum per prius fuerit inductum à iure communi, nempè à Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 6. *de reg.* vbi quò omnia sine vlla fraude fiant districtè præcipitur vt omnes Superiores Regularium eligi debeāt per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Et post pauca subditur. *Si verò contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.* Vnde cum dictæ constitutiones loquantur in eodem casu, eo ipso, quo deficit secretum quod requirit in prouisione Guardianorum statim intrat nullitas inducta à Conc. Trid. vt in terminis sentit Nauar. *lib.* 1. *cons.* 2. *nu.* 4. *de elect. in antiq. & cons.* 8. *num.* 2. *eod. tit. in nou.* & Ripa *de noct. tempor. cap.* 99. *in fin.* Et per consequens nullo pacto d. forma, seu solemnitas secreti poterit adimpleri per equipollens, vt liquet ex dictis *num.* 1. Quod totum eò magis veritatem habet quò nullum priuilegium contrarium Concilio Tridentino suffragetur Regularibus vt dictum est dub. 4.

9 Secluso verò hoc decreto Conc. Trident. potuisset quidem eadem forma constitutionalis adimpleri per equipollens, quia in ea nullum adest decretum irritans expresse: vnde potuissent v.g. Prouincialis, & Definitores eligere Guardianos palam, & non secretò ita vt quisque vota aliorum audisset, quando præsertim omnes consensissent nemine prorsus discrepante: in huiusmodi nāque casu equipollens illius formę haberetur: tūc enim cessarent deceptiones ad quas euitādas ius positiuum adinuenit solemnitates: vnde de earum defectu in præsenti casu non fuisset curandum Innoc. *in cap. quod sicut de elect.* Panorm. *in c. quia plerique num.* 31. *de immunit. eccles.* Iason. *in l. nemo potest nu.* 2. *lect. col.* 15. *vers. pro parte negatiua* ... Felin. *in c.* 1. *col.* 11. *vers. fallit sextò de constit.* Siluest. *in electio* 1. *quęst.* 10. Biax. *in suo direct. elect. p.*

10 3. *c.* 20. *in fin.* Sed quia, vt dixi supra, adest expresse decretum irritans Conc. Trident. idcircò eadē forma de iure nō potest adimpleri per equipollens.

Quòd verò etiam negatiuè sit respondendum de consuetudine patet, nam Decretum irritans tollit consuetudinem nedùm in præteritum; sed etiam in futurum, vt probaui *dub.* 3. *num.* 5.

11 Et quod exemplificatum est de prouisione tu proportionabiliter applica ad quascumq; electiones; nam verbum Prouisio in fauorabilibus comprehendit etiam electionem, vt probabitur *dub.* 118 *nu.* 7. sed statutum, quod emanat ad obuiandum fraudibus est fauorabile, & latè interpretandum Rota *decis.* 327. *num* 5. *coram Greg. XV.* afferens tex. *in l.* 1. *§. pecuniam. ff. de calumn. c. quāto de priuil. c. si ciuitas de sent. excom. in* 6. Dec. *cons.* 5. *in fin.* Aym. *cons.* 118. *numer.* 11. Ergo quod dictum est de prouisione in terminis de dicto decreto Conc. Trident. emanato ad obuiandum fraudibus, potest & proportionabiliter dici de electione.

12 Et non solùm in terminis de dicto decreto, seu de secreto in electionibus habendo; sed & in terminis de quacumq; alia solemnitate, quæ requiratur pro forma in electionibus, poterit & proportionabiliter de prouisionibus, & è contra; & ratio est, quia teste illa celebri glos. *in c. postquam verb. prouisione de elect. in* 6. communiter approbata, cum videamus quotidie iura parificare electionem & prouisionem *c. statuimus c. vt circa c. si postquam c. si compromissarius de elect. in* 6. quid iuris de vno, & de alio.

CAPVT SECVNDVM

De conuocatione Capituli.

DVBIVM NONVM.

Qui, quomodo, & à quo conuocandi sint electores?

SVMMARIVM.

1. *Absentes & præsentes vocandi sunt ad electionem.*
2. *Qui veniant sub nomine præsentium & absentium.*
3. *Quomodo vtriq; sint vocandi.*
Forma citationis.
Quomodo vocandi qui ignorantur vbi nam gentium existant.
4. *Ad electionem sunt vocandi qui debent ei interesse de iure, & de consuetudine.*
5. *Quando non sint compellendi qui nolunt interesse electioni.*
6. *Ad electionem non sunt vocandi qui non possunt commodè venire num.* 8.
7. *An tale commodum debeat considerari respectu electoris vocandi, vel Religionis.*
9. *Ad cuius Iudicis arbitrium spectet dijudicare tale commodum.*
10. *Cui committitur causa recipit plenariam potestatem super omnia quæ ad ipsam pertinent.*
11. *Ad quem spectet conuocare capitulum.*
12. *Apud Religiosos qui dicantur antiquiores.*



1 ONVOCANDI sunt nedum præsentes; sed etiã absentes, qui debent, volunt, & possunt commodè venire ab eo, ad quẽ de iure, vel de consuetudine spectat, *c. quia inter vniuersas c. quia propter & c. coram dilecto vbi glos. verb. prouincia.* Imol. & Panor. *num.* 3. *de elect.* Rota *d. decis.* 288. *coram Card. Mantic.* & communiter omnes.

2 Sub nomine præsentium comprehenduntur omnes, qui sunt in ciuitate, vel in claustro, vel in hortis Innoc. *in d. c. quiapropter de elect.* Panor. & Felin. *num.* 22. *in c. cum omnes de const.* Suppl. *tit. electio* 1. *§. omnes electores.* Angel. *eod. tit. num.* 17. Siluest. *eod. tit.* 1. *q.* 5. Tabien. *eod. tit.* 1. *num.* 10. Azor *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 14. *§. verum quid.* Sub nomine verò absentium, qui vocandi sunt, veniunt qui non sunt quidem in ciuitate, nec in claustro, nec in hortis; commodè tamen vocari possunt. Rota *vbi supra.*

3 Præsentes sunt congregandi verbo, aut signo cõsueto nolę; absentes verò per litteras, aut per nuncium; ita vt vtriq; sufficienti modo rationabiliter vocati censeantur. Innoc. *in c. in causis nu.* 2. & Panorm. *num.* 5. *de elect.* & idem Panorm. *in d. c. coram dilecto num.* 3. *de elect.* Gofred. *in sum. tit. de elect. num.* 10. Biax. *in direct. elect. p.* 3. *c.* 4. *num.* 6. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 14. *q.* 7. Felin. *in c. cum omnes num.* 18. *vers. secunda opinio. de const.* & Rota *d. decis.* 288. *nu.* 2. *coram Card. Mantic.* vbi quoq; refertur idẽ resolutum fuisse in *Calagurritana de Aranguez coram Card. Pamphil.*

Litteras autem quibus ad electionẽ quis vocatur vtile esset, & expediret ad omnem meliorem effectum publicè, & apertas reddi, prout suadet Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 60. *&* 61. de mente specul. Quarum literarum tenor secundum eosdem DD. debet esse vt Prælatus ad quem conuocare spectat, post salutationem in proœmio literarum appositam, moneat electorem cui literas dirigit, causam ob quam celebrandu est capitulũ, vt v.g. quia generalis sui tẽporis officium expleturus sit tali die, vel v.g. quia generalis vniuersæ carnis viam ingressus fuerit & corpus eius sepulturę traditum fuerit. Vel huiusmod. &c. Quapropter ne Religio propter diuturnam vacationem patiatur grauem in temporalibus, & spiritualibus iacturam, talem diem cum sequentium dierum continuatione statuisse ad celebrandum capitulum, & per consequens ad omnes electiones solitas in eo celebrandas; & propterea eum requirere, & citare, vt die ipsa conuenire cum eis velit in tali loco ad tractandum eligendum, & cum eis concludendum, secundũ quod ad eius munus vel personã spectat de iure in ipso capitulo; Aliàs eo non comparente ad electiones, & alia capitularia peragenda absq; eo se processuros, absentia ipsius non obstante. (Vbi verò viget Procuratorum institutio, additur in ipsis litteris) quòd si fortè iusto impedimento fuerit distractus, quò minus venire possit, certum specialemq;

cialemq; nuncium transmittat, qui de legitimo impedimento fidem plenam faciat iuxta generalis Concilij statutum, qua præstita ei potestas fiet, si voluerit, vt alicui de capitulo vices suas demandet.

Licet verò hæc citationis forma nullam horam præfigat, nihil interest, quia consueta hora nempè matutina apposita censetur: quamuis fortè cautius esset horam quoq; ipsam specialiter designare capituli celebrandi, putà matutinam, vel missæ. Solent, etiam aliquæ citationes pronunciare quod electio celebrabitur ipso qui nunc citatur amplius non monito, nec citato, quæ clausula innanis non reddetur & si electio deinde ad alium terminum dilata prorogataq; fuerit Ioan. And. in addit. specul. *num. 7. lit. l. vers. non obstante* Cuch. *num. 67.*

Sed rogabis quò nam dirigenda sit citatio eorum electorum, qui ignorantur vbi nam gentium existant, vel latitant ne citatio ad eos peruenire possit, dolo id agentes videlicet vt contemptos se dicere possint. Respondeo citationem dirigi posse ad locum in quo morari consueuerunt, talis namq; citatio non minus eos coherecet, quàm si eos apprehendisset. Ita specul. quem refert, & approbat Cuch. *num. 58. & 59.* Et facit quod impediens quo minus citetur, habetur pro citato *c. quoniam frequenter. §. porro vbi* glos. *in verb. compet. vt lit. non contest. Card. in clem. causam q. 13. de elect.* cum alijs per Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 102. & alibi* penes Rotam *decis. 1094. num. 3. coram Card. Seraph.*

5 Dixi in assertione esse vocandos *qui debent* quia in hoc verbo includuntur qui de iure communi, vel speciali ad electionem conuenire tenentur glos. Panorm. Ant. à Butr. *num. 21.* & communiter canonistæ *in d. c. quiapropter de elect.* Siluest. *tit. electio. 1. q. 5.* Et item includuntur qui de consuetudine habent interesse electionibus *c. cum dilectus de consuet. & c. cumana & c. cum Ecclesia vulaterana de elect.* Dec. *in c. licet num. 46. de elect.* Specul. *in tit. de electione. §. primo num. 12.* Cardin. *in c. quiapropter q. 12. in prin.* Bertach. *de Episcop. lib. 1. p. 3. q. 5. num. 4.* Boer. *ad Mandagot. de elect. c. 23. lit. B.* Rota *in Treueren. Abbatiæ mete. 20. Nouembris 1624. coram Coccino. §. neq; prædictis refistit.* Butr. & Panor. quos refert & sequitur Rota *decis. 65. num. 11. p. 1. in recent.* Item Rota *decis. 11 num. 2. tit. de consuet. in antiquis & in Meten. Monasterij. Lunæ. 9. Iulij. 1621. coram Coccino. §. neq; obstat.*

5 Dixi *qui volunt*, quia excluduntur renuentes interesse electioni non enim compellendi sunt, nisi id Ecclesiæ, idest, Religionis interest Panorm. *in d. c. quiapropter num. 4. de elect.* communiter receptus Tabien. *tit. electio 2. num. 12.* & ego latius disputabo *dub. 15. per totum.*

6 Dixi *qui possunt commodè, &c.* per quod verbum innuitur non vocandos, qui commodè non valent venire *cap. cum inter 2. de elect.* Innoc. *in cap. cum ex iniunctio de nou. oper. nunc.*

7 Circa hoc dictum tria notanda occurrunt: Primò memoratum commodum respicere Ecclesiam, siuè Religionem, non autem personam vocandam Archid. & Anchar. *in cap. cum in Ecclesijs de præben. in 6.* Panor. *in d. cap. quiapropter num. 5. de elect.* Siluest. *tit. electio 1. q. 5.* Vnde quando in notabile detrimentum Religionis vergeret nullo pacto esset vocandus absens: etiam si contrarium ex consuetudine seruaretur, quia talis consuetudo non tenet *c. 1. de consuet.* vbi Panor. *& in cap. coram dilecto de elect.* ve puta si imminens capituli Prouincialis celebratio non conced eret expectari aliquem fratrem absentem, qui suffragium in electione Discreti habet præstare. Item si electoribus ad comitia Generalia conuenituris negaretur aditus ob pestilentiæ morbum quo aliqua prouincia (quod absit) grassaretur.

8 Secundò notandum est non esse attendendum simpliciter an electores vocandi, sint in prouincia vel extra eam degant absentes, sed illud in primis inspiciendum est an commodè vocari possint, vt benè notat Panor. *in d. c. coram dilecto* Biax. *in direct. elect. p. 3. cap. 7. nu. 3.* Rota *d. decis. 288. coram Card. Mantic.* Nam fieri potest, vt aliquis sit in alia prouincia, & tamen vicinior sit conuentui, de cuius Discreti electione agitur, quàm alter absens qui est in eadem prouincia. DD. autem qui asserunt vocandos esse, qui sunt in eadē prouincia intelligendi sunt regulariter, qui a vt plurimum tales commodè vocari possunt.

9 Tertiò notandum est certam regulam statui non posse, quando nam dicantur vocari posse absentes, Vnde a boni Iudicis arbitrio non est recedendum, vt astruunt DD. & in primis Siluest. *vbi supra*, & Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 54.* Idoneus autem Iudex censetur in præsenti ille, cuius est ratam habere electionem, licèt alias non sit Ordinarius, Ioan. And. *in c. publicato* vbi Panorm. & Butr. *num. 1. de elect.* & item Butr. *in c. venerabilem num. 15. de elect.* Panor. *in d. c. coram dilecto* Biax. *vbi sup. & c. 34. num. 3.* & Cuch. *vbi sup.* Ratio est, quia ex quo ipse habet

tionem ipso iure; sed per sententiam glos. in *c. quicunq; verb. innodentur de haeret. in 6.* Ant. à Butr. *in c. quisquis. num.* 11. *de elect.* latè Tiraquel. *in d. l. si vnquam. verb. reuertatur. num.* 39. *Col. de reuoc. donat.* Socin. *iun. cons.* 68. *num.* 38. *lib.* 3. Biax. *in suo direct. elect. p.* 1. *c.* 22. *num.* 1. Menoch. *cons.* 67. *num.* 29. & Suar. *tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 8. *num.* 2.

DVBIVM QVARTVM.

An Praelati Regulares possint virtute alicuius priuilegij supplere defectus *cap. quia propter de elect.* interuenientes in electionibus?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum P. Generali supplendi defectus iuris in electione interuenientes.*

2 *Eius tamen vigore nequit supplere defectus c.* quiapropter de elect.

3 *Nunquam censetur in priuilegijs derogatum decretis Conc. generalis, nisi exprimatur.*

4 *Confirmatio priuilegiorum non ampliat formam ipsorum.*

5 *An idem sit dicere Constitutio Papae in Conc. & Constitutio Papae approbante Concilio.*

1 SIxtvs Quartus prout refert Rodriq; *tom.* 2. *q.* 52. *art.* 1. *& 5. concessit, & in perpetuum indulsit capitulis generalibus Ordinis Sancti Hyeronimi, vel inter capitulum & capitulũ Prioribus generalibus, vt possint supplere quoscumq; defectus ex commissione, praetermissione, transgressione, contemptu, aut negligentia iuris vel statutorum Ordinis qualitercumq; in electionibus interuenientes. Contrarijs quibuscumq; non obstantibus.* Neq; aliud priuilegium mihi constat suffragari in hac parte Praelatis Regularibus, quod ampliorem facultatem eis tribuat. Quapropter

2 dico nec etiam P. Generali, siue Capitulis generalibus nullo modo esse integrum supplere defectus *d. c. quia propter de elect.* virtute recitati priuilegij, nõ quod illud nõ faueat omnibus Religionibus quae gaudent priuilegio cõmunicationis: sed quia nunquam per priui-

3 legium censetur derogatum decretis Conc. generalis nisi exprimatur per aliquam clausulam generalem vt v. g. *etiam si essent Conc. generalis & c.* Sed tex. *d. c. quiapropter* continet constitutionem Conc. generalis Lateranen. celebrati sub Innoc. 3. Ergo supracitatum priuilegium per simplicem clausulam iuris, vel statutorum Ordinis non concedit facultatem P. Generali supplẽdi defectus *d. c. quia propter.* sed opus erat vt diceretur in eo *possit supplere & c. defectus iuris etiam si esset Conc. generalis vel statutorum Ordinis & c.*

Maior patet *ex c. cum te. de aet. & qualit. c. ex parte. & c. fin. de Capell. Monac. & c. nonnulli de rescript.* Saneh. multis allegatis *de matrim. lib.* 3. *disp.* 26. *num.* 7. Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 19. *num.* 5. vbi de communi Garc. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *num.* 40. Marescot. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 38. *num.* 41. Rota *decis.* 279. *num.* 6. *coram Coccino.* & in terminis d. Conc. Lateranens. sub Innoc. 3. eadem Rota *decis.* 122. *num.* 1. *& decis.* 123. *num.* 1. *cum seqq. p.* 1. *diuers.*

Sed dictae assertioni obijcies primò. Licèt illud priuilegium per se non deroget d. Cõc. generali; derogare tamen virtute cuiusdam confirmationis Apostolicae factae à Paulo quarto Patribus de Obseruantia de suis priuilegijs *anno* 1555. *die* 1. *Iulij.* quae incipit *Ex Clementi Sedis Apostolicae* vbi adest clausula *Non obstantibus & c. etiam in vlt. generali* Conc. *Lateranensi celebrato,* quod constat celebratũ fuisse sub Iul. II. & Leone X. Ergo virtute dicti priuilegij potest P. Generalis supplere defectus etiam Concil. generalis Lateranen. quod prius celebratum fuerat sub Innoc. 3.

4 Resp. esto veritate illaesa illa confirmatio Apostolicae nunc in suo robore maneat, quod mihi sanè non est certum per sequentes confirmationes aliorum Pontificum, qui tacitè videntur illam aboleuisse, cum nullam mentionem habeant quae derogare possit Concil. generalibus, vti fusius examinabimus in sequenti dubio. Respondeo, inquam, eam clausulam *Non obstantibus etiam in vlt. generali Conc. Lateran. & c.* appositã in eadẽ confirmatione operari, quidẽ vt priuilegia quę per se sunt contraria Concilijs generalibus vsq; ad illud tempus celebratis manere in suo robore, & firmitate persistere. At non per hoc vllo modo est dicendum eamdem clausulam ampliare, siue alterare formam, & dispositionem ipsorum priuilegiorum; ita vt comprehendant casum, quem non comprehenderent, si praefatae confirmationes Apostolicae non emanassent quò fit dictam clausulam nõ referri ad singula priuilegia sed ad ea tantumodò, quae per se sunt talia; vt de directo contrarientur d. Conc. generalibus prout in simili multis cumulatis cum Rota docuit

Marc.

Marescot. *vbi supra num. 7. & 44.* & eadem Rota *decis.267.num.1.& decis.159. numer.4. coram Greg.XV. & decis.429.num.1. & decis. 555.num.2.& decis.111.num.2.p.2. in recent.* Vnde cum prædicatum priuilegium non sit sufficiens supplere defectus nisi iuris communis simpliciter per solum Papam æditi, vt probatum est supra, per consequens non alteratur eius dispositio ex recitata clausula allegatę confirmationis ad effectum supplendi defectus constitutionum Conciliarium.

Obijcies secundò contra suprapositam assertionem sic. *Dictum c. quia propter de elect.* non est decretum Conc. generalis Lateranen. Sed est constitutio Papæ in eodem Concilio. Ergo si memoratum priuilegium tollit defectus iuris (Conciliari excepto) tollet quoq; defectus eiusdemmet *c. quia propter* cũ non sit constitutio Conc. sed Papæ.

5 Respondeo siuè vno modo, siuè alio intelligamus, tantum esse dicere constitutio Papæ in Conc. quantum est dicere constitutio Papæ approbante Concilio, quia ista confunduntur. Rota *d.decis.123.in fin.p.1. diuers.* approbans sententiam Iacobat. Feltren. & Famagra.

DVBIVM QVINTVM.

Quid operetur in confirmationibus priuilegiorum Regularium clausula. *Quatenus decretis Conc. Trident. non aduersentur.*

SVMMARIVM.

1 *De stylo curiæ apponitur in confirmationibus priuilegiorum Regularium* Quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersentur.

2 *Quid operetur dicta clausula in eisdem confirmationibus. Variæ opiniones.*

Quando sit contra naturam exceptionis operari vt comprehendantur in dispositione quæ alidi non comprehenderentur.

3 *Concilio generali præsertim Trident. derogatur per communes clausulas in constitutionibus Apostolicis propria manu Papæ signatis.*

4 *Immò etiam si non sint manu Papæ signatæ, dummodò in illis Concilijs sit expraße reseruata authoritas Sedis Apostolicæ vt est in Conc. Trident.*

1 DICTVM est in superiori dubio *in confirmationibus priuilegiorum Regularium nullam haberi mentionem de Conc. generalibus quæ sufficienter ipsis pot sit derogare*. Verumtamen est in contrarium validissimum argumentum. Nam hæc clausula *Quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersentur* apponitur in eisdem confirmationibus de stylo curiæ ex testimonio Quarantæ *in sum.bull.verb. Concilium Tridentinum.§.in confirmationibus*, & Cruz. *de sta. relig.lib.2.c.3.dub.5.in fin.* de mente Nauar. & aliorum curialium, & patet ex omnibus ferè cõfirmationibus quæ post Conciliũ Tridẽtinum expediuntur & nouissimè ex illa amplissima Clem. VIII. quę incipit *Ratio pastoralis officij*. ędita *anno.1597. die.20. Decembris*. & ex alia Pauli V. quæ incipit *iniuncti nobis &c.* ædita *anno.1609.die 1. Decembris* quibus confirmata sunt priuilegia Patribus de Obseruantia in illis omnibus, in quibus decretis Concilij Tridentini non aduersentur. Sed eadem clausula ad nullum alium effectũ apposita videtur nisi ad firmandum regulam in contrarium, idest, vt intelligantur cõfirmata omnia priuilegia alijs Concilijs ge-
2 neralibus contraria, Trident. excepto prout docet Rodriq; *tom.1.q.8.art.11.in fin* Ergo in memoratis confirmationibus sufficienter derogatur Concilijs generalibus excepto Trident. Ergo falsum est quod suppositũ est in superiori dubio.

Quòd autem præfata clausula importet prædictum effectum quem docet Rodriq; ex eo maximè probatur quia cum decretis Concilij Generalis nunquam derogetur nisi fiat expræssa mentio, prout in superiori dubio firmatum est, & per consequens nec etiã derogetur Conc. Trident. quod nedum est generale; sed etiam modernum, & propterea expostulat peculiarem mẽtionem inter alia Conc. generalia vt de mente Henriquez, & VVuald annotauit Sanch. de matrim. *lib. 3. disp. 16.num.7.circa med.* Ergo vel est dicendum eam clausulam præfatum effectum importare, vel esse omninò superfluam, quod est absurdum.

Ad hanc obiectionem respondeo cũ Suar. *de legib.lib.8.c.19.n.6.* illam clausulã non esse superfluam, nec propterea importare explicatum effectum, quem intẽdit Rodriquez, si enim illum effectum importaret; sequeretur eamdem clausulam, siuè exceptionem, quæ fit de Concilio Tridẽtino in memoratis confirma-

firmationibus addi in eis ad ampliationem, & non ad restrictionem, quod est contra naturam eiusdem exceptionis, & contra mentem Pontificum, vt ipse Rodriq; apertè sensit *d. q. 8. art. 1.* vnde maioris virtutis essent confirmationes cum illa exceptione quàm sine illa.

Et quod sit contra naturam exceptionis operari, vt ea comprahendantur in dispositione quæ aliàs non comprahenderentur fuit latè dictum *in vna Ferrarien. Societatis 28. Iunij 1599. coram Mulino*, quam multis cumulatis refert, & sequitur eadem Rota *decis. 158. num. 5. coram Greg. XV. & decis. 110. nu. 3. p. 2. in recent.* quod dictum procedit, quando aliàs non sequeretur hoc absurdum, vt scilicet eadem exceptio esset apposita inutiliter, & superfluè vt benè declarat Tiraquel. *de retractat. lignag. ad fin. num. 95.* Surd. *consil. 572. num. 58. in fin.* & Beltram. *in annot. ad d. decis. 158. Greg. XV. num. 8. in fin.*

Sed quod eadem exceptio non sit inutiliter, & superfluè apposita in d. cõfirmationibus, quę est prior pars respõsionis principalis ad obiectionem, probat Suar. *vbi supra nu. 7.* primò quia Pontifices volunt eam esse magis certam, & non relinqui sub generalibus regulis, quæ incertæ sunt, & infinitis interpretationibus, & opinionibus subiectę. Secundò dicit appositam esse quia specialiter volunt Pontifices ostendere volũtatem suam circa firmitatẽ dictorum decretorum Conc. Tridentini, vt non solũ generaliter sicut alia; sed & speciali modo videantur excepta, sicuti dictum est supra cum Sanch. Henriquez, & VViuald.

At vt vera fatear, hæ rationes Suar. pace tanti Doctoris sunt coniecturæ aliquo modo probabiles, & rationes congruentes: sed non responsiones necessariò concludentes. Ratio ergo fundamentalis propter quam illa exceptio in confirmationibus prædictis apponitur eam esse firmiter teneo, salua semper meliori sententia, quia scilicet in illis confirmationibus est necessaria expræssa mentio Conc. Tridenr. aliàs esset derrogatum illi, & constitutioni Greg. XIII. quæ incipit, *in tanta rerum* ædita *anno 1573. die 1. Martij*, per clausulas generales. *Non obstantibus quibuscumque quorum tenores, &c.* quod ex eo patet quia illud commune axioma quod nunquam intelligatur derogatũ decretis Conc. generalis nisi de eo fiat expræssa mentio, non solum fallit in constitutionibus Apostolicis propriis manu Papæ signatis, in quibus non est opus speciali, vel generali derogatione Conc. Trident. prout declarauit Pius V. per suum motum proprium qui incipit *cum plerumque* æditum *anno 1570. die 23. Decembris*, quem de verbo ad verbum refert Garc. *vbi supra num. 33.* allegatus in superiori dubio, & 3 tenuit Sacra Cong. teste eodẽ Doctore *n. 34.* Sed etiam illud axioma fallit in priuilegijs, & rescriptis Apostolicis, ẽt si non sint manu Papæ signatis, quia in eis sufficit clausula generalis *Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, & c. quorum tenores &c.* ad derogandum Concilio Tridentino prout testatur in praxi obseruari Gõz. *sup. re. 8. cãcell. glos. 6. n. 120.* Filliuc. quem refert, & approbat Bonac. *de cens. disp. 2. q. 5. p. 2. nu. 8. vers. ratio desumitur* Marta *de claus. p. 4. clau. 14. nu. 3. &* Rota *decis. 179. nu. 6. & decis. 687. num. 24. p. 2. in recent.* quidquid in contrarium afferant Sanch. *vbi supra.* Fusch. *de visit. ecl. lib. 2. c. 20. num. 14. in fin.* Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 5. nu. 165. & seqq.* licèt postea nobiscum sentire videatur *c. 11. num. 250.* dum approbat Gonzal. *vbi sup.* Horum autem omnium ratio est quia præcitatum axioma, nũquam, scilicet, derogari decretis Conc. generalis, nisi de eo fiat expræssa mẽtio, vt in superiori dubio explanatum est, intelligendum est de illis Concilijs generalibus, in quibus nõ est expræssè reseruata authoritas Sedis Apostolicæ Marescot. *lib. 2. var. resol. cap. 38. num. 41.* referens sic resoluisse Rotã *in vna Vlixbonen. decimarum 27. Nouembris 1572. coram Rebufstrio, & in vna Oriolensi decimarũ 8. Februarij 1588. coram Orano.* Sed in Conc. Tridentino *sess. 25. c. 21. de reform.* fuit excepta, & reseruata semper authoritas Sedis Apostolicæ in omnibus contentis in eodem Concilio. Ergo sufficienter illi derogatur absque derogatione etiam in genere Conc. generalis. Ita Rota *vbi sup. in recent.*

DVBIVM SEXTVM.

An dispositio *c. quiapropter de elect.* seruanda sit in omni electione ad quamcumque dignitatem, & officium?

SVMMARIVM.

1 *In quibus electionibus attendenda sit dispositio c. quiapropter de elect.*
2 *Et præsertim apud Ordinem Prædicatorum.*
3 *Opinio Siluest. non potest sustineri post Conc. Tridentinum.* De-

4 *Decretum irritans est penetrabilius omni gladio ancipiti.*

Et si est Conc. Trid. infringit et possessioné.

5 *Consuetudo vltra c. quiapropter multum attenditur in electionibus.*

6 *Signum consuetudinis qua attenditur in electionibus desumi potest ex earum pronunciationibus.*

7 *De consuetudine seruatur* c. quiapropter de elect. *apud Congregationem S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Cisterciensis regularis obseruantiæ, & apud Congregationem Casinensem Monachorum Ordinis S. Benedicti.*

1 ST seruanda in electione Episcoporum Prælatorũq; Regularium arg. *cap. ne pro defectu de elect.* & eorum omnium qui iurisdictionem generalem in Ecclesijs collegiaris exercent, & ob quorum mortem Ecclesia quodammodò dicitur viduata, quia tales Prælati Sponsi appellantur 21. *quæst. 2. cap. sicut in vnaquaque.* Hanc assertionem tutantur Innoc. Io. And. Ant. à Burr. glos. Panor. Henrich. Boich. Anchar. & communiter canonistæ *in d. c. quiapropter* glos. *in c. sicut cum in princ. de elect. in 6.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 18.* Gemin. *in c. 1. num. 4. de elect. in 6.* Sanch. *in præcep. decal. lib. 2. c. 38. num. 84* Marc. *q. 992. num. 1. p. 1.* Rota *decis. 3. in princ. & 5. tit. de elect. in non. & partim. etiam decis. 647. num. 4. coram Card. Seraph.* & tandem multis allegatis cum communi eadem Rota *in Treueren. Abbatia Sancti Maximini. 20. Nouembris 1624. coram R. P. D. Coreino & in Meten. Monasterij. 5. Iulij: 1621. coram eodem.* aduersus Roffred. *de libellis tom. 2. super iure Pontificio p. 3. tit. quod sonet hoc nomen Abbatis. num. 8. lit. G. fol. 633.* dicentem de mandato Papę iudicatum fuisse formam *d. c. quiapropter* non esse seruandam in electione Abbatis, quia hoc est nomen solicitudinis. Et tandem quasi solus Host. *in d. c. quiapropter paulo post prin. verb. viduatis* addidit eum textum procedere quoq; in elect. quorumcumq; Ministrorum Ecclesię. At eius dictum meritò ab omnibus reprobatur.

2 Ex dictis duo elicit Siluest. *tit. electio. 2. q. 1. num. 4.* Primò in Ordine Predicatorum eligẽdos esse iuxta formam memoratę decretalis *quiapropter* Magistros Priores prouinciales, ac conuentuales, & prædictis corrispondentes in alijs Religionibus. Et hoc verissimum est. Secundò elicit electionem aliorum Superiorum, Diffinitorum scilicet, Discretorum, & huiusmodi sufficere si fiat collegialiter, nec necessariam esse vocem, aut scri-
1 pturam. Sed si hic Doctor vult per hoc inferre has electiones de iure fieri posse per sortes fabas, aut Lupinos &c. id nullo modo mihi arridet per dicenda inferius *dub. 27. per totũ.* Si verò vult solùm inferre in his electionibus nõ esse attendẽdã dispositionẽ *c. quiapropter de elect.* id mihi videtur approbãdum de iure antiquo, vt colligitur ex Mandegot. *in suo tract. de elect. p. 1. c. 21.* vbi Boer. *in addit.* & Tolos. *in tit. de elect. c. 2. num. 8.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit de elect. nu. 42. in fin.* quidquid in contrarium videatur tenere Oldrad. *cons. 146. num. 2.* dicens apud Innoc. & Host. nullum videri fuisse dubium quin sit seruanda forma *c. quiapropter* in personatibus, & dignitatibus ad vnguem per *c. dudum. de elect. & c. constitutis. 2. de appell.*

3 Dixi *de iure antiquo*: nam de iure nouo in eisdem etiam electionibus seruandum est secretum vigore Conc. Trid. *sess. 25. c. 6. de regul.* vbi habetur hoc decretum *In electione quorumcumq; Abbatum temporalium, & aliorum Officialium Regularium, ac Generalium, & Abbatissarum, atq; aliarum Præpositarum, quò omnia rectè, & sine vlla fraude fiant, in primis Sancta Synodus districtè præcipit omnes supradictos eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur . . .* *Si vero contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.* Attamen cum prædictæ electiones vigore huius decreti sint celebrandæ & ipsæ secreto, vt declarauit Pius V. in bulla *pastoralis officij* § 1. edita *anno 1571. die 15. Maij.* nec possint fieri per sortes vt supra dictum est, consequens est,
4 necessariam esse vocem, aut scripturam, cum nullus alius modus videatur excogitari posse, quo posit satisfieri dicto decreto: in quo nota illud decretum irritans *Electio irrita sit.* quia est penetrabilius omni gladio ancipiti Sarnen. *ad reg. de annal. q. 23. num. 4.* Rota *decis. 76. num. 4. coram Card. Mantic.* & infringit etiam possessionem Bisignet *decis. 1. num. 6. de rest. spoliat.* Cassad. *decis. 11. num. 5. super regul.* Sarnens *vbi supra q. 14. num. 5. vers. postremò* & alibi sæpissimè Rota *decis. 101. num. 7. coram Cardin. Mantic. & in d. Meteuen. Monasterij. § neq; obstat.*

5 Tandem aduertendum est si in aliqua Religione seruaretur de consuetudine d. decretalis *quiapropter* non solùm in electionibus Generalium, Prouincialium, Prælatorumq;

con-

conuentualium; sed etiam in electionibus v. g. Procuratoris Ordinis, Diffinitorum Discretorum &c. talē consuetudinem sanè tenere cum non sit contra dictam decretalem prout in terminis docēt Henrich. Boich. *in d. c. quia propter num* 3. Mandagot. *de elect. c.* 21. Oldr.
6 *conf.* 146. *num.* 3. Talisq; consuetudinis signū iure optimo potest elici ex pronunciationibus earumdem electionem factis iuxta formam inferius tradendam *dub.* 40. Rota *in d. meten. Monasterij* §. *neque sustinetur.* Cuch. *inst. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 280. Et ita de consuetudine seruatur decretalis *quiapropter* in electione Diffinitorum apud Congrega-
7 tionem S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Cisterciensis Regularis obseruantię, vt liquet ex bulla *Romanus Pontifex* Greg. XIII. §. 8. ædita *anno.* 1578. *die* 23. *Maij.* Et item apud congregationem Casinensem monachorum Ordinis S. Benedicti vt patet ex bulla *Cum sicut accepimus.* Pauli V. §. 9. ædita *anno* 1607. *die* 6. *Aprilis.*

DVBIVM SEPTIMVM.

An Generalis, siuè Prouincialis & Diffinitores teneantur ad obseruantiam formę *cap. quiapropter de elect* in prouisione Priorum, siue Guardianorum supposito celebrandam esse ab ipsis talem electionem, seu prouisionem ex vi statutorum Ordinis sui.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum correctorium iuris communis recipit interpretationem à iure communi.*
Vnum tantùm operatur contra ius commune, vbi duo operari potest.
2 *Constitutiones quæ dant electionem Prælatorum conuentualium alijs quam suis conuentibus sunt correctoriæ iuris communis.*
3 *Cum quibus qualitatibus celebranda sit electio ab eo ad quem est deuoluta.*
4 *Seruandum est* c. quiapropter de elect. *in prouisione Prælatorum conuentualium.*
5 *Formæ rei est esse rei.*
6 *Verba intelligenda sunt, vt congruant personis ad quas diriguntur.*
7 *Quomodo electio, & collatio pro eodem accipiantur.*

1 

PRo firmiori solutione huius dubij prænotandum est primò statutum correctorium iuris communis in dubijs, & in non expręssis necessariò recipere interpretationem, declarationem, & restrictionem à iure communi: Statutum enim correctorium tantum corrigit, quantum loquitur *l. si verò* §. *de viro ff. solut. matrim.* Dec. *conf.* 333. *num.* 3. *versic. quibus tamen, &* *consil.* 669. *num.* 6. Paris. *conf.* 12. *num.* 44. *lib.* 4. Bart. Alex. & alij *in l.* 1. §. *lex falcidia ff. ad leg. falcid.* Roland. *conf.* 72. *num.* 34. *lib.* 3. *quem sequuta est* Rota *decis.* 724. *numer.* 16. *par.* 1. *diuers.* vbi de communi. Romam *conf.* 199. *num.* 7. Marescot. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 29. *num.* 13. *& cap.* 80 *num.* 18. Rota *decis.* 853. *num.* 6. *par.* 4. *diuers. & decis.* 398. *num.* 4. *coram Greg. XV.* & tandem omnia iura clamant teste Alder. Mascard. *super stat. concl.* 2. *num.* 244. Hinc prefatum statutum interpratandum est, vt vnum tantùm operetur contra ius commune, vbi duo operari potest Ant. à Butr. *in cap. cum dilecti de donat.* Roman. *conf* 199. *num.* 7. Grat. *conf.* 43. *col.* 1. *lib.* 1. *& conf.* 46. *num.* 7. Goz. *conf.* 20. *nu.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag.* § 1. *glos. vnic. num.* 4. & Rota *decis.* 853. *num.* 8. *par.* 4. *& decis.* 432. *num.* 10. *par.* 1. *diuers.*

2 Secundò prænotandum statuta, seu constitutiones de quibus in titulo esse correctorias iuris communis dum auferunt electionem Priorum vel Guardianorum à suis conuentibus, & dant eam Prouinciali, vel Generali, & Diffinitoribus prout in terminis resoluit Rota *decis.* 65. *num.* 9. *par.* 1. *in recent.* & ego latiùs Deo dante probabo *infra dub.* 214. *num.* 2. *& dub.* 120. *num.* 2.

3 Tertiò prænotandum est electionem ad Superiorem deuolutam fieri debere ab eo cum eisdem qualitatibus, cum quibus debet fieri à principio glos. *in clem. quia regulares verb. Monasterium de suppl. negl. prælat.* Ioan. And. *in reg. contra eum in merc. in* 6. quos refert Bertach. *in suo repert. verb. electio à quibus vers.* 3. Felin. *in cap. cum accessissent num.* 18. *de const.* Selua *de benef. par.* 3. *quæst.* 49. *Lambert. de iur. patr.* 3 *par. quæst.* 7. *art.* 13. *lib.* 3. *& p.* 12 *art.* 30. *lib.* 2. Rebuff. *de nomin. quæst.* 8. *nu.* 21. Gutierez. *consil.* 1. *num.* 31. *& consil.* 2. *nu.* 15. Achil. *decis.* 13. *de iur. patr. &* Gonzal. *sup. reg.* 8. *can-*

8. *cancell. glos. 46. num. 33.* & multis allegatis Garc. *de benef. p. 10. c. 3. num. 42.*

His prænotatis dico nullo modo licere Prouinciali, & Definitoribus recedere à forma *c. quia propter de elect.* in electione Priorum vel Guardianorum Nau. *lib. 1. cons. 8. tit. de elect. in 2.* ædit. quem sequitur Ripa *de noct. tempor. c. 99. in fin.*

4 Hæc assertio probatur ex eo quòd ex vi constitutionum electio Guardianorum deuoluta est à conuentibus ad Prouincialem & Definitores contra ius commune, vt in secundo prænotando dictum est: Sed à conuentibus erat necessariò executioni demandanda forma *d. c. quia propter* vt ex superiori dubio patet. Ergo & nunc à Prouinciali, & Definitoribus est seruandum *d. cap. quia propter.* Nam cum dictæ constitutiones possint corrigere ius commune circa electores, & circa formam seruandam, ita sunt interpretandæ

5 vt tantum corrigant, circa electores, sicuti expræssè faciunt, & non circa formam, vbi id expræssè ab eis non habetur.

Omnis ergo interpretatio admittatur, vt euitetur iuris communis correctio *cap. cum dilectus de consuet. & cap. cum expediat de elect. in 6.* & præsertim circa formam seruandam, quia est vera electionis substantia; in talibus enim forma est esse rei *l. si vol. §. si rem de au. ff ad exhi.* & alia iura benè deducta per Oldrad. *cons. 146. factum tale est: de consuetudine Ecclesiæ Eduensis numer, 3.* quia, vt inquit, Roland. *vbi sup.* conditores statutorum noluerunt in hoc casu disponere, & statuere contra ius commune, & adducit tex. *l. quod verò contra ff. de legib.* & communem DD. *in l. si constante ff. solut. matrim.*

Sed contra primò obijcies sic: Ergo idem iuris erit de electione quæ deuoluitur ad solum Generalem: sed hoc est absurdum. Ergo &c. Resp. verba esse intelligenda, & interpretãda, vt cõgruãt personis ad quas dirigũtur *l. si vno. ff. locat. cum alijs adhoc citatis per Barb. cons. 32. num. 14. lib. 2.* Rota *decis. 66. nu. 8. coram Greg. XV.* Vnde quando electio deuoluitur ad Generalem tenetur quidem & ipse ad omnes qualitates, ad quas tenebantur primi electores: sed id non potest intelligi de dicta forma electionis, quia non cadit in vnam personam; sed collegiũ *c. 1. de elect.* Felin. *in c. in nostra num. 27. in fin. de rescript.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 39.*

Secundò obijcies cum Nauar. *lib. 1. cons. 2. tit. de elect. in antiq. & cons. 8. eod. tit. in nou.* electionem quam celebrat Definitorium non esse magis actum iudicialem, quàm collatio beneficiorũ, & electio beneficiatorum in qua non est seruanda forma *d. c. quia propter* Ergo falsa est conclusio nostra. Resp. licèt collatio & electio aliquando confundantur, vt dicit Mil. *in repere. verb. collatio differt.* quẽ approbat Rota *decis. 66. num. 1. coram Greg. XV.* attamen id accipiendum est, vt innuit, Nauar. *ibid.* colligitur ex Felin. *vbi supra nu. 16. vers. & not. diligenter* & clarius explicat Panorm. *in c. vnic. num. 18. vers. & credo quod in quantum vt eccles. benef.* glos. *in c. sicut cum verb. formam de elect. in 6.* quam sequitur idẽ Panorm. *in d. c. quia propter num. 9. vers. tertiò quæritur.* de electione in qua alias non est attendenda forma *d. c. quia propter* vt sunt electiones de illis dignitatibus, ob quarum vacationem Ecclesia non dicitur quodamodò viduata, vt in superiori dubio monstratum est. Secus verò dicendum est de electione in qua de iure, vel de consuetudine est attendẽda eadem forma, vt est in casu nostro iuxta doctrinam in eodem met Superiori dubio traditam. Vnde dum dicitur in obiectione *electio in qua non est seruanda forma c. quia propter de elect. quam celebrat Definitorium non est magis actus iudicialis quàm collatio beneficiorũ & electio beneficiatorum in qua non est seruanda forma d. c. quia propter.* Concedo, quia in hoc casu collatio & electio confunduntur. Sed quãdo dicitur *electio in qua seruatur forma d. c. quia propter quam celebrat Definitorium non est magis actus iudicialis, quam collatio beneficiorum in qua non est seruanda forma c. quia propter* hoc iure optimo nego, quia electioni præscripta est specialis forma à iure, quam non habet collatio.

DVBIVM OCTAVVM.

An electio celebrata non seruata forma statuti propriæ Religionis teneat?

SVMMARIVM.

1 *Vbi adest expressè decretum irritans forma statuti nequit adimpleri per equipollens.*

2 *Habetur pro expresso in statuto, quando per prius fuit inductum à iure communi.*

3 *Forma statuti potest adimpleri per equipollens quando continet decretũ irritans tacitè.*

4 *Et idem iuris est, quando nec expressè, nec tacitè continet.*

5 *Vbi forma statuti non adimpletur per equipollens actus est ipso iure nullus.*

6 *Statuta habent perpetuam causam prohibitionis.*

 Etiamsi

7 *Etiamsi procedant per verba imperatiua solùm,& non negatiua.*
8 *Prouinciales & Definitores nequeunt eligere Guardianum nisi secretò.*
9 *Ante Conc. Trident. potuissent vbi omnes consensissent.*
10 *In electionibus attenditur consuetudo.*
11 *Quando verbum Prouisio comprehendat etiam electionem.*
Statutum quod emanat ad obuiandum fraudibus est fauorabile.
12 *Quid iuris de electione & de prouisione.*



DILIGENTISSIME est in primis inspicienda ipsamet forma statuti; An scilicet habeat clausulam decreti irritantis expræsse, vel tacitè, vel nullo pacto. & prout variè eam continebit, diuersimodè quoq; erit sentiendum.

1 Nam si expresse adsit decretum irritans; tunc forma statuti nō poterit adimpleri per equipollens: vbi enim illud decretum appositum est, magis attenditur forma legis, quā ra io legis, vt ait Bald. *in l. 1. de lib. et posthum.* quem ibi omnes sequuntur, & præsertim Iason. *num. 1*. Alex. *in fin. num. 3. de procurat.* Parif. *conf. 19. nu. 187. lib. 2.* Siluest. Aldobrand. *conf. 91. num. 27.* Felin *in c. cum causa, num. 21. de re iud. ibi* Apost. multos allegat & ita post Aret. & Tiraquel quos refert firmat Rota *decif. 215. num. 1. p. 1. & decif. 214. p. 4. diuers. & fuit tentum in vna Toletana professionis 27. Februarij 1595.*

2 Et hic aduertendum est cum Boer. *q. 24. num. 3. verf. cum ergo forma.* quem allegat, & sequitur Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 29. num. 13. & 14.* tunc non esse necesse, vt statutum habeat clausulam annullatiuam, vel verba prohibitiua, ex quo id fuit inductum à iure communi, à quo statuta semper recipiunt interpretationem passiuam, vt latè probatum est *dub. 7. num. 1.*

3 Si verò non expressè, sed solùm tacitè ex dispositione statuti colligatur præfatum decretum irritans; tunc potest adimpleri per equippollens vt v. g. si aliquid fieri mandet adhibens verba negatiua, sed vlterius non annullet; tunc licèt verba negatiua inducant formam, & nullitatem actus, nihilominus, quia talis forma tacitè colligitur, potest adimpleri per equipollens: ita post Alex. & alios declarat Felin. *in c. cum dilecta. num. 10. in vndecema ampliatione de rescript.* quem sequitur Marescot. *cap. 38. numer. 13.*

4 Si nec expresse, nec tacitè colligitur memorata clausula decreti irritantis ex dispositione statuti; tunc quoq; potest adimpleri per equipollens: nam licèt forma statuti requiratur ad certum effectum; si tamen ille effectus aliundè habeatur per equipollens, potest per illud adimpleri, cum in hoc casu non curetur de modo, sed de effectu *l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. & ibi* Bald. *num. 2. ff. de acquir. hæred. l. fin. §. fin. ff. mand.* Iason. *in l. 1. num. 5. ff. de lib. & posthum.* & Rota *decif. 1413. num. 3. coram Card. Seraph.* allegans Cassad. *decif. 26. super regul.*

5 Si denique non adimpleatur forma statuti per equipollens, licèt tacitè tantùm, vel nullo pacto contineatur clausula irritans in ea: tunc actus est ipso iure nullus, quia quando aliquid requiritur in ipso actu; tunc si illud non seruatur, actus est nullus ipso iure, etiam quod statutum vltra non procedat annullando Bart. *in l. vniuersa, & ibi* Iason. vbi de communi *nu. 8.* dicens in toto mūdo hanc opinionem esse receptam *C. de precibus Imper. offer.* Roman. *conf. 203. num. 2.* Panorm. *in cap. 2. num. 5. verfic. scire enim debes*, & ibi Felin. *col. 2. verf. 3. not. de testibus.* Et ratio est, quia statuta habent perpetuam causam prohibitionis; sunt enim condita ad obuiandum falsitatibus, & fraudibus, & vt erroris causa tollatur *Alex. conf. 141. nu. 10. l. b. 2.* Socin. *conf. 2. num. 2. lib. 3.* Ergo omissio solemnitatis reddit actum nullum ipso iure, etiam si statuta non habeant clausulam annullatiuam glos. communiter approbata *in clem. 1. verb. inhibentes de iur. patr. vbi* DD. Alex. *in l. 1. num. 8. de lib. & posthum.* Felin. post Panorm. *in c. ex parte col. 5. num. 6. verf. 4. casus est de conft.* Put. *decif. 338. nu. 6. lib 1.* & quamuis statuta non

7 procedant per modum prohibitionis, tamen idem est virtualiter quando per verba imperatiua disponunt, vt post Bart. *in l. cum lex. de fideiussor.* tradit Felin. *in d. c. 2. num. 1. in fin. de test.* vbi inquit statutum dici prohibitiuum non solùm si apponatur verbum negatiuum; sed etiam si in contractu mandetur aliquam solemnitatem obseruari, quia videtur prohibitus actus illa solemnitate non seruata. Immò si statutum desideret aliquam qualitatem in contractu, quæ inter alias de iure communi necessaria non est, vtique eam pro forma requirere videtur etiamsi ipsummet statutum loquatur per verba affirmatiua, nec procedat vlterius annullando Anchar. *conf. 36. num. 1.* Aym. *conf. 182. num. 10.* Socin. *iun. conf. 37. num. 6. lib. 2.* Vndè meritò illa

non

non concurrente actus ipse defectu formæ sustineri non potest *vulg. l. cum hi. §. præter ff. de transact.* cum alijs per Alex. *conf.* 137. *nu.* 15. *lib.* 2. Rota *decis.* 15. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

8 Ad horum autem omnium clariorem dilucidationem libet hic proponere dubium quod contingit in Illustrissima Religione cuius Constitutiones disponunt vt Prouisio Guardianorum celebretur à PP. Prouincialis & Definitionibus per scrutinium secretum per schedulam habitum: Super quam constitutionem sic dubitatum fuit. An teneat prouisio alicuius Guardiani si Prouincialis, & Definitores eam nō celebrent secretò; sed palam ita vt vnusquisque aure percipiat vota aliorum? Cui dubio dico respondendum esse negatiuè de iure, & de cōsuetudine. De iure, quia decretum irritans habetur pro expresso in dicta forma illarum Constitutionum, cum per prius fuerit inductum à iure communi, nempè à Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 6. *de reg.* vbi quò omnia sine vlla fraude fiant districtè præcipitur vt omnes Superiores Regularium eligi debeāt per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Et post pauca subditur. *Si verò contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.* Vnde cum dictæ constitutiones loquantur in eodem casu, eo ipso, quo deficit secretum quod requirūt in prouisione Guardianorum statim intrat nullitas inducta à Conc. Trid. vt in terminis sentit Nauar. *lib.* 1. *cons.* 2. *nu.* 4. *de elect. in antiq. & cons.* 8. *num.* 2. *eod. tit. in nou.* & Ripa *de nocl. tempor. cap.* 99. *in fin.* Et per consequens nullo pacto d. forma, seu solemnitas secreti poterit adimpleri per equipollens, vt liquet ex dictis *num.* 1. Quod totum eò magis veritatem habet quò nullum priuilegium contrarium Concilio Tridentino suffragetur Regularibus vt dictum est dub. 4.

9 Secluso verò hoc decreto Conc. Trident. potuisset quidem eadem forma constitutionalis adimpleri per equipollens, quia in ea nullum adest decretum irritans expresse: vnde potuissent v.g. Prouincialis, & Definitores eligere Guardianos palam, & non secretò ita vt quisque vota aliorum audisset, quando præsertim omnes consensissent nemine prorsus discrepante: in huiusmodi nāque casu equipollens illius formę haberetur: tūc enim cessarent deceptiones ad quas euitādas ius positiuum adinuenit solemnitates: vnde de earum defectu in præsenti casu non fuisset curandum Innoc. *in cap. quod sicut de elect.* Panorm. *in c. quia plerique num.* 31. *de immunit. eccles.* Iason. *in l. nemo potest in.* 2. *lect. col.* 15. *vers. pro parte negatiua de leg.* 1. Felin. *in c.* 1. *col.* 11. *vers. fallit sextò de constit.* Siluest. *in. electio* 1. *quest.* 10. Biax. *in suo direct. elect. p.*

10 3. *c.* 20. *in fin.* Sed quia, vt dixi supra, adest expressè decretum irritans Conc. Trident. idcircò eadē forma de iure nō potest adimpleri per equipollens.

Quòd verò etiam negatiuè sit respondendum de consuetudine patet, nam Decretum irritans tollit consuetudinem nedum in preteritum; sed etiam in futurum, vt probaui *dub.* 3. *num.* 5.

11 Et quod exemplificatum est de prouisione tu proportionabiliter applica ad quascumq; electiones; nam verbum Prouisio in fauorabilibus comprehendit etiam electionem, vt probabitur *dub.* 118 *nu.* 7. sed statutum, quod emanat ad obuiandum fraudibus est fauorabile, & latè interpretandum Rota *decis.* 327. *num* 5. *coram Greg. XV.* afferens rex. *in l.* 1. *§. pecuniam. ff. de calumn. c. quāto de priuil. c. si ciuitas de sent. excom. in* 6. Dec. *cons.* 5. *in fin.* Aym. *cons.* 118. *numer.* 11. Ergo quod dictum est de prouisione in terminis de dicto decreto Conc. Trident. emanato ad obuiandum fraudibus, potest & proportionabiliter dici de electione.

12 Et non solùm in terminis de dicto decreto, seu de secreto in electionibus habendo; sed & in terminis de quacumq; alia solemnitate, quæ requiratur pro forma in electionibus, poterit & proportionabiliter de prouisionibus, & è contra; & ratio est, quia teste illa celebri glos. *in c. postquam verb. prouisione de elect. in* 6. communiter approbata, cum videamus quotidie iura parificare electionem & prouisionem *c. statuimus c. vt circa c. si postquam c. si compromiserint de elect. in* 6. quid iuris de vno, & de alio.

cialemq; nuncium transmittat, qui de legitimo impedimento fidem plenam faciat iux ta generalis Concilij statutum, qua præstita ei potestas fiet, si voluerit, vt alicui de capitulo vices suas demandet.

Licèt verò hæc citationis forma nullam horam præfigat, nihil interest, quia consueta hora nempè matutina apposita censetur: quamuis fortè cautius esset horam quoq; ipsam specialiter designare capituli celebrandi, putà matutinam, vel missæ. Solent, etiam aliquæ citationes pronunciare quod electio celebrabitur ipso qui nunc citatur amplius non monito, nec citato, quæ clausula innanis non reddetur & si electio deinde ad alium terminum dilata prorogataq; fuerit Ioan. And. in addit. specul. *num. 7. lit. I. vers. non obstante* Cuch. *num. 67.*

Sed rogabis quò nam dirigenda sit citatio eorum electorum, qui ignorantur vbi nam gentium existant, vel latitant nè citatio ad eos peruenire possit, dolo id agentes videlicet vt contéptos se dicere possint. Respódeo citationem dirigi posse ad locum in quo morari consueuerunt, talis namq; citatio non minus eos coherceret, quàm si eos apprehendisset. Ita specul. quem refert, & approbat Cuch. *num. 58. & 59.* Et facit quod impediés quo minus citetur, habetur pro citato. *quoniã frequenter. §. porro vbi* glos. *in verb. compet. vt lit. non contest. Card. in clem. causam q. 13. de elect.* cum alijs per Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 102. & alibi* penes Rotam *decis. 1094. num. 3. coram Card. Seraph.*

Dixi in assertione esse vocandos *qui debent* quia in hoc verbo includuntur qui de iure communi, vel speciali ad electionem conuenire tenentur glos. Panorm. Ant. à Butr. *num. 31.* & communiter canonistæ *in d. c. quiapropter de elect.* Siluest. *tit. electio. 1. q. 5.* Et item includuntur qui de consuetudine habent interesse electionibus *c. cum dilectus de consuet. & c. cum Ecclesia vulaterana de elect.* Dec. *in c. licet num. 46. de elect.* Specul. *in tit. de electione. §. primo num. 12.* Cardin. *in c. quiapropter q. 12. in princ.* Bertach. *de Episcop. lib. 1. p. 3. q. 5. num. 4.* Boer. *ad Mandagot. de elect. c. 3. lit. B.* Rota *in Treueren. Abbatia med. 20. Nouembris 1624. coram Coccino. §. neq; prædictis resistit.* Butr. & Panor. quos refert, & sequitur. Rota. *decis. 65. num. 11. p. 1. in recent.* Item Rota *decis. 11. num. 2. tit. de consuet. in antiquis & in Meten. Monasterij. Lunæ. 9. Iuly. 1621. coram Coccino. §. neq; obstat.*

5 Dixi *qui volunt*, quia excluduntur renuentes interesse electioni, non enim compellendi sunt, nisi id Ecclesiæ, idest, Religionis interesit Panorm. *in d. c. quiapropter num. 4. de elect.* communiter receptus Tabien. *tit. electio 1. num. 12.* & ego latius disputabo *dub. 15. per totum.*

6 Dixi *qui possunt commodè, &c.* per quod verbum innuitur non vocandos, qui commodè non valent venire *cap. cum inter 2. de elect.* Innoc. *in cap. cum ex iniuncto de nou. oper. nunc.*

7 Circa hoc dictum tria notanda occurrunt: Primò memoratum commodum respicere Ecclesiam, siuè Religionem, non autem personam vocandam Archid. & Anchar. *in cap. cum in Ecclesijs de præben. in 6.* Panor. *in d. cap. quiapropter num. 5. de elect.* Siluest. *tit. electio. 1. q. 5.* Vnde quando in notabile detrimentum Religionis vergeret nullo pacto esset vocandus absens etiam si contrarium ex consuetudine seruaretur, quia talis consuetudo non tenet *ex. de consuet.* vbi Panor. *& in cap. coram dilecto de elect.* vt puta si imminens capituli Prouincialis celebratio non concederet expectari aliquem fratrem absentem, qui suffragium in electione Discreti habet præstare. Item si electoribus ad comitia Generalia conuenturis negaretur aditus ob pestilentiæ morbum quo aliqua prouincia (quod absit) grassaretur.

8 Secundò notandum est non esse attendendum simpliciter an electores vocandi, sint in prouincia vel extra eam degant absentes; sed illud in primis inspiciendum est an commodè vocari possint, vt benè notat Panor. *in d. c. coram dilecto* Biax. *in direct. elect. p. 3. cap. 7. nu. 3.* Rota *d. decis. 288. coram Card. Mantice* Nam fieri potest, vt aliquis sit in alia prouincia, & tamen vicinior sit conuentui, de cuius Discreti electione agitur, quàm alter absens qui est in eadem prouincia. DD. autem qui asserunt vocandos esse, qui sunt in eadẽ prouincia intelligendi sunt regulariter, quia vt plurimum tales commodè vocari possunt.

9 Tertiò notandum est certam regulam statui non posse, quando nam dicantur vocari posse absentes. Vnde a boni Iudicis arbitrio non est recedendum, vt astruunt DD. & in primis Siluest. *vbi supra*, & Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 54.* Idoneus autem Iudex censetur in præsenti ille, cuius est ratam habere electionem, licèt alias non sit Ordinarium. Ioan. And. *in c. publicato* vbi Panorm. & Butr. *num. 21. de elect.* & item Butr. *in c. venerabilem num. 15. de elect.* Panor. *in d. c. coram dilecto* Biax. *vbi sup. & c. 34. num. 3.* & Cuch. *vbi sup.* Ratio est, quia ex quo ipse

habet confirmare electionem, & cognitio ipsius confirmationis ad eum spectat, per consequens etiam ad eum pertinebunt præambula, & præparatoria ad cõfirmationem, seu eorum cognitionem *c. licet in fin. de elect.* B. August. *de Ancon. de potest. eccl. q. 2. art. 4. in fine resolut.* Cui namque committitur
10 causa super omnia quæ ad causam ipsam pertinere noscuntur, plenariam recipit potestatem *c. præterea, & c. suspicionis de offic. deleg. l. 15. de iurisd. omn. iud. l. 3. §. fin. ff. de pæn. leg. l. veteres ubi glos.* & Bart. *ff. de iten. aliuque priu.* Rota *decis. 66. in fin. coram Greg. XV.* quæ iura exponuntur à DD. vt sub causa commissa recipiat potestatem non solùm super omnia necessaria; sed etiam super omnia valdè commoda, quæ ad ipsam causam pertinere noscuntur Suar. *tom. 4. disp. 49. sect. 1. num. 17.*

11 Dixi *ab eo ad quem de iure, vel de consuetudine spectat*, & ita sustinet post Innoc. Panorm. *in d. c. cũ ex iniuncto de non. oper. nunc. & in c. cum nobis num. 9. de elect.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 163.* Sed si non adsit ad quem de iure, vel de consuetudine pertineat tunc antiquior congregabit Felin. *in c. 1. de mai. & obed. & in c. cum omnes col. penult. vers. sed dubium est. de const.* vbi multorum Doctorũ opiniones concordat. Biax. *vbi sup. num. 1.* Per antiquiorem verò, intelligẽ antiquiorem à tempore emissæ professionis; non autem in ætate glos. *verb. antiquiores in c. fin. de consuet. in 6.* Felin. & Biax.
12 *vbi supra num. 5.* Et licèt dubitari possit an antiquioritas sit computanda à tempore ingressus, & suscepti habitus Regularium; an verò à tempore emissæ professionis; tamen in terminis de antiquioritate monialium Sacra Congregatio censuit attendendum esse tempus emissæ professionis.

DVBIVM DECIMVM.

An vocatio absentium ita sit de substantia electionis vt si non vocentur, electio sit ipso iure nulla.

SVMMARIVM.

1 *Electio non vocatis absentibus ad eorum petitionem est irritanda.*
2 *Vocatio absentium non est de substantia electionis; sed de iustitia.*
3 *Solus elector contemptus potest allegare contemptum sui Excipitur casus num. 14.*
Non potest statutum infringere electionem validam, & validare nullam contra ius commune.
Constitutio Inferioris non potest mutare in aliquo constitutionem Superioris.
4 *Absens contemptus auditur solùm ante confirmationem.*
5 *Et quando etiam post confirmationem.*
6 *Religiosus non habet nec velle nec nolle; sed habetur pro mortuo.*
7 *Mors ciuilis resultans ex ingressu monasterij differt à morte naturali.*
8 *Generalis non potest sine causa auferre ius eligendi ab electoribus.*
9 *Generalis est inferior capitulo generali.*
10 *Ab Archiepiscopo ad Synodum Prouincialem datur appellatio.*
11 *Quando electio sit ipso iure nulla ex defectu non vocatorum.*
Elector contemptus non potest conualidare electionem ipso iure nullam.
12 *Vniuersitas consistit in duabus saltem partibus in negotio electionis.*
13 *De capitulo solùm censẽtur, qui debent, volunt & possunt ei commodè interesse.*

1 SI celebretur electio non vocato sufficienti modo aliquo eorum qui debent, volunt, & possunt ei commodè interesse iuxta in Superiori dubio dicta, illa non est ipso iure nulla; sed si non vocatus contemptum sui prosequitur; tunc ad petitionem eius est irritanda, Secus verò dicendum si non prosequitur contemptum, vel electionem vult ratam facere *c. quod sicut. vbi* Imol. *num. 4. c. bonæ 2. vbi quoq;* Imol. *nu. 5. c. venerabilem vers. obiectioni in fin. c. Ecclesia 2. vbi glos. penult. de elect.* Innoc. *in c. quiapropter & in c. considerauimus de elect.* Panorm. *in c. in genesi num. 10. & seqq.* vbi rationes affert *& in c. 1. num. 16. de his quæ fi. à mai. par. cap. & in c. gratum de postul. prælat.* Archid. & Anchar. *in c. cum in Ecclesijs de præben. in 6.* And. ab Exea. *in c. cum omnes num. 171. de const. in repet.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 8. num. 15.* Tabien. *tit. electio. 1. num. 13.* Silvest. *eod. tit. 1. q. 5. dict. 5. &* Tusch. *lit. C. concl. 967. & lit. A. conclus. 136.* Et hæc conclusio procedit tàm de his, qui iure communi, quàm iure speciali, vel consuetudine eligere habent. Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione. num. 51.*

Hinc inferunt Panorm. *in d. c. quiapropter* Marc. relatus à Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio.*

electio c.29.& c.45.& post Felin.& Boer.Menoch.*cons.67.num.31.*Biax.*in suo direct. elect. p. 3. c. 7.* vocationem absentium non esse de substantia electionis;sed tantummodo de iustitia & rationem adducit Panor.*in d.c.in genesi nu.11.de elect.* quia scilicet si esset de substantia,non posset ratificare electionem ipse elector absens contemptus, cum non possit quis renunciare fauori publico *c. si diligenti. de for.compet.*Farinac. qui multos cumulat *de carcer.& carcerat.q.27.num.* 84. Sed tantùm est de iustitia quia retractabitur electio prosequente contemptu,ipso non vocato.

3 Hęc conclusio sic explanata dupliciter est limitanda. Primò vt solus contemptus possit allegare contemptum ad effectum, vt retractetur electio;vnde nec Iudex,nec alij de capitulo,ipso contempto tacente,poterunt cōtemptum allegare.Panorm.*in d.c.in genesi nu.* 10. Et ratio est quia cum hoc casu agatur de fauore priuato;non autē publico,non potest Iudex supplere ex officio suo,vt probatur *inl. 4.§.hoc autē iudiciū.ff.de dam.infect.*Innoc.*in c. ad nostrā.2.de iure iur.* Panor.*vbi supra & in c. bonæ de postul. prælat.* Immo addo non posse Capitulum condere statutum inducens nullitatem electionis propter defectum aliquorū non vocatorū qui erant vocandi Panorm. *in d.c.quiapropter num. 12. de elect.* post Ioan. And. Rota in *Toletanā canonicatus* 18. *Maij.* 1584.*coram Clem.VIII.*quia non potest statutum infringere electionem validam,& validare nullam contra dispositionem *d. c. quiapropter.arg.c.inferior.dist.21.c.cum inferior. de maioritat. & obedientiā.clement. ne Romani de elect.*vbi patet nō posse constitutionem inferioris in aliquo minuère,vel detrahere constitutioni Superioris. Et pro hoc facit quod notabitur infra *dub.108.num.2.& seq.*

4 Secundò est limitanda, vt non audiatur contemptus, si non contradicat electioni infra temptus, quod antecedit confirmationē, iuxta *c.fin.de elect.in 6.*additio *ad Panor. in c. in genesi nu.10. lit.B.* allegans Franch. Biax. *in suo direct. elect.p.3.c.3.* & additio ad Gemin.*in c.ex eo quod de elect.in 6.lit.A.*Cuch.*instit.maior.lib.4.tit.de electione num.*51.

5 Excipe tamen ab hac secunda limitatione duos casus in quibus etiam post confirmationem auditur contemptus. Primus est si constat eum ignorasse celebrationem electionis,& confirmationis iuxta *c.fin.qui mat.accu.poss.*ita præallegati DD.proximè. Secundus casus est si celebratio actus de quo agitur re vera non sit electio; sed prouisio: tunc enim etiam post confirmationem auditur; quia

tunc

qui prouident,eligunt, & confirmant vnico actu.glos.*in c.1.verb.prouisionem de elect.in 6.* & latius declarabitur infra *dub.119.num. 6.*

At huic assertioni sic explicatæ & limitatæ obijcies si ad petitionem electoris est irritanda electio,ad quam non fuit vocatus, quia eius vocatio est de iustitia, & per consequens agitur de eius cōmodo,& fauore proprio,seu priuato. Ergo ad petitionem Religiosi electoris contempti non erit irritanda.
6 Sequella patet,nam Religiosi non habent nec velle, nec nolle;sed omnia eorum iura relinquuntur dispositioni suorum superiorum;ita vt pro mortuis habeantur *l. Deo nobis C.de Epi sc.& cler.auth.ingressi C.de sacr.san.Eccl.*& plenè & latè Gutierez multis allegatis *qq. can. lib.2.c.1.num.17.& seqq.* Rota *decis.302. nu. 1.p.2.in recent.& decis.87.num.4. & 12. corā Greg.XV.*Ergo prædicta assertio non procedit in Religiosis electoribus quia nō possunt prosequi contemptum sui inuito suo Superiore.

7 Respondeo mortem ciuilem resultantem ex ingressu Monasterij non facere Monacum haberi pro vero mortuo,nisi in casibus in iure expræssis iuxta glos.notab. *in c. placuit 2. verb.mortuus 16.q.1.* Alex.*cons.139. num.4. lib.1.* Oldrad.*cons.284. num.4.* Gutierez.*vbi supra* Rota *decis.* 543. *num.1. par.2.in recent.* Vnde cum in iure non solum reperiatur id prohibitum electoribus Religiosis, sed con-
8 cessum, & ab eorum constitutionibus expressè confirmatum, & dispositum. Hinc nullus Superior in Ordine,quamuis sit ipsemet Generalis potest sine causa iusta, & rationabili auferrè præfatum ius à quibusuis electoribus contra dispositionem constitutionum, quia inferior non potest concedere, seu negare contra voluntatem Superioris Gambar. *de auct. Leg. à lat. num.* 708. *lib.6.* Neuizan.*cons.116.nu.1,* & Rota *decis.* 1328. *coram Card.Seraph.*adducens *c.vt nostrum,& c. vt debitus de appell.*

9 Quòd autem Generalis nedum sit inferior canonum Conditori;sed etiam Capitulo Generali,quod constitutiones sanxit,maximè in Religione Minorū patet ex B. Hug. Cord. *q.3.* Polic. *num.* 17. Thesau. *fol. mihi* 337.& communiter ex Expositoribus Regulæ illius *in cap.* 8. & his etiam rationibus suadetur. Primò,quia ex eorum Regula Capitulum generale gaudet auctoritate absoluendi eundem Ministrum generalem ab Officio, cum primum illum insufficientem nouerit. Ergo & eodem maius est.

10 Secundò quia sicuti ab Archiepiscopo ad

Sy-

cauit nullo ordine iudiciario seruato.

4 *Si certò non constat de inhabilitate electorum, sunt citandi & audiendi.*

5 *Si res dubia adhuc pendeat admittendi sunt cum protestatione.*



1 ESPONDEO affirmatiuè ex sententia Innoc. Anchar. & Panorm. in c. 2. *de postul. prælat.* Henrich. Boich. *in c. illa quotidiana de elect.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu.* 122. quos sequuntur Summistæ & in primis Tabien. *tit. elect.* 1. *num.* 5. & Siluest. *eod. tit.* 1. *q.* 5. *numer.* 6. *in fin.* & hoc est certum apud omnes.

At quod subdunt ipsimet DD. id etiam, scilicet, procedere, licet nondum sit discussum, an priuati existant, quia sufficit, inquiũt quòd postea possint conuinci, non videtur ad mentem Rodriq. *tom.* 1. *q.* 51. *art.* 12. asserentis à Iudice non posse vòce priuari dictos Religiosos absq; eo quod prius citentur, & ipsis detur copia eorum, quæ contra ipsos sunt obiecta, quod primò probat exemplo D. O. M. qui vt habetur *in c. Deus omnipotens* 2. *q.* 1. nos docuit delicta esse prius cognoscenda, ne fortè falsis rumoribus, aut delationibus innocens condemnetur. Secundò probat auctoritate *c. porrò de diuort. & c.* 1. *de cau. poss. & prop.* vbi Summus Pontifex non permittit aliquem condemnari sine eo quod prius audiatur.

2 Pro resolutione. Dico priores DD. loquutos fuisse de eo cuius delictum ita est manifestum, vt nulla tergiuersione possit celari, quia tunc ad nullum ordinem iudiciarium seruandum tenetur Iudex in condemnando huiusmodi reo, exemplo D. Pauli *Corint.* 5. qui nullo ordine iudiciario seruato absentẽ illum notorium incestuosum Satanæ tradidit per excommunicationis sententiam 2. *q.* 1. *c. de manifesta & c. ad nostram* 2. *de iureiur.* Specul. 3. *p. tit. de accusat.* §. 1. *num.* 17. D. Ant. 3. *p. tit.* 9. *c.* 8. §. 3. Nauar. *c.* 25. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 8. *in princ.* Arragon. 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. Petr. Nauar. *de restit. lib.* 3. *num.* 92. Les. *de iust. lib.* 2. *c.* 29. *num.* 106. Farinac. *q.* 21. *num.* 133. *& seqq.* Vnde non solum electio tenet si tales non vocentur, sed si etiam vocentur, & postea non expectentur *c. cum inter* 2. vbi Panor. *num.* 11. *de elect.*

3 Rodriq. autem sermonem habuit de eo, cuius delicti notorietas non est talis, vt sit inexcusabilis; sed saltem est dubium an ali-
4 qua Reo competat defensio: hoc enim notorium non est sufficiens, vt sine citatione possit procedi ad condemnationem. Bald. *in l. ea quidem num.* 43. *C. de accus.* Franch. *in c. ex insinuatione num.* 3. *de appell.* & Rota *decis.* 393. *num.* 10. & 11. *coram Card. Seraph.* Vnde hic reuera est citandus, & audiendus vt infra probabitur *dub.* 95. *num.* 8. qui si se de huiusmodi delicto probabilibus argumentis contra delationes testium purgare nequeat, ita vt earum vigore conuincatur: tunc nullus ambigendi locus relinquitur, quin electio celebrata eo non vocato teneat, quamuis causa ob imminentem electionis celebra-
5 tionem remaneat imperfecta. Si verò adhuc res dubia pendeat, tunc posset admitti cum protestatione se non intelligere communicare ei ius eligendi, & velle eiusdẽ vocem nemini dare suffragium, vel afferre nocumentum. Innoc. Panor. & Butr. *in c. cumana de elect.* Compostell. Panorm. & Henrich. Boich. *in d. c. illa quotidiana de elect.* Biax. *in suo direct. elect. p.* 1. *c.* 9. *num.* 5.

DVBIVM DVODECIMVM.

Quid? si electus e vita decedat, vel renunciet, vel propter occultum eius vitium irritetur electio.

SVMMARIVM.

1 *Quando electio non consequitur confirmationem absq; culpa eligentium, ad eosdem reuertitur ac si vacatio noua esset.*

2 *Et id asserendum est quoticscumq; id accidet.*

3 *Secus dicendum de Prouisore, & de compromissario quia non ad eum, sed ad electores reuertitur electio.*

4 *Maior pœna summenda est de dolo, quàm de negligentia.*

5 *Quando non sit iteranda electio ob mortem, vel renunciationem electi.*

6 *Nemo debet priuari absq; culpa nisi subsit causa.*

7 *Vtilitas publica, magna habet priuilegia, & semper est preferenda priuatæ.*



In

1 IN c. *si electio de elect. in 6.* hæc formalia verba habentur. *Si electio ex eo non sortiatur effectũ* (idest confirmationis iuxta Innoc. *in c. 2. num. 5. de rest. in integ.* Archid. & *glos. 1. hic*) *quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seu propter occul um eius vitium irritatur. Electores qui iam fecerant, quod spectabat ad ipsos infra terminum iuris eligendo, habebunt à dissensu, renunciatione morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua esset tempus integrum ad electionẽ aliam celebrandam, dummodo nil fraudulenter egerint in præmissis.*

2 Circa quæ verba primò notandum est cum glos. *ibid. verb. aliam* & Cuch. *instit maior. lib. 4. tit. de elect. num. 302.* idem esse dicendũ de tertia, & quarta electione &c. Si tertium, quartum & quintum electum dissentire, aut post consensum renunciare, vel mortem oppetere, aut occulto suo vitio irritari accidat.

Secundò notandum est, quamuis quotiescumq; electio effectum prædictum non consequitur absq; culpa eligentium ad eosdem reuertatur eligendi potestas Grac. *discept. fo*
3 *rens. c. 746. num. 13.* Secus tamen dicendum esse si Superior iure deuoluto prouidet ex eo quod v.g. electores intra terminum eis præfixum ex negligentia electionem non celebrarint: tunc enim si prouisus renunciat, vel &c. non ad eumdem prouisorem; sed ad electores reddit electio, vt bene notant Anchar. *in d.c. si electio vers. quarto not.* Ant. à Butr. *num. 2.* & glos. *verb. integrum.* Et idem iuris est quoq; quando ille in quem absolutè compromissa est eligendi potestas ab electoribus, & electus ab eo consentire recusat &c. Tunc enim non ad eum; sed ad compromittentes reuertitur *c. si compromissarius vbi glos. verb. idem.* & communiter canonistæ *de elect. in 6.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. numer. 38.* Siluest. *tit. electio 2. q. 19. num. 26.*

Quòd electio reuertatur ad electores & cæt. probatur ex Archid. & glos. *ibid.* Imol. *in c. cum dilectus num. 4. de consuet.* Nam electio non dicitur perfecta, quousq; fuerit confirmata, & ideo electores eam defendunt, & se iuuntur quousq; confirmationis effectum assequatur.

4 Quòd verò non reuertatur ad prouisorẽ; sed ad electores &c. probatur ex glos. *verb. integrum.* quia si ob culpam ex delicto prouenientem plectuntur electores priuatione primæ electionis solùm modo *c. cum VVintoniensis de elect.* quantò fortiùs idem asserendum erit de hac culpa, quæ prouenit ex negligentia, cum minor pœna sumenda sit de negligentia, quam de dolo *c. nihil est. vbi* Panorm. *nu. 3.* & Ant. à Butr. *num. 22. de elect. c. ad falsariorum de crim. falsi. & c. super litteris de rescript.*

5 Tertiò notandum est si suffragatores à loco capituli huc, illucque de more profecti fuissent, antequam memoratus electus electioni de se factæ nuncium remisisset, vel propter occultum eius defectum inanis redderetur electio, vel vitam cum morte commutasset, &c. tunc non tantam necessitatem vrgere ad aliam electionem denuò reuertendi, quin ei longè præponderet incõmodum iteratò congregandi capitulum, quando propter talem renũciationem, irritationem vel mortem electi, Ecclesia non remanet viduata: Generalis enim siuè Prouincialis sine eo Definitore v.g. rectè causas adiudicare valent: Vel electio Generalis celebrari potest absque interuentu nonnullorum electorum: Et idem existimo affirmandum esse cum proportione de electione Discreti, si conuentus fratrum de cuius Discreti iterata electione agitur, commodè congregari nequit.

6 Huic quartò notando obijcies. Sine culpa nemo debet priuari iure suo *c. satis peruersum 56. dist. c. inuentum 16. q. vlt. q. 1. de re iud. & c. descriptionem de eo qui cogn. con.* Sed si prouincia caret voce in Capitulo Generali, vel conuentus in capitulo prouinciali ob mortem Discreti per consequens sine culpa priuatur iure suo. Ergo, &c. Respondeo eam regulam *nemo debet priuari iure suo*, temperandam esse, *nisi subsit causa* per *reg. sine culpa de reg. iur. in 6.* Iusta autem causa, secundum Dyn. ibidem, est vtilitas publica, quæ
7 vt inquit Bald. *in c. bona 1. num. 6. de post. prælat.* magna habet priuilegia. Semper enim vtilitas publica præfertur priuatæ vulg. *l. vni §. fin. C. de caduc. tollen. l. actione §. labeo ff. pro socio §. 1. vers. ea enim quæ communiter in auth. de restitutio. & ea quæ parit. c. scias 7. q. 1.* quod procedit etiam si fiat in damnum, & incommodum particularium, vt tradunt Crauet. *cons. 132. num. 23.* & alij: multa namque conceduntur fauore publicæ vtilitatis, quæ aliàs non permitterentur, vt latè scribit Felin. *in c. nonnulli num. 16. vers. & fauore de rescript.* etiamsi sint contra reg. iuris. Vide eum ibidem.

DVBIVM XIII.

Quid? si aliqui electorum, vel maior pars, seu omnes e vita decessissent, vel inhabiles essent, seu non venissent intra terminum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum semper remanet penes habiles, quantumcumque numero pauciores. Secus verò dicendum de compromissarijs.*
2 *Si omnes inhabiles existunt ad quos fiat deuolutio.*
3 *Quot requirantur ad constituendum collegiũ.*
4 *Capitulum constitutum semel in multis, potest reduci ad vnum, & conseruari in illo.*
5 *Vocati ad electionem non venientes habentur ac si de capitulo non essent.*
6 *Si tamen electione incboata, & nondum completa accedant, admittendi sunt in reliquis.*
7 *Casus in quo expectandi sunt absentes vocati, & non venientes.*

1 SI ferè omnes de collegio inhabiles existunt, vel mortui sũt, tota potentia capitularis residet pœnes habiles, vel viuos, licèt faciant multò minorem partem collegij, quia in hoc casu isti totum collegium repræsentant, cum priuati & inhabiles non sint computandi in numero Innoc. *in c. 2. de nou. oper. nunc.* Ane. à Butr. *in cap. gratum num. 7. & 18. de postul. prælat. vbi quoque* Panorm. *num. 5. & in c. cum in iure nu. 9. de elect.* Felin. *in cap. cum omnes de consti.* Tabien. *tit. electio 1. num. 3.* Marc. *q. 1389. par. 1. relatus à* Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio cap. 6.*

Dixi *si ferè omnes de collegio*, quia si v. g. electores compromisissent absolutè electionem in tres compromissarios, quorum duo elegissent indignum, & propterea essent inhabiles; non ideò potestas eligendi remanet penes tertiũ, etiamsi ipse dignum elegisset; sed reuertitur ad eosdem compromittentes electio *c. si compromissarius de elect. in 6.* Panorm. *in cap. gratum num. 8. de postul. prælat.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 38. in fin.*

2 Si verò omnes electores mortem oppetierint, vel inhabiles existant, tunc electio deuoluitur ad Superiorem proximè immediatum *c. ne pro defectu de elect. c. licet, & c. fin. de supplen. neglig. prælat. c. quamquam vbi glos. post fig. casus vers. not. primò de elect. in 6. cap. si compromissarius eod. tit. & lib. cap. 2. de concess. præben. vbi* Panor. *in princ. & c. cum in cunctis §. fin. num. 5. & in c. quia propter §. nisi num. 4. de elect.* Tolos. *in tit. de elect. c. 6. num. 4. & cap. 13. num. 9.* Siluest. *tit. electio 1. q. 12.* Marta *vbi sup.* Et ab illo proximo immediato ad alium proximum immediatum semper deuoluitur electio gradatim vsque ad Papam *d. c. licet de suppl. negl. prælat.* Panorm. *in c. litteras eod. tit.* Corasius *de benefic. p. 1. c. 7. num. 8. & p. 4. c. 1. num. 11.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 27.* Garc. *de benefic. p. 10. c. 3. num. 1. & 2.* Rota *decis. 632. num. 4. p. 4. diuers. decis. 186. num. 1. p. 2. in recent. decis. 260. num. 2. & 4. & decis. 271. num. 11. coram Card. Mantic.* & sæpè resoluit eadem Rota teste Gonzal. *supra reg. 8. cancell. in proœm. §. 3. num. 4.*

3 Dixi *licèt faciant multò minorem partem collegij*, quia quamuis ad cõstituendum collegium de iure canonico requirantur saltẽ duo *c. 1. de elect.* & de iure ciuili saltem tres *l. ne-*
4 *ratius ff. de verb. signif.* glos. *in c. 1. q. 1. 10.* Ant.
à Butr. *in d. c. gratum num. 19. & seqq. de postul. prælat.* Alter. *de cens. lib. 5. disp. 3. c. 2. lit. P.*
constitutum tamen semel in multis, potest ius collegij venire ad vnum, & conseruari in illo *l. sicut §. fin. quod cuiusc. vniu. no.* glos. & Panor. *in c. nullus de elect.* Innoc. *in c. quia propter eod. tit.* Item glos. *verb. pauciores.* Panorm. & Anchar. *in d. c. gratum de postul. prælat.* Ane. à Butr. *vbi sup.* Henrich. Boich. *in c. illa quotidiana num. 3. de elect.* Biax. *in direct. elect. p. 1. c. 2. num. 3.* Lambert. *de iur. patr. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 3. num. 27.* Cuch. *vbi sup. num. 39.* Nauar. *lib. 1. cons. 6. tit. de elect. in 2. edit.* Rodriq. *tom. 2. q. 54. art. 11.* & Rota *decis. 860. num. 7. & decis. 1050. num. 5. coram Card. Seraph.*

5 Quod huc vsque dictum est de inhabilibus, idem cum proportione asserendum est de vocatis non venientibus intra terminum ad electionem eis constitutum, quando conuocatio fit per eum ad quem de iure, vel de consuetudine spectat, quia talis citatio constituit non venientes in contumacia *cap. cum nobis de elect.* Innoc. & Anchar. *in c. 1. de mai. & obed.* & clarius Panor. *in c. in causis de elect.* vbi de communi aduersus Bart. Idem tenent Gofred. *in sum. num. 19. tit. de elect.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 19. num. 5.* &
6 Tusch. *lit. E. concl. 64.* Si tamen huiusmodi
non venientes accedant electione nondum completa, licèt inchoata, admittendi sunt
in

in omnibus quæ agenda remanent circa illam *cap. Ecclesia. 2. de elect.* & post Albert. & Archid. quos refert, tenet Siluest. *tit. electio. 1. q. 5. dict. 5.*

7 Tandem notandum est pro limitatione huius secundæ conclusionis, quæ versatur circa non venientes, quòd licèt Superior in rigore possit ad electionē cum præsentibus procedere absentes vocatos vltra terminum conuocationis non expectando Panor. *in clem. vt bi. num. 11. de at. & qualit.* Innoc. Bart. & Tācr. relati à Bertach. *in suo repert. verb. electio num. 57.* Attamen expectandi sunt absentes si ipsi notabilem partem collegij constituerent, & aliqua causa necessaria, vel saltem probabili, v. puta imbre detinerētur, & Superior pro certo haberet eos nō lōgè abesse, nec aliqua graui necessitate ad electionē cōpelleretur Panor. *in c. cum nobis nu. 9. de elect.* Cuch. *vbi supra num. 81.* Rota *decis. 288. num. 3. coram Card. Mantieb.* Et si ipse Superior vel Capitulum dicat reexpectandos esse, tunc præsentes non possunt recedere non finita electione. Et si recedent, habebuntur ac si de capitulo non essent Innoc. Host. Butr. & Rota *in firm. Parochialis 6. Martij. 1592. corā Card. Pamphilio*, quos omnes refert & sequitur Mascor. *l. b. 1. var. resol. c. 52. num. 31.* Immò ipse actus electionis esset nullus, si præsentes duas partes non constituerent, etiamsi maior pars illorum præsentium consentiret in aliquem vt latè explicatum est dub. 10. *numer. 11.*

DVBIVM XIV.

An elector absens valeat exprimere votum suum per litteras vel Procuratorem instituere qui eius nomine suffragium in electione ferat?

SVMMARIVM.

1 *Quare elector absens non valeat exprimere votum suum per litteras.*
2 *Quando, & quomodo Procuratorem instituere valeat elector absens & seq.*
3 *An liceat instituere Procuratorem qui non sit de capitulo?*
4 *An qui instituit Procuratorem cum speciali mandato censeatur exprimere votum ante scrutinium, sicut qui exprimit per litteras.*
5 *Procurator instituendus debet esse in sacris, nisi consuetudo suadeat contrarium.*
6 *Laici, & clerici Capucini nondum sacris initiati possunt interesse electionibus.*
7 *Procurator habens duas voces tenetur vni, & eidem vtramq; dare.*
8 *Secus vbi occurrerent ei plures æqualis meriti.*
9 *Elector absens non potest dare speciale mandatum Procuratori suo.*
10 *Quomodo intelligendum.* In electionibus nō posse suppleri vota absentium.
11 *Apud Ordines Prædicatorum & Capuccinorum excluduntur Procuratores ab electionibus.*
12 *In quibus electionibus constitutiones antiquæ Capuccinorum admittebant Procuratores.*
13 *Quid importet clausula* Eligant, vel decidant secundum suam conscientiam.
14 *Et quid importet illa alia* Super quo conscientiam tuam oneramus.



1 AD priorem partem dubij respondeo absenti non licere vllo modo per litteras exprimere votum suum est textus expressus *c. si quis iusto. §. fin. de elect.* & tenent communiter DD & præcipuè ferè omnes infra proximè citandi. Et ratio expressè adducitur in eodem tex. quia scilicet votū nō est exprimendum ante scrutinium; sed in ipso scrutinio secretè & sigillatim tantumodò. Quæ ratio cum fundetur in dispositione *c. quia propter de elect.* per consequens actus contrarius est ipso iure nullus, nec consuetudo contraria aliquid iuuat propter decretum irritans ibidē appositum vt plenè tradidi *supra dub. 3. num. 3. & 9.* Et pro hoc quoq; facit quod infra dicetur *dub. 111. num. 3.*

2 Ad posteriorem partem dubij respondeo electorem absentem posse, si vult, committere vocem suam vni, vel pluribus insolidum de ipso collegio, dummodò tamen iusto impedimento ipse detētus sit, super quo si opus fuerit fidem faciat proprio iuramento *c. quia propter. §. illud de elect.*

Dixi *vni vel pluribus insolidum*, quia elector absens potest nedum vnum, sed & plures constituere procuratores ad eligendum; dum tamen cuilibet eorum det potestatem insolidum.

Dixi *de collegio* quia si de collegio nemo velit assumere vices eiusdem absentis; ipsi, nolente Capitulo, non licet extraneum deputa-

putare, *c. si quis iusto §. absens quoque,* vbi Ioan.
And. & Ant. à Butr. *num. 4. de elect. in 6.*

Dixi *si opus fuerit,* quia vt notat glos. *ibid.*
non multum expedit talis fides, sed casu,
quo præsentes ei fidem habere nollent, nec
3 aliter Procuratorem admittere vellent, &
tunc postea huiusmodi iuramento præstito
de dicto impedimento tenentur eum admit-
tere Panorm. *in c. constitutus. de appell.* Felin.
Præposit. Siluest. *inferius citandi.*

Hanc totam assertionem sic explanatam
sustinent glos. Innoc. Anchar. & Panorm. *in c.
quia propter de elect.* item Panorm. Præposit.
& Franch. *in c. constitutus de appellat.* Angel. *tit.
electio num. 5.* Siluest. *eod. tit. q. 3.* Tabien. *eod.
tit. 1. num. 7.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 2. q.
2. art.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 14. q. 7.* Cuch. *instit.
maior. lib. 4. tit. de electione à numer. 224. vsque
ad 228.*

4 Sed contra hæc sic responsa ad vtramque
partem obijcies dictum esse in responsione
ad priorem partem dubij, rationem propter
quam elector absens non valet exprimere
votum suum per litteras, eam esse, quia vo-
tum non est exprimendum ante scrutinium;
sed in ipso actu scrutinij. Et postea nunc in
responsione ad posteriorem partem dubij
concessum est electorem absentem posse in-
stituere Procuratorem cum speciali manda-
to de eligenda certa persona. Sed si hoc secun-
dum est licitum electori absenti: Ergo & il-
lud primum. Vel si illud primum est illicitum:
Ergo & hoc secundum. Consequentia patet,
nam ita æquè votum suum exprimit ante
scrutinium elector absens instituendo Procu-
ratorem cum speciali mandato &c. quàm si
illud idem exprimat per litteras.

Nego hanc consequentiam; nam vt benè
asserit glos. *ibid. c. si quis iusto. verb. exprimen-
dum* quam post Anchar. *cons. 78. sub num. 2.
vers. sed hic non obstat & numer. 3.* approbat
Rota *in Vallisoletana præeminentiarum 23.
Ianuarij. 1604. coram Pamphilio.* elector ab-
sens instituendo Procuratorem nõ exprimit
votum suum; sed mandatum dat de voto ex-
primendo: vnde illud mandatum certè non
augebit numerum suffragiorum, si illud idẽ
non fuerit expressum à Procuratore in actu
scrutinij. Dico igitur aliud esse dicere *eligo
talem:* & aliud est dicere *Do mandatum Titio
de tali eligendo* illud enim primum debet fieri
in scrutinio, secretò, & sigillatim. At hoc se-
cundum fieri potest ante scrutinium.

5 Quãuis autẽ hæc sic se habeant vt dictum
est, tripliciter tamen eadem conclusio est li-
mitanda. Primò, vt huiusmodi Procurator
saltem subdiaconatus ordine decoretur vt
colligitur ex c. ex eo. § in Ecclesijs de elect. in 6.
clem. vt ij. & de æt. & qualit. & Conc. Trid.
sess. 22. c. 4. de reform. iuxta notata per Azor.
p. 2. lib. 6. vbi supra & alios.

6 Ab hac limitatione excipe nonnullas Re-
ligiones apud quas sicut clerici nondum sa-
cris initiati, & laici ex consuetudine, statuto,
seu priuilegio valent interesse electionibus,
vt benè aduertunt DD. & nos probabimus
inferius dub. 91. per totum. Ita à fortiori pos-
sunt Procuratores institui, & idem de laicis,
& clericis Capuccinis multò magis asseren-
dum esset iure optimo, si admitterentur di-
cti Procuratores in ea Religione, quia non so-
lum ex antiqua consuetudine sed etiam ex
Pontificia declaratione, & concessione Pij
V. electionibus intersunt, prout in præalle-
gato dubio referam.

Secundò limitanda est dicta conclusio vt
7 non possit præfatus Procurator de collegio
simpliciter constitutus eligere vnum suo, &
alium procuratorio nomine, quia nihil vale-
ret; sed tenetur ad eum accedere nomine il-
lius, ad quem adstringitur nomine proprio
d. c. si quis iusto § . porrò vbi Archid. Panorm.
*in c. cum olim de re iud. & in c. constitutus num.
8. de appell.* Felin. & Dec. *in c. quamuis de offic.
deleg.* Ang. Tabien. Siluest. *vbi sup.* & Tolos.
in tit. de elect. cap. 6. num. 11. Cuch. *vbi supra
num. 229.*

Ab hac secunda limitatione excipe quo-
8 que duos casus, primus est, vbi merita duo-
rum, vel trium adeò essent æqualia, vt discerni
non posset ab electoribus, quis eorum me-
lior, & idoneior cæteris esset Molin. *de hisp.
primog. lib. 2. c. 5. num. 52. & 53.* Gutierez. *qq.
can. c. 11. num. 9.* Secundus casus est, vbi de
aliquo certo denominando dominus specia-
le mandatũ dederit Procuratori: tunc enim
in illum eius, & in alium suo nomine licitè
poterit consentire *d. §. porrò,* & omnes DD.
in assertione citati. Et licèt hic secundus
9 casus exceptus ita verè sit de iure antiquo;
at nunc de iure nouo aliter dicendum vide-
tur post Conc. Trident. districtè præcipiens,
vt electiones Regularium per vota secreta
celebrẽtur; & ita apertè censuit Sacra Cong.
teste Garc. de benef. *p. 5. cap. 4. num. 200.* his
verbis *Procuratores legitime constituti cum ge-
nerali mandato ad eligendum ab ijs qui legitimè
impediti sunt non excluduntur, dummodò non ha-
beant speciale mandatum de eligenda certa per-
sona, quia tunc vota non possent esse secreta,
prout in hoc decreto.*

Tertiò limitanda est conclusio vt si prius

SUMMARIUM.

1 *Triplici iure possunt habere vocem in electionibus Regulares.*
2 *Prouinciales, & Custodes non possunt renunciare voci actiua qua, eis competit ex officio.*
Aliàs peccant mortaliter.
3 *Idem dic de Prælatis conuentualibus & Discretis.*
Clericus non potest renunciare illis, quæ concernunt priuilegium clericale.
4 *Quilibet priuatus potest renunciare voci suæ.*
5 *Nisi per hoc notabiliter eius fama consenesceret.*
6 *Vel Religio notabile detrimentum pateretur.*
7 *Renunciatio est stricti iuris, nec inducitur per verba vrbanitatis.*
8 *An qui renunciauit voci actiua possit eam reassumere?*

1 VT voce actiua gaudent in electionibus Religiosorum in triplici differentia se habent: Primò namq; nonnulli electionibus actiuè intersunt iure Regulari, vt sunt apud Minores S. Francisci Prouinciales, & Custodes in electione Ministri Generalis, qui ex vi Regulæ eumdem Generalem eligere tenentur.

Secundò alij ad electionem celebrandam actiuè conueniunt ex officio publico vt sunt Guardiani Priores, Abbates, & Discreti in electionibus Capituli Prouincialis. Tertiò deniq; alij intersunt ratione iuris priuati, idest specialis fraternitatis vt sunt fratres in electione Discreti localis.

2 Modò qui regulari iure tenentur electioni accedere, non possunt voci suę renunciare & si renunciant mortale flagitium perpetrant. Prior pars huius assertionis ex eo maximè patet, quia statutis pro bono publico principaliter factis, renunciari non potest, vt latè probant Panor. *in c. in genesi nu. 10. de elect.* & Felin. *in c. si diligenti nu. 19. de for. compet.* Et latè Farinac. qui multos cumulat. *de carcer. & carcerat. q. 27. num. 84.* Posterior verò pars probatur ex regula *c. 8.* vbi habetur Ministros Prouinciales & Custodes teneri eligere Ministrum Generalem, et declarabitur *dub. 55.* Sed *in Clem. Exiui. de verb signif.* exponitur hoc verbum *teneantur* vim præceptiuam prę se ferre in Regula minorum. Ergo inobedientes grauiter peccant.

3 Qui verò ex officio ius actiuæ vocis habent ad electionem celebrandam, nequeunt illi renunciare, cum tale ius eis suffragetur non in fauorem proprium, sed in fauorem officij, sicuti non potest clericus renunciare illis, quæ concernunt priuilegium clericale, iuxtà notata *in d. c. si diligenti & c. significasti de for. compet. & in c. contingit. de sent. excom.* Felin. *vbi supra num. 17.* Rota *decis. 269. in fin. p. 2. in recent. & decis. 441. num. 8. coram Greg. XV.* Hinc dixit Decian. *cons. 19. num. 60.* relatus à Tusch. *lit. R. concl. 171. num. 11.* *Iuri Prælationis non posse quempiam renunciare, inconsulto eo, qui Prælationem concessit, & dignitatem.*

4 Qui deniq; specialis fraternitatis iure habēt suffragium ferre in electionibus, possunt huiusmodi iuri renunciare, quia quilibet potest renunciare fauori proprio *l. si quis in conscribendo C. de pact. c. cum accessissent de const. & c. ad Apostolicam. de reg.* Bald. *in l. cum omnes num. 24. de const.* Panorm. *in c. in genesi. nu. 10. de elect.* Felin. *vbi supra numer. 1.* Angel. *tit. electio num. 19.* Armill. *eod. tit. num. 20.* Tusch. *lit. R. concl. 170. per totam* Rota. *decis. 265. nu. 3. p. 1. in recent.*

5 Hæc vltima conclusio dupliciter est limitanda: primò vt non procedat, vbi ex tali renunciatione fama renunciantis non leue detrimentum pateretur: & hoc est certum apud
6 omnes. Secundò nisi illa renunciatio cedat in damnum Religionis vel prouinciæ siuè Monasterij, de cuius electione agitur, vt docet Panor. *in c. quia propter num. 4. de elect.* communiter receptus dicens *Illi qui nolunt interesse, non debent compelli, nisi Ecclesiæ intersit, nam pro interesse Ecclesiæ poterunt compelli.* Tūc autem in detrimentum Religionis cedere diceretur talis renunciatio, vbi v. g. si fratres obseruantiæ Regularis cultores ab eligendo se abdicarent, potestas eligendi penes alios laxioris disciplinæ amatores, & sequaces remaneret, Vel si ex defectu illius vocis electio dirigenda esset in indignum, seu in dignum quidem; sed non in notabiliter digniorem, qui fuisset electus, si præfatus renuncians suffragium tulisset, & huiusmodi &c. Hinc Siluest. *tit. consensus q. 3. in fin. & tit. scelestis 1. q. 5. dict. 5.* *Et sic malè faciunt qui permittunt eligi indignos, vel insufficientes, renunciantes voci suæ, ne notentur, vel alio humano respectu: Et posset faciliter hic esse peccatum mortale. Grauitas verò, vel leuitas huius culpa metienda est ex leniori, vel grauiori detrimento prædicto.*

Hanc conclusionem sic limitatam sustinent etiam Tabien. *tit. electio. 1. num. 12.* Rodriq. *tom. 2. q. 53. art. 10.* Manual *prælat. tom. 2. q. 23. art. 6. concl. 5.*

7 Vltimò circa hanc eamdem conclusionē aduertendum est, & alta mente reponēdum, curandum esse, vt huiusmodi renūciatio à renunciante fiat expresse, & in loco patenti, vel in scriptis per literas ad præcidendam viam innumerabilibus controuersijs, & litibus, quæ ex natura renunciationis possent oriri; ipsa enim est stricti iuris, & debet intelligi, vt quantò minus dicatur renunciatum, quatenus tamen verba patiuntur; ita vt minus renuncianti noceat, quàm sit possibile. Dec. *cons.* 379. *num.* 4. Socin. *sen. cons.* 33. *num.* 10. *lib.* 3. Burs. *cons.* 397. *num.* 44. Hond. *cons.* 29. *num.* 93. *& seqq. lib.* 1. Rota *decis.* 669. *in fin. & decis.* 781. *nu.* 4. *&* 5. *p.* 2. *in recent.* multos D D. cumulans *& in Bonon. hæreditatis de Armis Luna* 12. *Decembris.* 1622. *coram R. P. D. obseruandissimo meo Merlino circa fin.* Nec renunciatio trahitur ad ea, quæ expressa, & significata non sunt, nisi adsint coniecturæ ad nodum vrgentes Rota *decis.* 471. *num.* 5. *p.* 1. *iunct. decis.* 383. *num.* 3. *p.* 2. *in recent. & decis.* 43. *num.* 5. *coram Coccino*; Vnde in dubio non præsumitur quis renunciare iuri suo, & omnis interpretatio admittenda est, vt talis præsumptio excludatur. Bald. *in c. ad hæc num.* 31. *de seq. poss. & fruct.* Dec. *cons.* 308. *num.* 8. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 36. *glos.* 1. *nu.* 59. *&* Rota *decis.* 636. *num.* 6. *p.* 1. *in recent.* Nec renunciatio inducitur per verba vrbanitatis vt dictum fuit in Rota *d. decis.* 636.

8 Sed forsan hic obiter rogabis: An qui renunciauit voci suæ possit eam reassumere? Respondet Bald. *in c. licet nu.* 8. *de elect.* affirmatiuè, quia licèt teneat renunciatio, tamē res reddit de facili ad naturam sui *c. ab exordio d.* 35. At hoc intelligendum existimo, quā diu Superior eam renunciationem non acceptauerit per ea quę dicta sunt de voce passiua à glos. fin. Ioan. Andr. Archid. Gemin. Franch. & Anchar. *in c. licet de procu. in* 6. quos sequuntur Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 32. *nu.* 2. & Moneta *de commut. vltim. volunt. c.* 8. *numer.* 845.

DVBIVM XVI.

In quo loco electio canonica sit habenda?

SVMMARIVM.

1 *Electio canonica est celebranda in loco consueto.*
Electiones clandestinæ reprobantur.
2 *Vbi sit celebranda electio, quando nulla subest consuetudo?*
3 *Quomodo dirimenda sit controuersia orta inter electores de loco electionis?*
4 *Electio habita in loco non consueto tenet.*
5 *Etiamsi esset interdictus.*
6 *Etiamsi esset electio Summi Pontificis.*
Locus non sanctificat hominem, nec est de substantia electionis.

1 IN loco consueto, dummodò non sit inhonestus, nec clandestinus; quia electiones, quæ fiunt in cubiculis per occulta conuenticula reprobantur *cap.* 2. *dist.* 79. *& cap. quia propter §. electiones* vbi glos. & Panorm. *num.* 2. *de elect.* Host. *in c. cum terra de elect. & in sum. tit. de elect. num.* 2. item Panor. *in c.* 1. *de cland. despons.* Anchar. *in c. vnic. num.* 20. *vt eccl. benefic.* Innoc. *in c. cum inter canonicos num.* 2. *de elect.* Dec. *in cap. ad hæc in secundo num.* 4. *de postul. prælat.* Lambert. *de iur. patr. lib.* 2. *par.* 2. *q.* 2. *art.* 7. *num.* 1. Paul. *de Eleaz. in rubr. de elect. num.* 3. *in repet.* Angel. *tit. electio num.* 11. Sylvest. *eod. tit.* 1. *q.* 8. Tabien. *eod. tit.* 2. *num.* 9. Manual. prælat. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 9. & tandem in hoc conueniunt omnes; sed discrepant in tribus.

2 Primò vbi sit celebranda electio, quando nulla subest consuetudo certi alicuius loci? Host. *vbi sup.* Anchar. *in d. c. cum terra.* Lambert. & Tabien. *vbi sup.* aiunt in quocumque loco, dummodò sit honestus; & Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 62. *num.* 13. concordat, nulla tamen honestatis loci mentione habita.

At Panorm. *in d. c. cum terra & c. quod sicut de elect.* à quo nec dissentire videtur idem Anchar. *ibid. & in c. quia propter de elect.* Dec. *vbi sup.* Tolet. *in tit. de elect. c.* 15. *num.* 2. Marc. *in pluribus. qq. p.* 1. *q.* 1. *n.* sequitur Marta *in suo digesto nouiss. tit. electio c.* 9. & alij sustinent esse celebrandam in Ecclesia, vt apertè habetur *in d. c. quod sicut de elect.* vel in choro, vel in capitulo illius loci, cui debet præesse Prælatus eligendus. Hæc posterior sententia mihi magis arridet extra causam; Ex causa verò priorem etiam approbo; & hoc propter verba *d. c. quod sicut.* *Præsertim cum iuxta constitutiones canonicas, si fieri potest in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari.* Eiusdem sententiæ est Rota *decis.* 3. *num.* 2. *tit. de elect. in nou.* allegans *c. in nomine domini dist.* 23. *cap. cum terra, & c. in causis de elect. c. qua fronte, & c. constitutus de appell.*

3 Sed quid si in nullo ex prædictis locis posset

set

fet haberi electio, & electores inter se dissentirent de loco, vbi nam esset habéda electio? Respondeo hanc cōtrouersiam forte esse dirimendam, vel alijs similibus modis, de quibus per Bellamer. & alios *in cap. & temporis* 16. q. 1. Quamuis enim electio non sit celebranda per fortes, vt infra mōstrabitur *dub.* 27. attamen aliud est dicendū de loco, prout multis allegatis benè annotauit Gratian. *discept. forens. c.* 655. *num.* 40. *in fin. &* 43.

4 Secundò discrepant An electio celebrata in loco non consueto teneat? Host. quem refert, & approbat Anchar. *in d. c. cum terra* negatiuam partem sustinent. At Panor. *ibid.* Dec. & Paul. *de Eleaz. vbi sup.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de electione num.* 23. affirmatiuam tutantur. Et egomet his libenter adhæreo, quia locus non est de substantia electionis, prout ipsemet Anchar. fatetur, nec locus sanctificat hominem *c. non loca dist.* 40. *Malè tamen faciunt* (subdit Panorm.) *Electores peruertendo consuetudinem*.

5 Tertiò discrepant an valeat electio in loco interdicto habita? Archid. *in d. c. in nomine dist.* 23. negatiuè respondet. At Hug. Vercell. quem refert, & sequitur Ioan. And. Bal. Ant. a Butr. Panor. & idem Anchar. *in cap.* 1. *num.* 8. *de postul. prælat.* Dec. *vbi sup.* Biax *in suo direct. elect. p.* 1. *cap.* 19. Tabien. Angel. Siluest. Manual. prælat. & communiter omnes contrarium afferunt: à qua communi opinione reuera non est recedendum, cum optimo fundamento nitatur. Electio enim non est Sacramentum sed quædam obligatio, seu contractus: sed per interdictum solùm suspenduntur diuina, & Ecclesiastica Sacramenta *c. fin. de sent. excom. in* 6. Ergo non suspenditur electio.

6 Nec obstat celebrationem electionis Summi Pontificis arceri à loco interdicto per *c. vbi periculum §. porrò de elect. in* 6. Nam illud est speciale in electione Papę, vt omnes concedunt: Et dato etiam non esse speciale in electione Papæ, ibi non dicitur illa electio per hoc nulla, atque adeò iure optimo suum valorem non amittit, vt notant ibidem glos. Ioan. And. Panor. & Anchar. *vbi sup.*

DVBIVM XVII.

Quando sit celebranda electio?

SVMMARIVM.

1 *Varium tempus est à iure statutum electionibus, secundum earum varios actus.*
2 *Religiosis non currit tempus à iure statutum super electiones.*
3 *Generi derogatur per speciem.*
4 *An sit valida constitutio Capuccinorum quæ corrigit ius commune circa tempus prouisionis Guardianorum?*
5 *An electio, & confirmatio possint celebrari diebus festis?*
6 *In extraiudicialibus iuramentum etiam die festo interpositum, valet.*
7 *Contractus die festo facti tenent, licèt fieri prohibeantur.*



1 CIRCA hoc iura sanxerūt multa vt v. g. statuerunt temporis terminum electionibus post obitum prædecessoris: Item statuerunt temporis spacium electoribus ad præsentandam electionem electo. Item constituerunt certos menses electo, intra quos præstet consensum electioni. Item determinarunt tale tempus ad effectum impetrandæ confirmationis eiusdem electionis & huiusmodi alia, &c. vt patet ex *c. bonæ* 2. *c. ne pro defectu de elect. c. quam sit c. cupientes, & c. si compromissarius eod. tit. in* 6. *cum ibi notatis à DD.* At quia hæc omnia modificata sunt quò ad Regulares Mendicantes spectat, & qui eorum priuilegijs perfruuntur. Ideircò omitto breuitatis gratia explanationem eorum omnium, & eò magis, quo in sequenti parte huius tractatus ea à me dilucidanda sint, quæ de singulorum Prælatorum electionibus hùc pertinere possent, iuxta Pontificum bullas, Constitutiones Ordinis præsertim minorum, & eiusdem consuetudines quibus deuincitur circa tempora dictarum electionum.

2 Quòd autem hæc omnia modificata sint quò ad Regulares, patet Tum quia id testatur Rodriq. *tom.* 2. *q.* 53. *art.* 13. & Manual. prælat. *tom.* 1. *q.* 23. *art.* 10. per priuilegium relatum *in Compen. tit. electio num.* 4. quò Clemens IV. *statuit, seu concessit, quod in electionibus Generalis, & Prouincialium Ministrorum prædicti Ordinis Minorum fratribus, qui debent electionem huiusmodi celebrare, tempus super hoc à iure statutum non curr at, nec ipsi in hac parte iuris huiusmodi regulis constringantur.* Et idem priuilegium concessit Greg. XI. Ordini Prę-

3 dicatorum in sua Bulla *virtute conspicuo*, edita anno 1374. Tum verò in primis, quia cum

à varijs Summis Pontificibus fuerit specificè præscriptum tempus, secũdum quod sunt dirigendę electiones cuiuscumque ferè Ordinis, vt apparet *in clem. exmi de verb. signif. in Bulla Pauli III. facta Religioni Capuccinorum & alibi. &c.* propterea hæ speciales Pontificiæ Constitutiones sunt Regularibus attendendæ, & non illæ generales, quia generi derogatur per speciem *cap. generi de reg. iur. in 6. vbi glos. & Dyn.*

4. Sed hic oritur dubium; An scilicet valida sit constitutio illa Religionis Capuccinorum quæ habetur in cap. 8. *Mancando, ò morendo alcun Guardiano meno di sei Mesi inanzi il Capitolo non si faccia altro Guardiano*, ratio dubitãdi de valore huius cõstitutionis est, quia, cum nec in recitato priuilegio, nec in dicta clemẽtina nec in allegata Bulla Paul. III. nec in Bulla vnionis Leon. X. nec alibi quoad, videre potuerim, Summi Pontifices speciale tempus statuerint, quod illi Religioni attendendum sit in electione seu prouisione Guardianorum per consequens non est illi recedendum à dispositione iuris cõmunis, nam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis *l. commodissimè cum ibi not. ff. de lib. & post. hum.* Rota *decis. 675. num. 2. p. 4. diuers.* sed prædicta constitutio de directo militat contra ius commune, quod *in c. ne pro defectu de elect.* statuit *vt vltra tres menses Cathedralis, vel Regularis Ecclesia Prælato non vacet, infra quos, iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur: Is verò ad quem fuerit deuoluta potestas Deum præ oculis habens non differat vltra tres menses, &c.* Ergo prædicta constitutio videtur nulla, Consequentia patet quia nulla Religio valet statuta cõdere contra ius commune, aliàs nulla sunt, vti probabitur *dub. 108. num. 2. & seqq.*

Respondeo breuiter nullam Religionem posse statuere contra ius commune: verum esse, Sed quando vel ipsa statuta sunt confirmata in forma speciali à Sede Apostolica; vel ipsa Religio gaudet speciali priuilegio statuendi in aliquo casu contra ius commune, tunc ipsa sunt valida, vt ex præallegato dubio 108. patet: Vndè cum, licet Capuccinorum constitutiones non sint confirmatæ in forma speciali, adsit tamen priuilegium speciale conualidans prouisionem Guardianorum secundum statuta Ordinis contra ius commune factam, quod referetur in d. *dub. 108. num. 7.* per consequens cessat proposita difficultas: Sed est firmandum esse validam præfatam constitutionem.

5 Tandem ad huiusce dubij plenam solutionem videtur posse excitari dubiolum. An electiones possint celebrari diebus festis? Respondeo affirmatiuè, cum id nullibi prohibitum inueniatur. Hinc Statuta Sacri Ordinis Cartusiensis *p. 2. c. 2. num. 41. fol. 14.* hæc habent, *Sciendum est autem quod quamuis electiones diebus festis Ecclesiæ, vel Ordinis licitè fieri valeant: assignationes tamen terminorum, quæ fiunt per Priores vocatos ad opponendum contra Electionis formam, & personam electi, debent cadere in diem non festiuam & die feriali confirmatio ipsa fieri, cum sit actus iudicialis.* Et licet hìc dicatur confirmationem esse habendam d.e feriali; attamen si habeatur etiã in die festo, profectò nõ vitiabitur ipsa confirmatio; & ratio est, quia etiam si sit actus iudicialis confirmatio: tamen in foro iudiciali non seruatur iuris ordo à Regularibus, sicut à sæcularibus, vti probabitur infra *dub. 182. num. 6.* Maximè verò hoc sine vlla hæsitatione procedit, quando dicta confirmatio fit extraiudicialiter, quia & iuramẽtum, & contractus, & omnes actus extraiudiciales prohibentur celebrari die festo, *capit. cum contingat de iur. iurun. & cap. quamuis de pact. in 6.* & nihilominus facti tenent vt benè tutantur DD. approbati à Rota *decis. 1282. num. 4. & seqq. coram Card. Seraph.*

DVBIVM XVIII.

An electiones possint fieri nocte.

SVMMARIVM.

1 *Nox, & dies quando propriè incipiant.*
2 *Electiones in quibus seruatur* cap. quia propter de elect. *non possunt fieri nocte.*
3 *Secus verò dicendum si aliqua grauis necessitas vrgeat.*
4 *Vel non seruetur* d. cap. quia propter.
5 *Casus in quibus electiones Prouincialis Diffinitorum &c. possunt fieri nocte.*
6 *An prouisio Guardianorum possit celebrari nocte à Diffinitorio sine causa.*



1 ER noctẽ ad effectum de quo agimus, intelligimus tempus quod incipit post signatã Aue Maria quoad vsque videri potest lumine artificiali, & durat vsque

vsque ad diem, idest vsque ad illud tempus, quo iam albescit, quia tunc propriè appellatur dies *c. consuluit. de offic. iud. del.* & hoc totum iuxtà doctrinam Card. *in c. si perfodiens de homic.* Natta *conf. 469. ex tat decretum num. 6. vers. idem latius prosequitur* Selua *de benef. p. 3. q. 1. num. 5. vers. in contrarium facit.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num. 2. vers. cuius rei.* Ripa *de noct. temp. c. 3. num. 52.* & Nauar. *lib. 1. conf. 8. tit. de elect. in 2. edit.* quidquid astruant alij.

2 Sensu quæstionis sic explanato, respondeo primò electiones, in quibus obseruatur *c. quia propter de elect.* vetari celebrari nocte nulla per graui causa vrgente, quia ibi electiones clandestinæ reprobantur Panorm. *in c. 1. num. 18. ne eccl. benef. & in c. 1. num. 2. de clandest. despons.* Felin. *in c. consuluit. num. 20. de offic. & potest. iud. deleg.* quos sequuntur Selua *vbi sup. num. 4. vers. & illud* Tabien. *tit. electio. num. 8.* Nauar. *vbi sup.* Ripa *c. 98. num. 4.* Rodriq. *tom. 2. q. 52. art. 15.* Manual. prælat. *tom. 2. q. 23. art. 12.* asserentes communem idem attestare de actibus iudicialibus.

3 Respondeo secundò electiones prædictas posse celebrari de nocte, aliqua necessitate per graui vrgente: ita tamen vt adsint tria luminaria, ne in dandis, seu conscribendis suffragijs aliquod vitium contingat. Grauis causa v. g. erit, si per diem maior pars capituli concors non fuerit, & die sequenti sit peritura potestas eligendi, & ad Superiorem deuoluenda, tunc enim poterit finiri nocte. Hanc conclusionem sustinent Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu. 22.* Nauar. Rodriq. & Manual. prælat. *vbi supra* referentes communem canonistarum *in d. cap. quia propter*, & Panorm. Et pro hoc facit. *dict. cap. consuluit. de offic. iud. deleg.* quod benè comentatur Rota *decis. 171. num. 4. coram Greg. XV.*

4 Respondeo tertiò posse procedi nocte ad omnes electiones in quibus executioni non demandatur *d. cap. quia propter* etiamsi nulla intercedat necessitas; Hæc conclusio patet ex præcitatis DD. in superiori assertione, & Ripa *d. c. 98. num. 2.*

5 Ex dictis infertur posse in nocte celebrari electionem Prouincialis Minorum, si in die finiri non potuit, quia post terminum illi statutum à Clem. V. deuoluitur liberè ad Generalem, vt suo loco dicetur. Alias verò electiones Diffinitorum, & Custodum nullatenus autumo præseferre sufficientem causam celebrandi in nocte, nisi forte talem dixerimus ad euitandam nimis longam celebrationem Conuitiorum, vt quando nimis in longum protraheretur multiplicatio Scrutiniorum antequam electorum maior pars in aliquem consentiret. Et item sufficiens causa celebrandi electionem Discreti, est imminens celebratio Capituli Prouincialis, quæ non patitur in alterum diem differri.

6 Rodriq. & Manual. prælat. probant valere electiones quæ à Diffinitoribus noctu peraguntur in Diffinitorio ad eligendos Guardianos ex eo quòd in ipsis non sit attendenda forma *d. c. quia propter.* Sed eorum fundamentum plenè sublatum est *dub. 7. per totum* vbi latè firmauimus esse attendendum *d. c. quia propter* in prouisione Guardianorũ. Et insuper *dub. 8. num. 8. vsque ad finem num. 10.* conclusum est esse obseruandum in eadem prouisione Concilium Tridentinum statuens vt in electionibus Superiorum Regularium, quò omnia sine vlla fraude fiant, procedatur per vota secreta: Vnde iure meritò contrariam sententiam tuetatur Nauar. *vbi sup.* & clarius Ripa *c. 99. in fin.* dicens electionem Guardianorum à Diffinitorio factam nocturno tempore sine lumine artificiali, vt explicatum est, non valere, & aduersari Tridentinæ Synodo *sess. 25. c. 6. de reg.* aut enim declaranda, & manifestãda erunt suffragia: aut fraudi facillimè locus erit, quorũ vtrũq; sanctæ aduersatur synodo. Et si aliquando tales electiones noctu celebrantur, non est ex eo quòd in eis non seruetur *d. c. quia propter* sed ob rationem supratactam de electionibus Diffinitorum, & Custodum, ad euitandam scilicet longiorem protractionem Capituli.

DVBIVM XIX.

An electionis celebrationem debeat præcedere oratio?

SVMMARIVM.

1 *Ante electionem Pastorum est orandum ex decreto Conc. Trid.*
2 *Expositio D. Greg. super ea verba* Vnges quem monstrauero tibi.
3 *Quare Christus discipulos elegerit post orationem.*
4 *De iure speciali Missæ auditio, & sacra communio præcedunt electionem necessariò.*
5 *Secus verò dicendum de iure communi.*
6 *Potest tamen aliquando esse peccatum propter scandalum omittere talia.*
7 *Forma generalis absolutionis ad electionem.*

Conc.

1 Conc. Trid. *sess. 24. c. 1. de reform.* statuit, *vt cum primum Ecclesia vacauerit supplicationes ac preces publicè, priuatimq; habeantur, atq; à Capitulo per Ciuitatem, & diœcesim indicentur, quibus clerus, populusq; bonum à Deo Pastorem valeat impetrare.* Quod & omnium ferè Religionum Constitutiones confirmarunt. Et quidem sanctissimè factum est, quandoquidem, vt inquit
2 D. Greg. *lib. 1. reg. c. 16.* quærendi sunt idonei Ecclesiæ Pastores; sed nisi Deus demonstret, non inuenientur iuxta illud dictum Dei ad Salomonem *Vnges quem mostrauero tibi.* Orandum ergo vt à Deo demonstrētur. *Quid* (subdit tantus Doctor) *hortor Pastores quærere, cum nisi Deus occultos proferat, nequeant inueniri? Quid enim aliud est* Vnges quem monstrauero tibi? *Tamen sunt etiam quærendi, quia nisi*
3 *quæsiti diu, minimè demonstrantur.* Et licèt hæc Diui Greg. procedant solùm in electione Pastorum & Prælatorum, vt inquit Tamē Theophilactus *in Luc. 6.* post Orationem Christus elegit discipulos, vt doceat etiam nos quando quempiam in spirituale Ministerium sumus ordinaturi cum precibus hoc faciamus, vt Deus reuelet quis idoneus sit.

4 Bzax. *in suo direct. de elect. p. 1. c. 24. & p. 3. c. 13.* quem sequitur Rodriq; *tom. 2. q. 52. art. 1.* tenet Missæ auditionem, & Sacram communionem necessariò præcedere electionem, & allegat Conc. Basil. de quo dicit haberi *in pragmat. tit. de elect. in §. & cum humana.* At quid-
5 quid sit de his iuribus, quæ sunt specialia, licèt id non aduerterit Rodriq; certum est de iure communi prædicta non esse de substantia electionis nec ex eorum omissione eam viciari *c. cum terra. vbi* Anchar. *nu. 3. & c. cum inter 2. de elect.* Panor. *in c. transmissam col. penult. de elect. & in c. cum Ecclesia. Sutrsun vbi quoq;* Ant. à Butr. *num. 3. de can. poss. & prop.* Tabien *tit. electio. 1. num. 20. in fin.*

6 Benè verum est si omittantur, electores culpa non vacare grauiori, vel leuiori pro qualitate scandali indè insurgentis.

7 Tandem honestum ac vtile erit vt Præses Capituli legitimato capitulo, ac alijs de more solito habitis præmittat absolutionem generalem ad abundantem cautellam. Vnde omnes genua flectentes recitato *Confiteor* stās ipse poterit vti consimilium verborum forma dicendo *Misereatur &c. Indulgentiam &c. Ego auctoritate mihi commissa, & vobis concessa quatenus gratia, ac priuilegia Ordinis permittūt absoluo vos ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti, & restituo vos sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium. Item eadem auctoritate. Ego dispenso vobiscum super omni irregularitate, si quam contraxistis, & vos Ordinum, & Officiorum vestrorum ac omnium actuū legitimorum executioni habiles reddo. Item eadem auctoritate absoluo vos ab omnibus delictis, & peccatis vestris, vt hic, & ante tribunal Domini nostri Iesu Christi sitis absoluti, & omnes congaudeamus in vita æterna. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus sancti ✠ Amen.*

CAPVT TERTIVM

De electione & potestate Scrutatorum, & Compromissariorum.

DVBIVM XX.

Qui, & quot Scrutatores eligendi sint in electione per Scrutinium?

SVMMARIVM.

1 *Scrutatores debent esse tres, nec plures, nec pauciores.*
2 *Si vnus scrutatorum deficiat, alter est eius loco subrogandus.*
3 *Scrutatores assumendi sunt ex illis qui sunt de collegio.*
4 *An possint eligi scrutatores ex illis qui solùm de consuetudine vocem habent in capitulo?*
5 *Contra decretum irritans non valet consuetudo.*
6 *Quando communis opinio Doctorum obligationem inducat?*
7 *Vbi incipiant substantialia formæ electionis per scrutinium tradita in c. quia propter de elect.*
8 *An vltra tres scrutatores de collegio possint assumi alij tres extra collegium nu. 10. & 14. cum seqq.*

Do-

9 *Doctoribus attestantibus de receptatione, seu de consuetudine non est credendum, quando ab aliis non probatur. nu. 12. Quid procedat solum in illis curijs, & foris, in quibus non sunt versati ipsi Doctores num. 13.*

11 *Non est relinquenda communis opinio quando est conformis litteræ textus.*

In interpretatione legis semper attenditur verborum significatio.

13 *consuetudo est quid facti, Et quod tunc fuit potest hodie non esse.*

14 *Vtile per inutile non debet vitiari.*

15 *Fallit quando aliquid inducitur pro forma.*

Forma est indiuidua.

Formæ sunt sicut numeri.

RESPONDEO eligendos esse tres scrutatores de collegio *c. quiapropter de elect.* In quibus verbis duo nobis substantialia innuuntur seruanda in electione per scrutinium. Primum est, vt Scrutatores sint tres, & non plures, nec pauciores. Secundum est vt dd. tres scrutatores sint de collegio. Et quouis horum duorum non seruato, electio est nulla ipso iure propter verba apposita *in d. c. quia propter aliàs electio facta non valeat*, vt vberrimè explicatum est *dub. 3. per totum.*

1 Quò igitur ad primum attinet, quòd scilicet debeant esse tres scrutatores, & non plures, nec pauciores, aliàs electio facta non valeat, est communis, & indubitata sententia Panor. *in d. c. quia propter num. 7.* Imol. *num. 4.* Bald. *num. 31.* Ioan. And. *num. 9. vers. assumantur.* Butr. *num. 22. vers. dicitur sextò.* Hostien. *num. 17. & 43.* dicit hoc tutius esse Card. *num. 3. q. 12.* Anchar. *col. 1. in fin.* Goffred. *in sum. tit. de elect. num. 7.* Hostien. *in sum. §. qualiter facienda vers. sed verba Conc.* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 23.* vbi de communi. Bertrand. *cons. 187. num. 4.* vbi quoque de communi, & quod ab hac opinione non sit recedendum in consulendo, neque in iudicando. Rebuff. *super concord. in tit. de regul. ad Prælat. nomin. faciend. §. ult. verb. formam vers.* vbi de communi. Franc. Marc. *q. 1201.* vbi pariter de communi Io. de Friburg. *in sum. tit. de elect. q. 7. col. 2. vers. assumantur.* Siluest. *in v. electio num. 12. vers. circa modum de communi.* Angel. *eod. tit. num. 26.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 20. vers. quod* Rosel. *in eod. tit. col. 5. vers. quot sunt formæ.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 14. q. 18.* Rodriq. *in sum. c. 7. de elect. col. 3.* vbi de communi. *c. 102.* Iodoch. Lorich. *in thesaur. vtriusque theologiæ verb. electio in forma prima.*

scrutinij, vt S. ministri ipsi eligent. Et ratio huius sententiæ est quod tres facilius conueniunt, & fideliùs negotium tractent Hostien. *in sum.* Biax. Butr. & Bertrand. *locis iam allegatis* & tandem in terminis Prælatorum Regularium hæc communis opinio fuit firmata in Rota *in Meten. monasterij Lunæ 5. Iulij 1621. coram R. P. D. Coccino Decano. & in Treueren. Abbatiæ*

2 *S. Maximini merc. 20. Nouembris. 1624. coram eodem.* Hinc si vnus, vel alter ex scrutatoribus deficiat ob mortem, vel aduersam valetudinem, alter loco eius erit subrogandus. Innoc. Ioan. And. & Panor. *in d. c. quiapropter* Biax. *vbi supra* Cuch. *instit. maior. lib. 4. de elect. num. 210.* & Rodriq. *tom. 2. q. 51. art. 3. in fin.*

3 Quò verò ad secundum substantiale spectat, quòd scilicet dd. tres scrutatores debeant esse de collegio eligentium, aliàs electio sit nulla, est pariter communis opinio. Panor. *in d. c. quiapropter num. 13. vers. quartum substantiale.* Imol. *num. 8.* vbi de communi Ioan. And. *num. 13.* Butr. *num. 22. vers. dicitur septimò.* Hostien. *num. 25. & 43.* Card. *num. 3. q. 12.* Compost. *num. 5. in fin. vers. de colleg.* Anchar. *col. 2. vers. circa hoc.* Goffred. *in sum. de elect. num. 7.* Hostien. *in sum. eod. tit. §. qualiter facienda col. 4. vers. de collegio.* Roman. *cons. 312. num. 12.* vbi de communi Rebuff. *vbi supra vers. merità requiritur* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 24.* Marc. *d. q. 1201. in fin.* Siluest. Angel. Io. de Friburg. Tabien. Rosell. Azor. Iodoch. Lorich. *vbi supra.* Et ratio huius dictæ est, quia præsumitur eos qui sunt de collegio fideliùs tractaturos electionem, nec est honestum, vt qui sunt extra collegium sciant conscientiam illorum de collegio Hostien. Imol. Biax. Rebuff. Cuch. *num. 198. in fin.* & Rota *vbi sup* & præsertim *in d. Meten. Monasterij* vbi subdidit Domini de mente Specul. *de elect. §. nunc num. 10.* Card. *in d. c. quiapro-*

4 *pter q. 12.* tutius esse vt dd. tres scrutatores eligantur ex illis electoribus qui de iure, & non de consuetudine solùm, vocem habent in capitulo.

5 Neque contra hæc duo substantialia valet allegari consuetudo, quia contra dispositionem irritantem decretum irritans non potest allegari consuetudo vt latè probatum est *dub. 3. num. 8.*

6 Quòd si dicatur hic non agi de consuetudine inducenda contra ius sed contra communem opinionem Doctorum. Respondeo hoc falsum esse quia agitur de consuetudine inducenda contra dispositionem *d. c. quiapropter.* & non contra communem opinionem DD. quod patet ex eo quia scrutatores debent

esse

esse tres, & de collegio eligentium iuxta dispositionē ipsius *c. quia propter*, iuxta quòd illud interpretātur communiter DD. Leges. n. humanæ admittunt doctrinalem interpretationem, quæ licèt per se non inducat obligationem, quia non habet potestatem inducendi legem Suar. *de legib. lib. 6. c. 1. num. 5.* tamen secus est dicendum quando communis opinio conuenit in interpretatione quia tunc facit humanam certitudinem, & inducit obligationem seruandi legem, & ducendi illam in praxi iuxta communē interpretationem Suar. *vbi supra vers. de hac igitur interpretatione* Rota *in d. Meten. §. neq; dicatur quod hic. & in d. Treueren. §. neq; prædictis resistit.*

7 Sed obijcies opinionem glos. *in d. c. quia propter verb. sanior in fin.* Vincentij Tancredi Abbat. antiq. *nu. 17.* Mandagot. *de elect. c. 23. verb. irritari.* afferentium substantialia formę *c. quia propter* non incipere à verbis illis *assumantur tres de collegio*; sed à verbis immediatè sequentibus *qui vota cunctorum secretè, & sigillatim diligenter exquirant &c.*

8 Item obijcies in Curia confirmatam fuisse electionem Abbatis Tullen. licet in ea fuissent electi sex scrutatores, tres de collegio, & tres extra collegium prout referunt Mandagot. & Boer *ibid. lit. S.* Menoch. *cons. 63. nu. 37.* Card. *in d. c. quia propter nu. 13. q. 12. vers. & iuxta Mandagotum.*

9 Et deniq; obijcies hanc opinionem contrariam esse in curia receptam ex testimonio Hostien. *in sum. de elect. §. qualiter facienda col. 4. vers. assumantur.* Goffred. *in sum. nume. 7.* Ioan. de Friburg. *in sum. tit. de elect. q. 7. colum. 2. vers. assumantur* Ioan. And. *vers. assumantur*, licèt postea & ipsi teneant opinionem quam ego sequor cum communi.

10 Respondeo ad primam obiectionem omnes ferè illos DD. tutantes opinionem contrariam moueri ex illa confirmatione electionis Abbatis Tullen. & idcircò nihil valet prima nec secunda obiectio, nam vt rectè

11 ait Rota *in d. Meten. & in d. Treueren.* illa electio potuit confirmari per Summum Pontificem ex gratia, non autem ex eo quòd Pontifex censuerit illam electionem validam; Item respondeo quoq; secundo ad primam obiectionem, non esse relinquendam communem licèt illi pauci DD. dissentiant, quia communis est conformis litterę textus ibi *assumantur tres de collegio* vt aduertunt omnes DD. quos pro nostra opinione supra citauimus: nam in interpretatione legis semper est attendenda verborum proprietas, id est verborum significatio *l. 1. §. si is qui nauem, ff. de exercit. act. l. prospexit. ff. qui & à quibus c. 2. §. sed neq; de transl. episc.* eleganter Suar. *de legib. lib. 6. c. 1. numer. 5.* & Rota *in d. Meten. §. neq; dicatur in fin.*

12 Ad tertiam obiectionem respondeo non probari illam opinionem esse in curia receptam, & ideò merito corruit obiectio, quia non est credendum DD. de receptatione attestantibus pro vt nec creditur de consuetudine fidem facienti Nauar. relatus & approbatus à Suar. *tom. 3. disp. 82. sect. 1. col. 3. post medium.* Rota *decis. 274. num. 5. coram Greg. XV.* & aliæ quam plurimę decisiones ibidem cumulatę per Beltraminum in additionibus, vbi & si addat id procedere solùm in illis curijs & foris in quibus non sunt versati dd. DD. attestantes; sed secus esse in illis in quibus sunt versati secundum distinctionem traditam à Surd. *cons. 74. num. 14.* post Gabriel. *de probat. concl. 4. num. 2.* Attamen *in d. Treueren. Abbatia* dicitur à Reuerendissimo Decano suo tempore semper Rotam reprobasse

13 opinionem illorum qui tenent credendum esse Doctori de consuetudine testanti, quando est versatus in illo foro. Et ratio est quia consuetudo est quid facti, & quod tunc fuit potest hodie non esse.

14 Sed dices ellò assumendi sint necessariò tres scrutatores de collegio hoc tamen non obstante, poterit defendi illam electionem Abbatis Tullen. iuridicè, & non ex gratia fuisse cōfirmatam per Sedem Apostolicam, quia cum interuenerint tres scrutatores de collegio prout postulat dispositio *d. cap. quia propter* non potuit vitiari electio, si alij tres extra collegium fuerint adhibiti quia vtile per inutile non vitiatur *c. vtile de reg. iur.*

15 Respondeo istam regulam iuris, *vtile scilicet per inutile viti vri*, habere locum in diuiduis. Rota *decis. 649. num. 4. p. 2. in recent.* fallere verò in indiuiduis, quia tunc vtile per inutile vitiatur. Rota *decis. 552. num. 10. & decis. 135. num. 9. p. 1. decis. 631. num. 7. p. 8. in recent.* Ł e per consequens vitiatur vtile per inutile, quando aliquid inducitur pro forma substantiali, prout est in casu nostro, vbi pro forma inductum est, vt tres scrutatores tantùm de collegio eligantur, vt probatum est supra. Consequentia patet, quia forma est indiuidua, formas namque dicimus esse sicut numeri, quia binarium additum ternario variat formam. Ergo tunc vtile per inutile vitiatur, quando aliquid inducitur pro forma. Dec. *cons. 532. num. 5.* Mandos *de communi reg. 27. q. 24. num. 10.* Matien. *in l. 1. tit. 4. lib. 5. glos. 4. num. 9.* Becc. *cons. 12. num. 30.*

Gg 3

Gutierez.*qq.can.lib.* 2.*cap.* 15.*num.* 114. Rota *decis* 471.*num.*9.*par.* 1. & in terminis electionis Roman.*cons.*66.*nu.* 2. *vsque ad fin.*

DVBIVM XXI.

Qui & quot eligendi sint Compromissarij in electione celebranda per Compromissum?

SVMMARIVM.

1 *Tot Compromissarij possunt eligi quot placent. Siuè sint de collegio, siuè non.*
2 *Possunt eligi à collegio per se vel per alium.*
3 *Compromissum absolutum non potest fieri aliquo de capitulo dissentiente.*
In re communi potior est condicio prohibentis.
4 *Compromissum limitatum potest fieri aliquo de capitulo dissentiente.*
5 *Captiosi oppositores non audiendi.*
6 *Potestas eligendi data Compromissarijs fauore ipsorum non potest reuocari etiam re integra.*
7 *Data verò fauore Ecclesiæ potest reuocari re integra.*
8 *In dubio non præsumitur gratia vel donatio.*
9 *Compromissarij in electione per compromissum limitatum possunt mutari quando iterandum est scrutinium.*
10 *Compromissum non potest reuocari etiam re integra à minori parte capituli.*
11 *Etiamsi aliqua infamia laborarent.*
12 *An laici possint assumi in Compromissarios?*

1 
LIGENDI sunt aliqui viri idonei: sic enim habet tex. *c. quia propter de elect. Vel saltem aliquibus viris idoneis committatur eligendi potestas, qui Ecclesiæ viduatæ prouideant, &c.* Vnde siuè ab vniuersitate compromittatur in vnum, vel duos, siue plures secundum numerum sibi gratum: hoc non refert *c. in causis vbi* Panor. *nu.* 2, *iuncto c. cum in iure, & c. cum dilectus vbi* Ant. à Butr. *num.* 2. *de elect.* Siuè sint de collegio, siuè non Glos. *in d. c. quia propter verb. viris*, Panorm. *in c. causam quæ vbi* quoq; Ant. à Butr. *num.* 3. *de elect.* per illum textum, & per *c. cum inter de elect.* & idem Ant. à Butr. post Imol. *num.* 9. *in c. quia propter num.* 36. *de elect.* Siluest. *tit. electio* 2. *q.* 15. *num.* 18. Biax. *in direct. elect. p.* 3. *c.* 17. Marc. *q.* 1206. *p.* 1. & aperte supponit Rota *in meten. Monasterij* 5. *Iulij*
2 1621. *coram R. P. D. Coccino Decano* §. *penult.* Immo addit Panorm. *in d. c. in causis num.* 2. cui nemo contradicit, posse capitulum eligere compromissarios non solùm immediatè, sed etiam mediatè, idest non solùm posse capitulum per se committere personis certis potestatem eligẽdi, sed etiam posse aliquos eligere per quos eligantur Compromissarij, qui habeant postmodum eligere vice capituli. Et hæc hucusque dicta videntur certa: Sed meritò vertitur in dubium. An possit compromitti electio aliquo de capitulo dissentiente?

3 Negatiuam sententiam nulla distinctione habita amplexati sunt Panorm. *in c. scriptum nu.* 3. *in c. VVitoniensis num.* 4. *in c. in causis num.* 3. *in c. quia propter* §. *vel saltem num.* 6. *de elect. & in c. constitutus num.* 6. *vbi* quoque Franch. *de appell.* Ant. à Butr. *in d. c. quia propter num.* 40. *de elect.* Biax. *in suo direct. elect. p.* 3. *c.* 20. *num.* 1. Felin. *in c. cum omnes num.* 18. *in fin. vers. decimo quartò fallit de constit.* Lambert. *de iur. patr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 17. Marc. *q.* 1206. *par.* 1. Siluest. *tit. electio* 2. *q.* 15. *in fin.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 36. & alij. Ratio horum Doctorum est quia tollitur vox ab electoribus, & præiudicatur cuilibet eorum singulariter ex translatione potestatis eligendi ab eis in compromissarios: Vnde in re communi potior est cõdicio prohibentis *c. in re iuncta glos. in fig. casus de reg. iur. in* 6.

4 At Lap. Gemin. & Franch. *in c. cum expediat de elect. in* 6. quos approbat Ioan. Bapt. Ferret. *in c. cum omnes num.* 41. *in fin. de const. in repet.* Rossell. Angel. *tit. electio nu.* 27. Tabien. *eod. tit.* 2. *num.* 3. & alij superiorem sententiam concedunt in compromisso simpliciter facto; sed negant in compromisso limitato, hoc est quando compromittitur in aliquos hac tamen limitatione, vt votis singulorum secretò perscrutatis eligant eum in quem maior pars capituli consenserit, vt fusius explicatum est *dub.* 2. *num.* 8. Tunc enim, aiunt hi DD. poterit per maiorem partem sic compromitti alijs contradicẽtibus, & ratio est, quia nemini fit præiudicium; nam quilibet retinet vocem suam, & quem vult, nominat: Et hanc limitationem censeo verã, nisi quis
5 opponeret aliquod rationabile ipsis promouendis in compromissarios, vt benè aduertit Panorm. *in d. c. in genesi nu.* 9. *in fin. de elect.* Ex quo manifestè apparet non obesse eos, qui irrationabiliter, modò huic, modò illi fratri in compromissarium promouendo opponunt. Secun-

SVMMARIVM.

1 *Triplici iure possunt habere vocem in electionibus Regulares.*

2 *Prouinciales, & Custodes non possunt renunciare voci actiuæ quæ, eis competit ex officio.*

Alids peccant mortaliter.

3 *Idem dic de Prælatis conuentualibus & Discretis.*

Clericus non potest renunciare illis, quæ concernunt priuilegium clericale.

4 *Quilibet priuatus potest renunciare voci suæ.*

5 *Nisi per hoc notabiliter eius fama consenesceret.*

6 *Vel Religio notabile detrimentum pateretur.*

7 *Renunciatio est stricti iuris, nec inducitur per verba vrbanitatis.*

8 *An qui renunciauit voci actiuæ possit eam reassumere?*

1 V i voce actiua gaudent in electionibus Religiosorum in triplici differentia se habent: Primò namq; nonnulli electionibus actiuè intersunt iure Regulari, vt sunt apud Minores S. Francisci Prouinciales, & Custodes in electione Ministri Generalis, qui ex vi Regulæ eumdem Generalem eligere tenentur.

Secundò alij ad electionem celebrandam actiuè conueniunt ex officio publico, vt sunt Guardiani Priores, Abbates, & Discreti in electionibus Capituli Prouincialis. Tertiò deniq; alij intersunt ratione iuris priuati, id est specialis fraternitatis vt sunt fratres in electione Discreti localis.

2 Modò qui regulari iure tenentur electioni accedere, non possunt voci suę renunciare & si renunciant mortale flagitium perpetrant. Prior pars huius assertionis ex eo maximè patet, quia statutis pro bono publico principaliter factis, renunciari non potest, vt latè probant Panor. *in c. in genesi nu. 10. de elect.* & Felin. *in c. si diligenti nu. 19. de for. compet.* Et latè Farinac. qui multos cumulat. *de carcer. & carcerat. q. 27. num. 84.* Posterior verò pars probatur ex regula *c. 8.* vbi habetur Ministros Prouinciales & Custodes teneri eligere Ministrum Generalem, et declarabitur *dub. 55.* Sed *in Clem. Exiui. de verb signif.* exponitur hoc verbum *teneantur* vim præceptiuam prę se ferre in Regula minorum. Ergo inobedientes grauiter peccant.

3 Qui verò ex officio ius actiuæ vocis habent ad electionem celebrandam, nequeunt illi renunciare, cum tale ius eis suffragetur non in fauorem proprium, sed in fauorem officij, sicuti non potest clericus renunciare illis, quæ concernunt priuilegium clericale, iuxtà notata *in d. c. si diligenti & c. significasti de for. compet. & in c. contingit. de sent. excom.* Felin. *vbi supra num. 17.* Rota *decis. 269. in fin. p. 2. in recent. & decis. 441. num. 8. coram Greg. XV.* Hinc dixit Decian. *cons. 19. num. 60.* relatus à Tusch. *lit. R. concl. 171. num. 11.* *Iuri Prælationis non posse quempiam renunciare, inconsulto eo, qui Prælationem concessit; & dignitatem.*

4 Qui deniq; specialis fraternitatis iure habet suffragium ferre in electionibus, potest huiusmodi iuri renunciare, quia quilibet potest renunciare fauori proprio *l. si quis in conscribendo C. de pact. c. cum accessissent de const. & c. ad Apostolicam. de reg.* Bald. *in l. cum omnes num. 24. de const.* Panorm. *in c. in genesi. nu. 10. de elect.* Felin. *vbi supra numer. 1.* Angel. *tit. electio num. 19.* Armil. *eod. tit. num. 20.* Tusch. *lit. R. concl. 170. per totam* Rota. *decis. 265. nu. 3. p. 1. in recent.*

5 Hæc vltima conclusio dupliciter est limitanda: primò vt non procedat, vbi ex tali renunciatione fama renunciantis non leue detrimentum pateretur: & hoc est certum apud
6 omnes. Secundò nisi illa renunciatio cadat in damnum Religionis vel prouinciæ siuè Monasterij, de cuius electione agitur, vt notat Panor. *in c. quia propter num. 4. de elect.* communiter receptus dicens *Ilis qui nolunt interesse, non debent compelli, nisi Ecclesiæ intersit, nam pro interesse Ecclesiæ poterunt compelli.* Tunc autem in detrimentum Religionis cedere diceretur talis renunciatio, vbi v. g. si fratres obseruantiæ Regularis cultores ab eligendo se abdicarent, potestas eligendi penes alios laxioris disciplinæ amatores, & sequaces remaneret, Vel si ex defectu illius vocis electio dirigenda esset in indignum, seu in dignum quidem; sed non in notabiliter digniorem, qui fuisset electus, si præfatus renuncians suffragium tulisset, & huiusmodi &c. Hinc Siluest. *tit. consensus q. 3. in fin. & tit. electio 1. q. 5. dict. 5.* *Et sic malè faciunt qui permittunt eligi indignos, vel insufficientes, renunciantes voci suæ, ne notentur, vel alio humano respectu: Et posset faciliter hic esse peccatum mortale. Grauitas verò, vel leuitas huius culpæ metienda est ex leniori, vel grauiori detrimento prædicto.*

Hanc conclusionem sic limitatam sustinent etiam Tabien. *tit. electio. 1. num. 12.* Rodriq; *tom. 2. q. 53. art. 10.* Manual *prælat. tom. 2. q. 23. art. 6. concl. 5.*

7 Vltimò circa hanc eamdem conclusionē aduertendum est, & alta mente reponēdum, curandum esse, vt huiusmodi renūciatio à renunciante fiat expresse, & in loco patenti, vel in scriptis per literas ad præcidendam viam innumerabilibus controuersijs, & litibus, quæ ex natura renunciationis possent oriri: ipsa enim est stricti iuris, & debet intelligi, vt quantò minus dicatur renunciatum, quatenus tamen verba patiuntur; ita vt minus renuncianti noceat, quàm sit possibile. Dec. *cons.* 379. *num.* 4. Socin. *sen. cons.* 33. *num.* 10. *lib.* 3. Burs. *cons.* 397. *num.* 44. Hond. *cons.* 29. *num.* 93. *& seqq. lib.* 1. Rota *decis.* 669. *in fin. & decis.* 782. *nu.* 4. *&* 5. *p.* 2. *in recent.* multos D. D. cumulans *& in Bonon. hæreditatis de Armis Luna* 12. *Decembris,* 1622. *coram R. P. D. obseruandissimo meo Merlino circa fin.* Nec renunciatio trahitur ad ea, quæ expressa, & significata non sunt, nisi adsint coniecturæ ad nodum vrgentes Rota *decis.* 471. *num.* 5. *p.* 1 *diuers. & decis.* 383. *num.* 3. *p.* 2. *in recent. & decis.* 43. *num.* 5. *coram Coccino;* Vnde in dubio non præsumitur quis renunciare iuri suo, & omnis interpretatio admittenda est, vt talis præsumptio excludatur. Bald. *in c. adhæc num.* 11. *de seq. poss. & fruct.* Dec. *cons.* 308. *num.* 8. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 36. *glos.* 2. *nu.* 59. *&* Rota *decis.* 636. *num.* 6. *p.* 1. *in recent.* Nec renunciatio inducitur per verba vrbanitatis vt dictum fuit in Rota *d. decis.* 636.

8 Sed forsan hic obiter rogabis: An qui renunciauit voci suæ possit eam reassumere? Respondet Bald. *in c. licet nu.* 8. *de elect.* affirmatiuè, quia licèt teneat renunciatio, tamē res reddit de facili ad naturam sui *c. ab exordio d.* 33. At hoc intelligendum existimo, quā diu Superior eam renunciationem non acceptauerit, per ea quę dicta sunt de voce passiua à glos. fin. Ioan. Andr. Archid. Gemin. Franch. & Anchar. *in c. licèt de procu. in* 6. quos sequuntur Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 32. *nu.* 2. & Moneta *de commut. vltim. volunt. c.* 8. *numer.* 84.

DVBIVM XVI.

In quo loco electio canonica sit habenda?

SVMMARIVM.

1 *Electio canonica est celebranda in loco consueto.*

Electiones clandestinæ reprobantur.

2 *Vbi sit celebranda electio, quando nulla subest consuetudo?*

3 *Quomodo dirimenda sit controuersia orta inter electores de loco electionis?*

4 *Electio habita in loco non consueto tenet.*

5 *Etiamsi esset interdictus.*

6 *Etiamsi esset electio Summi Pontificis.*

Locus non sanctificat hominem, nec est de substantia electionis.



1 IN loco consueto, dummodò non sit inhonestus, nec clandestinus, quia electiones, quæ fiunt in cubiculis per occulta conuenticula reprobantur *cap.* 2. *dist.* 79. *& cap. quia propter* §. *electiones* vbi glos. & Panorm. *num.* 2. *de elect.* Host. *in c. cum terra de elect. & in sum. tit. de elect. num.* 9. item Panor. *in c.* 1. *de cland. despons.* Anchar. *in c. puer. num.* 20. *vt eccl. benefic.* Innoc. *in c. cum inter canonicos num.* 2. *de elect.* Dec. *in cap. adhæc in beato num.* 4. *de postul. prælat.* Lambert. *de iur. patr. lib.* 2. *par.* 2. *q.* 2. *art.* 7. *num.* 1. Paul. *de Eleaz. in rubr. de elect. num.* 3. *in repet.* Angel. *tit. electio num.* 11. Siluest. *eod. tit.* 1. *q.* 8. Tabien. *eod. tit.* 2. *num.* 9. Manual. prælat. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 9. *&* tandem in hoc conueniunt omnes; sed discrepant in tribus.

2 Primò vbi sit celebranda electio, quando nulla subest consuetudo certi alicuius loci? Host. *vbi sup.* Anchar. *in d. c. cum terra.* Lambert. & Tabien. *vbi sup.* aiunt in quocumque loco, dummodò sit honestus. & Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 62. *num.* 13. concordat, nulla tamen honestatis loci mentione habita.

At Panorm. *in d. c. cum terra & c. quod sicut de elect.* à quo nec dissentire videtur idem Anchar. *ibid. & in c. quia propter de elect.* Dec. *vbi sup.* Tolos. *in tit. de elect. c.* 55. *num.* 2. Marc. *in pluribus, qq. p.* 2. *q.* 1. *cui* sequitur Marca *in suo digesto nouiss. tit. electio c.* 9. & alij sustinent esse celebrandam in Ecclesia, vt apertè habetur *in d. c. quod sicut de elect.* vel in choro, vel in capitulo illius loci, cui debet præesse Prælatus eligendus. Hæc posterior sententia mihi magis arridet extra causam; Ex causa verò priorem etiam approbo; & hoc propter verba *d. c. quod sicut, Præsertim cum iuxta constitutiones canonicas, si fieri potest in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari.* Eiusdem sententiæ est Rota *decis.* 3. *num.* 2. *tit. de elect. in nou.* allegans *c. in nomine domini dist.* 23. *cap. cum terra, & c. in causis de elect. c. qua fronte, & c. constitutus de appell.*

3 Sed quid si in nullo ex prædictis locis posset

fet haberi electio, & electores inter se dissentirent de loco, vbi nam esset habéda electio? Respondeo hanc cótrouersiam forte esse dirimendam, vel alijs similibus modis, de quibus per Bellamer. & alios *in cap. & temporis* 16. q. 1. Quamuis enim electio non sit celebranda per sortes, vt infra móstrabitur *dub.* 27. attamen aliud est dicendú de loco, prout multis allegatis benè annotauit Gratian. *discept. forens. c.* 655 *num.* 40. *in fin. &* 43.

4 Secundò discrepant An electio celebrata in loco non consueto teneat? Host. quem refert, & approbat Anchar. *in d. c. cum terra* negatiuam partem sustinent. At Panor. *ibid.* Dec. & Paul. *de Eleaz. vbi sup.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de electione num.* 23. affirmatiuam tutantur. Et egomet his libenter adhæreo, quia locus non est de substantia electionis, prout ipsemet Anchar. fatetur, nec locus sanctificat hominem *c. non loca dist.* 40. *Malè tamen faciunt* (subdit Panorm.) *Electores peruertendo consuetudinem.*

5 Tertiò discrepant an valeat electio in loco interdicto habita? Archid. *in d. c. in nomine dist.* 23. negatiuè respondet. At Hug. Vercell. quem refert, & sequitur Ioan. And. Bal. Ant. a Butr. Panor. & idem Anchar. *in cap.* 1. *num.* 8. *de postul. prælat.* Dec. *vbi sup.* Biax *in suo direct. elect. p.* 1. *cap.* 19. Tabien. Angel. Siluest. Manual. prælat. & communiter omnes contrarium asserunt: à qua communi opinione reuera non est recedendum, cum optimo fundamento nitatur. Electio enim non est Sacramentum sed quædam obligatio, seu contractus: sed per interdictum solùm suspenduntur diuina, & Ecclesiastica Sacramenta *c. fin. de sent. excom. in* 6. Ergo non suspenditur electio.

6 Nec obstat celebrationem electionis Summi Pontificis arceri à loco interdicto per *c. vbi periculum §. porrò de elect. in* 6. Nam illud est speciale in electione Papæ, vt omnes concedunt; Et dato etiam non esse speciale in electione Papæ, ibi non dicitur illa electio per hoc nulla, atque adeò iure optimo suum valorem non amittit, vt notant ibidem glos. Ioan. And. Panor. & Anchar. *vbi sup.*

DVBIVM XVII.

Quando sit celebranda electio?

S V M M A R I V M.

1 *Varium tempus est à iure statutum electionibus, secundum earum varios actus.*
2 *Religiosis non currit tempus à iure statutum super electiones.*
3 *Generi derogatur per speciem.*
4 *An sit valida constitutio Capuccinorum quæ corrigit ius commune circa tempus prouisionis Guardianorum?*
5 *An electio, & confirmatio possint celebrari diebus festis?*
In extraiudicialibus iuramentum etiam die festo interpositum, valet.
Contractus die festo facti tenent, licet fieri prohibeantur.

1 CIRCA hoc iura sanxerút multa vt v. g. statuerunt temporis terminum electionibus post obitum prædecessoris: Item statuerunt temporis spacium electoribus ad præsentandam electionem electo. Item constituerunt certos menses electo, intra quos præstet consensum electioni. Item determinarunt tale tempus ad effectum impetrandæ confirmationis eiusdem electionis & huiusmodi alia, &c. vt patet ex *c. bonæ* 2. *& ne pro defectu de elect. c. quam sit c. cupientes, & c. si compromissarius eod. tit. in* 6. *cum ibi notatis à DD.* At quia hæc omnia modificata sunt quò ad Regulares Mendicantes spectat, & qui eorum priuilegijs perfruuntur. Idcircò omitto breuitatis gratia explanationem eorum omnium, & eò magis, quo in sequenti parte huius tractatus ea à me dilucidanda sint, quæ de singulorum Prælatorum electionibus huc pertinere possent, iuxta Pontificum bullas, Constitutiones Ordinis præsertim minorum, & eiusdem consuetudines quibus determinantur circa tempora dictarum electionum.

2 Quòd autem hæc omnia modificata sint quò ad Regulares, patet. Tum quia id testantur Rodriq. *tom.* 2. *q.* 53. *art.* 13. & Manual. prælat. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 10. pro priuilegium relatum *in Compen. tit. electio num.* 4. quò Clemens IV. *statuit, seu concessit, quod in electionibus Generalis, & Prouincialium Ministrorum prædicti Ordinis Minorum fratribus, qui debent electionem huiusmodi celebrare, tempus super hoc à iure statutum non curreret, nec ipsi in hac parte iuris huiusmodi regulis coarctentur.* Et idem priuilegium concessit Greg. XI. Ordini Præ-

3 dicatorum in sua Bulla *virtute conspicuo* edita *anno* 1374. Tum verò inprimis, quia cum

a varijs Summis Pontificibus fuerit specifice præscriptum tempus, secūdum quod sunt dirigendę electiones cuiuscumque ferè Ordinis, vt apparet *in clem. exivi de verb. signif. in Bulla Pauli III. facta Religioni Capuccinorum & alibi, &c.* propterea hæ speciales Pontificiæ Constitutiones sunt Regularibus attendendæ, & non illæ generales, quia generi derogatur per speciem *cap. generi de reg. iur. in 6. vbi glos. & Dyn.*

4 Sed hic oritur dubium; An scilicet valida sit constitutio illa Religionis Capuccinorum quæ habetur in cap. 8. *Mancando, ò morendo alcun Guardiano meno di sei Mesi inanzi il Capitolo non si faccia altro Guardiano*, ratio dubitādi de valore huius cōstitutionis est, quia, cum nec in recitato priuilegio, nec in dicta clemētina nec in allegata Bulla Paul. III. nec in Bulla vnionis Leon. X. nec alibi quoad, videre potuerim, Summi Pontifices speciale tempus statuerint, quod illi Religioni attendendum sit in electione seu prouisione Guardianorum per consequens non est illi recedendum à dispositione iuris cōmunis, nam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis *l. commodissimè cum ibi not. ff. de lib. & post. num.* Rota *decis. 675. num. 2. p. 4. diuers.* sed prædicta constitutio de directo militat contra ius commune, quod *in c. ne pro defectu de elect. statuit vt vltra tres menses Cathedralis, vel Regularis Ecclesia Prælato non vacet, infra quos, iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur: is verò ad quem fuerit deuoluta potestas Deum præ oculis habens non differat vltra tres menses, &c.* Ergo prædicta constitutio videtur nulla; Consequentia patet quia nulla Religio valet statuta cōdere contra ius commune, alias nulla sunt, vti probabitur *dub. 108. num. 4. & seqq.*

Respondeo breuiter nullam Religionem posse statuere contra ius commune; verum esse; Sed quando vel ipsa statuta sunt confirmata in forma speciali à Sede Apostolica; vel ipsa Religio gaudet speciali priuilegio statuendi in aliquo casu contra ius commune, tunc ipsa sunt valida; vt ex præallegato dubio 108. patet. Vnde cum, licet Capuccinorum constitutiones non sint confirmatæ in forma speciali, adsit tamen priuilegium speciale conualidans prouisionem Guardiano, ut secundum statuta Ordinis contra ius commune factam, quod referetur in d. *dub. 108. num. 7.* per consequens cessat proposita difficultas: Sed est firmandum esse validam prædictam constitutionem.

5 Tandem ad huiusce dubij plenam solutionem videtur posse excitari dubiolum. An electiones possint celebrari diebus festis? Respondeo affirmatiuè, cum id nullibi prohibitum inueniatur. Hinc Statuta Sacri Ordinis Cartusiensis *p. 2. c. 2. nu. 41. fol. 14.* hæc habent, *Sciendum est autem quod quamuis electiones diebus festis Ecclesiæ, vel Ordinis licitè fieri valeant: assignationes tamen terminorum, quæ fiunt per Priores vocatos ad opponendum contra Electionis formam, & personam electi, debent cadere in diem non festiuam, & die feriali confirmatio ipsa fieri, cum sit actus iudicialis.* Et licet hic dicatur confirmationem esse habendam die feriali; attamen si habeatur etiā in die festo, profectò nō vitiabitur ipsa confirmatio; & ratio est, quia etiam si sit actus iudicialis confirmatio: tamen in foro iudiciali non seruatur iuris ordo à Regularibus, sicut à sæcularibus, vti probabitur infra *dub. 122. num. 6.* Maximè verò hoc fine vlla hæsitatione procedit, quando dicta confirmatio fit extraiudicialiter, quia & iuramentum, & contractus, & omnes actus extraiudiciales prohibentur celebrari die festo, *capit. cum contingat de iur. iuran. & cap. quamuis de pact. in 6.* & nihilominus facti tenent vt benè tutantur DD. approbati à Rota *decis. 1282. num. 4. & seqq. coram Card. Seraph.*

DVBIVM XVIII.

An electiones possint fieri nocte.

SVMMARIVM.

1 *Nox, & dies quando propriè incipiant.*
2 *Electiones in quibus seruatur* cap. quia propter de elect. *non possunt fieri nocte.*
3 *Secus verò dicendum si aliqua grauis necessitas vrgeat.*
4 *Vel non seruetur* d. cap. quia propter.
5 *Casus in quibus electiones Prouincialis Diffinitorum &c. possunt fieri nocte.*
6 *An prouisio Guardianorum possit celebrari nocte à Diffinitorio sine causa.*



1 PER noctē ad effectum de quo agimus, intelligimus tempus quod incipit post signatā Aue Maria quoad vsque videri potest lumine artificiali, & durat

vsque

vsque ad diem, idest vsque ad illud tempus, quo iam albescit, quia tunc propriè appellatur dies *c. consuluit. de offic. iud. del.* & hoc totum iuxta doctrinam Card. *in c. si perfodiens de homic.* Natta *conf. 469. ex tat decretum num. 6. vers. idem latius prosequitur* Selua *de benef. p. 3. q. 1. num. 5. vers. in contrarium facit.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num. 2. vers. vtus rei.* Ripa *de noct. temp. c. 3. num. 52.* & Nauar. *lib. 1. cons. 8. tit. de elect. in 2. edit.* quidquid astruant alij.

2 Sensu quæstionis sic explanato, respondeo primò electiones, in quibus obseruatur *c. quia propter de elect.* vetari celebrari nocte nulla per graui causa vrgente, quia ibi electiones clandestinæ reprobantur Panorm. *in c. 1. num. 18. vt eccl. benef. & in c. 1. num. 2. de clandest. despons.* Felin. *in c. consuluit. num. 20. de offic. & potest. iud. deleg.* quos sequuntur Selna *vbi sup. num. 4. vers. & illud* Tabien. *tit. electio. num. 8.* Nauar. *vbi sup.* Ripa *c. 98. num. 4.* Rodriq. *tom. 2. q. 52. art. 15.* Manual. prælat. *tom. 2. q. 23. art. 12.* asserentes communem idem attestare de actibus iudicialibus.

3 Respondeo secundò electiones prædictas posse celebrari de nocte, aliqua necessitate per graui vrgente: ita tamen vt adsint tria luminaria, ne in dandis, seu conscribendis suffragijs aliquod vitium contingat. Grauis causa v. g. erit, si per diem maior pars capituli concors non fuerit, & die sequenti sit peritura potestas eligendi, & ad Superiorem deuoluenda: tunc enim poterit finiri nocte. Hanc conclusionem sustinent Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu. 22.* Nauar. Rodriq. & Manual. prælat. *vbi supra* referentes communem canonistarum *in d. cap. quia propter*, & Panorm. Et pro hoc facit. *dict. cap. consuluit. de offic. iud. deleg.* quod benè comentatur Rota *decis. 131. num. 4. coram Greg. XV.*

4 Respondeo tertiò posse procedi nocte ad omnes electiones in quibus exequitioni non demandatur *d. cap. quia propter* etiamsi nulla intercedat necessitas; Hæc conclusio patet ex præcitatis DD. in superiori assertione, & Ripa *d. c. 98. num. 2.*

5 Ex dictis infertur posse in nocte celebrari electionem Prouincialis Minorum, si in die finiri non potuit, quia post terminum illi statutum à Clem. V. deuoluitur liberè ad Generalem, vt suo loco dicetur. Alias verò electiones Diffinitorum, & Custodum nullatenus autumo præferre sufficientem causam celebrandi in nocte, nisi fortè talem dixerimus ad euitandam nimis longam celebrationem Comitiorum, vt quando nimis in longum protraheretur multiplicatio scrutiniorum antequam electorum maior pars in aliquem consentiret. Et item sufficiens causa celebrandi electionem Discreti, est imminens celebratio Capituli Prouincialis, quæ non patitur in alterum diem differri.

6 Rodriq. & Manual. prælat. probant valere electiones quæ à Diffinitoribus noctu peraguntur in Diffinitorio ad eligendos Guardianos ex eo quòd in ipsis non sit attendenda forma *d. c. quia propter*. Sed eorum fundamentum plenè sublatum est *dub. 7. per totum* vbi latè firmauimus esse attendendum *d. c. quia propter* in prouisione Guardianorū. Et insuper *dub. 8. num. 8. vsque ad finem num. 10.* conclusum est esse obseruandum in eadem prouisione Concilium Tridentinum statuens vt in electionibus Superiorum Regularium, quò omnia sine vlla fraude fiant, procedatur per vota secreta: Vnde iure meritò contrariam sententiam tutatur Nauar. *vbi sup.* & clariùs Ripa *c. 99. in fin.* dicens electionem Guardianorum à Diffinitorio factam nocturno tempore sine lumine artificiali, vt explicatum est, non valere, & aduersari Tridentinæ Synodo *sess. 25. c. 6. de reg.* aut enim declaranda, & manifestāda erunt suffragia: aut fraudi facilimè locus erit, quorū vtrūq; sanctæ aduersatur Synodo. Et si aliquando tales electiones noctu celebrantur, non est ex eo quòd in eis non seruetur *d. c. quia propter* sed ob rationem supratactam de electionibus Diffinitorum, & Custodum, ad euitandam scilicet longiorem protractionem Capituli.

DVBIVM XIX.

An electionis celebrationem debeat præcedere oratio?

SVMMARIVM.

1 *Ante electionem Pastorum est orandum ex decreto Conc. Trid.*
2 *Expositio D. Greg. super ea verba* Vnges quem monstrauero tibi.
3 *Qua re Christus discipulos elegerit post orationem.*
4 *Ex iure speciali Missæ auditio, & sacra communio præcedunt electionem necessariò.*
5 *Secus verò dicendum de iure communi.*
6 *Potest tamen aliquando esse peccatum propter scandalum omittere talia.*
7 *Forma generalis absolutionis ad electionem.*

Conc.

1 ONC. Trid. *sess. 24. c. 1. de re-*
form. statuit, *vt cum primum*
Ecclesia vacauerit supplicationes
ac preces publicè, priuatimq; ha-
beantur, atq; à Capitulo per Ciui-
tatem, & diœcesim indicentur, quibus clerus, po-
pulusq; bonum à Deo Pastorem valeat impetra-
re. Quod & omnium ferè Religionum Con-
stitutiones confirmarunt. Et quidem sanctis-
simè factum est, quandoquidem, vt inquit
2 D. Greg. *lib. 1. reg. c. 16.* quærendi sunt idonei
Ecclesiæ Pastores; sed nisi Deus demonstret,
non inuenientur iuxta illud dictum Dei ad
Salomonem *Vnges quem mostrauero tibi.* Oran
dum ergo vt à Deo demonstrētur. *Quid* (sub-
dit tantus Doctor) *hortor Pastores quærere,*
cum nisi Deus occultos proferat, nequeant inue-
niri? Quid enim aliud est Vnges quem monstra
uero tibi? *Tamen sunt etiam quærendi, quia nisi*
3 *quæsiti diu, minimè demonstrantur.* Et licèt hæc
Diui Greg. procedant solùm in electione Pa-
storum & Prælatorum, vt inquit Tamē Theo
philatus in *Luc. 6.* post Orationem Christus
elegit discipulos, vt doceat etiam nos quan-
do quempiam in spirituale Ministerium su-
mus ordinaturi cum precibus hoc faciamus,
vt Deus reuelet quis idoneus sit.
4 Braz. *in suo direct. de elect. p. 1. c. 24. & p. 3. c.*
13. quem sequitur Rodriq; *tom. 2. q. 52. art. 1.*
tenet Missæ auditionem, & Sacram commu-
nionem necessariò præcedere electionem, &
allegat Conc. Basil. de quo dicit haberi *in pra*
gmat. tit. de elect. in §. & cum humana. At quid-
5 quid sit de his iuribus, quæ sunt specialia, li-
cèt id non aduerterit Rodriq; certum est de
iure communi prædicta non esse de substan-
tia electionis nec ex eorum omissione eam
vitiari *c. cum terra. vbi* Anchar. *nu. 3. & c. cum*
inter a. de elect. Panor. *in c. transmissam col. pe-*
nult. de elect. & in c. cum Ecclesia Sutrina vbi
quoq; Ant. à Butr. *num. 3. de can. poss. & prop.*
Tabien. *tit. electio. 1. num. 20. in fin.*
6 Benè verum est si omittantur, electores
culpa non vacare grauiori, vel leuiori pro
qualitate scandali indè insurgentis.
7 Tandem honestum ac vtile erit vt Præses
Capituli legitimato capitulo, ac alijs de mo
re solito habitis præmittat absolutionem ge-
neralem ad abundantem cautellam. Vnde
omnes genua flectentes recitato *Confiteor* stās
ipse poterit vti consimilium verborum for-
ma dicendo *Misereatur &c. Indulgentiam &c.*
Ego auctoritate mihi commissa, & vobis concessa
quatenus gratiæ, ac priuilegia Ordinis permittūt
absoluo vos ab omni vinculo excommunicationis
maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti,
& restituo vos sacrosanctis Sacramentis Eccle-
siæ, communioni, & vnitati fidelium. Item eadem
auctoritate. Ego dispenso vobiscum super omni
irregularitate, si quam contraxistis, & vos Ordi-
num, & Officiorum vestrorum ac omnium actuū
legitimorum executioni habiles reddo. Item ea-
dem auctoritate absoluo vos ab omnibus delictis,
& peccatis vestris, vt hic, & ante tribunal Do-
mini nostri Iesu Christi sitis absoluti, & omnes
congaudeamus in vita æterna. In nomine Patris
✠ & Filij ✠ & Spiritus sancti ✠ Amen.

CAPVT TERTIVM

De electione & potestate Scrutatorum, & Compromissariorum.

DVBIVM XX.

Qui, & quot Scrutatores eligendi sint in electione per Scrutinium?

SVMMARIVM.

1 *Scrutatores debent esse tres, nec plures, nec paunciores.*
2 *Si vnus scrutatorum deficiat, alter est eius loco subrogandus.*
3 *Scrutatores assumendi sunt ex illis qui sunt de collegio.*
4 *An possint eligi scrutatores ex illis qui solùm de consuetudine vocem habent in capitulo?*
5 *Contra decretum irritans non valet consuetudo.*
6 *Quando communis opinio Doctorum obligationem inducat?*
7 *Vbi incipiant substantialia formæ electionis per scrutinium tradita* in c. quia propter de elect.
8 *An vltra tres scrutatores de collegio possint assumi alij tres extra collegium nu. 10. & 14. cum seqq.*

Do-

9 *Doctoribus attestantibus de receptatione, seu de consuetudine non est credendum, quando ab aliis non probatur. num. 12. An id procedat solum in illis curijs, & foris, in quibus non sunt versati ipsi Doctores num. 13.*

11 *Non est relinquenda communis opinio quando est conformis litteræ textus.*

In interpretatione legis semper attenditur verborum significatio.

13 *Consuetudo est quid facti, Et quod tunc fuit potest hodie non esse.*

14 *Vtile per inutile non debet vitiari.*

15 *Fallit quando aliquid inducitur pro forma.*

Forma est indiuidua.

Formæ sunt sicut numeri.

RESPONDEO eligendos esse tres scrutatores de collegio *c. quiapropter de elect.* In quibus verbis duo nobis substantialia innuuntur seruanda in electione per scrutiniũ. Primum est vt Scrutatores sint tres, & non plures, nec pauciores. Secundum est vt dd. tres scrutatores sint de collegio. Et quouis horum duorum non seruato, electio est nulla ipso iure propter verba apposita *in d. c. quiapropter: aliàs electio facta non valeat*, vt vberrimè explicatum est *dub. 7. per totum.*

1 Quò igitur ad primum attinet; quòd scilicet debeant esse tres scrutatores. & non plures, nec pauciores, aliàs electio facta non valeat, est communis, & indubitata sententia Panor. *in d. c. quia propter num. 7.* Imol. *num. 4.* Bald. *num. 31.* Ioan. And. *num. 9. vers. assumantur.* Butr. *num. 22. vers. dicitur sextò.* Hostien. *num. 17. & 43.* dicit hoc tutius esse. Card. *num. 3. q. 12.* Anchar. *col. 1. in fin.* Goffred. *in sum. tit. de elect. num. 7.* Hostien. *in sum. §. qualiter facienda vers. sed verba* Conc. Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 23.* vbi de communi. Bertrand. *cons. 187. num. 1.* vbi quoq; de communi, & quod ab hac opinione non sit recedendum in consulendo, neq; in iudicando. Rebuff. *super concord. in tit. de regul. ad Prælat. nomin. faciend. §. alio verbo formam vers.* vbi de communi. Franc. Marc. *q. 1201.* vbi pariter de cõmuni Io. de Friburg. *in sum. tit. de elect. q. 7. col. 2. vers. assumantur.* Siluest. *in v. electio num. 12. vers.* seruandum de communi. Angel. *eod. tit. num. 26.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 20. vers. 2. quod* Rosell. *eod. tit. col. 5. vers. quot sunt formæ.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 14. q. 11.* Rodriq. *in sum. tom. de elect. col. 3.* vbi de communi. *cons. c. 102.* Iodoch. Lorich. *in thesaur. vtriusq; theologia verb. electio in forma prima* scrutinij. vt f. nemo sibi ipsi eligitur. Et ratio huius sententiæ est quod tres facilius conueniunt, & fideliùs negotium tractent Hostien. *in sum.* Biax. Butr. & Bertrand. *locis iam allegatis* & tandem in terminis Prælatorum Regularium hæc communis opinio fuit firmata in Rota *in Meten. monasterij Lunæ 5. Iulij 1621. coram R. P. D. Coccino Decano. & in Treueren. Abbatiæ*

2 *S. Maximini merc. 20. Nouembris. 1624. coram eodem.* Hinc si vnus, vel alter ex scrutatoribus deficiat ob mortem, vel aduersam valetudinem, alter loco eius erit subrogandus. Innoc. Ioan. And. & Panor. *in d. c. quiapropter* Biax. *vbi supra* Cuch. *instit. maior. lib. 4. de elect. num. 210.* & Rodriq. *tom. 2. q. 51. art. 3. in fin.*

3 Quò verò ad secundum substantiale spectat. quòd scilicet dd. tres scrutatores debeant esse de collegio eligentium, aliàs electio sit nulla, est pariter communis opinio. Panor. *in d. c. quiapropter num. 13. vers. quartum substantiale.* Imol. *num. 8. vbi* de communi Ioan. And. *num. 11.* Butr. *num. 22. vers. dicitur septimò.* Hostien. *num. 25. & 43.* Card. *num. 3. q. 12.* Compost. *num. 5. in fin. vers. de colleg.* Anchar. *col. 2. vers. circa hoc.* Goffred. *in sum. de elect. num. 7.* Hostien. *in sum. eod. tit. §. qualiter facienda col. 4. vers. de collegio.* Roman. *cons. 312. num. 12. vbi* de communi Rebuff. *vbi supra vers. quartò requiritur* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 24.* Marc. *d. q. 1201. in fin.* Siluest. Angel. Io. de Friburg. Tabien. Rosell. Azor. Iodoch. Lorich. *vbi supra.* Et ratio huius dictu est, quia præsumitur eos qui sunt de collegio fideliùs tractaturos electionem, nec est honestum, vt qui sunt extra collegium sciant conscientiam illorum de collegio Hostien. Imol. Biax. Rebuff. Cuch. *num. 198. in fin.* & Rota *vbi sup* & præsertim *in d. Meten. Monasterij* vbi subdidit Domini de mente Specul. *de elect. §. primo num. 12.* Card. *in d. c. quiapro-*

4 *pter q. 12.* tutius esse vt dd. tres scrutatores eligantur ex illis electoribus qui de iure, & non de consuetudine solùm, vocem habent in capitulo.

5 Neq; contra hæc duo substantialia valet allegari consuetudo, quia contra dispositionem continentem decretum irritans non potest allegari cõsuetudo vt latè probatum est *dub. 3. num. 9.*

6 Quòd si dicatur hic non agi de consuetudine inducenda contra iura sed contra communem opinionem Doctorum? Respondeo hoc falsum esse nam agitur de consuetudine inducenda contra dispositionem *d. c. quiapropter.* & non contra communem opinionem DD. quod patet ex eo quia scrutatores debẽt

esse

Gutierez.*qq.can.lib.2.cap.*15.*num.*114.Rota *decis* 471.*num.9.par.*1.& in terminis electionis Roman.*cons.66.nu.* 2. *vsque ad fin.*

DVBIVM XXI.

Qui & quot eligendi sint Compromissarij in electione celebranda per Compromissum?

SVMMARIVM.

1 *Tot Compromissarij possunt eligi quot placent.*
Siuè sint de collegio, siuè non.
2 *Possunt eligi à collegio per se vel per alium.*
3 *Compromissum absolutum non potest fieri aliquo de capitulo dissentiente.*
In re communi potior est condicio prohibentis.
4 *Compromissum limitatum potest fieri aliquo de capitulo dissentiente.*
5 *Captiosi oppositores non audiendi.*
6 *Potestas eligendi data Compromissarijs fauore ipsorum non potest reuocari etiam re integra.*
7 *Data verò fauore Ecclesiæ potest reuocari re integra.*
8 *In dubio non præsumitur gratia vel donatio.*
9 *Compromissarij in electione per compromissum limitatum possunt mutari quando iterandum est scrutinium.*
10 *Compromissum non potest reuocari etiam re integra à minori parte capituli.*
11 *Etiamsi aliqua infamia laborarent.*
12 *An laici possint assumi in Compromissarios?*



1 LIGENDI sunt aliqui viri idonei: sic enim habet tex. *c. quia propter de elect. Vel saltem aliquibus viris idoneis committatur eligendi potestas, qui Ecclesiæ viduatæ provideant, &c.* Vnde siuè ab vniuersitate compromittatur in vnum, vel duos, siue plures secundum numerum sibi gratum: hoc non refert *c. in causis vbi* Panor. *nu.2. iuncto c. cum in iure, & c. cum dilectus vbi* Ant à Butr.*num.2.de elect.* Siuè sint de collegio, siuè non Glos.*in d.c.quia propter verb. viris.* Panorm.*in c. causam quæ vbi* quoq; Ant. à Butr.*num.3.de elect.* per illum textum, & per *c.cum inter de elect.* & idem Ant. à Butr. post Imol.*num.9.in c.quia propter num.36.de elect.* Siluest.*tit.electio* 2.*q.*15.*num.* 18. Biax.*in direct.elect.p.3.c.17.* Marc. q.1206.*p.*1. & aperte supponit Rota *in meten. Monasterij* 5. *Iulij*
2 1621.*coram R. P. D. Coccino Decano* §.*penult.*
Immo addit Panorm.*in d. c. in causis num.* 2.
cui nemo contradicit, posse capitulum eligere compromissarios non solùm immediatè, sed etiam mediatè, idest non solùm posse capitulum per se committere personis certis potestatem eligêdi, sed etiam posse aliquos eligere per quos eligantur Compromissarij, qui habeant postmodum eligere vice capituli. Et hæc hucusque dicta videntur certa. Sed meritò vertitur in dubium. An possit compromitti electio aliquo de capitulo dissentiente?

3 Negatiuam sententiam nulla distinctione habita amplexati sunt Panorm. *in c. scriptum nu.3.in c. VVitoniensis num.4.in c.in causis num.3.in c.quia propter §. vel saltem num.6. de elect. & in c. constitutus num.6. vbi* quoquè Franch.*de appell.* Ant. à Butr. *in d. c. quia propter num. 40. de elect.* Biax. *in suo direct. elect. p.3.c.20.num.*1.Felin. *in c.cum omnes num.18. in fin. vers.decimo quartò fallit de constit.* Lambert.*de iur.patr.lib.2.p.2.q.2.art.* 17. Marc. *q.* 1206.*par.* 1. Siluest. *tit. electio* 2. *q.* 15. *in fin.* Cuch.*instit.maior.lib.4.tit.de elect.num.36.* & alij. Ratio horum Doctorum est quia tollitur vox ab electoribus, & præiudicatur cuilibet eorum singulariter ex translatione potestatis eligendi ab eis in compromissarios: Vnde in re communi potior est cõdicio prohibentis *c. in re iuncta glos. in fig. casus de reg. iur. in 6.*

4 At Lap. Gemin. & Franch. *in c. cum expediat de elect. in 6.* quos approbat Ioan. Bapt. Ferret.*in c.cum omnes num.41. in fin.de const.in repet.*Rossell.Angel.*tit.electio nu.* 17. Tabien. *eod. tit.* 2. *num.* 3. & alij superiorem sententiam concedunt in compromisso simpliciter facto; sed negant in compromisso limitato, hoc est quando compromittitur in aliquos hac tamen limitatione, vt votis singulorum secretò perscrutatis eligant eum in quem maior pars capituli consenserit, vt fusius explicatum est *dub.* 2.*num.*8. Tunc enim, aiunt hi DD. poterit per maiorem partem sic compromitti alijs contradicẽtibus, & ratio est, quia nemini fit præiudicium; nam quilibet retinet vocem suam, & quem vult, nominat: Et hanc limitationem censeo verã, nisi quis
5 opponeret aliquod rationabile ipsis promouendis in compromissarios, vt benè aduertit Panorm.*in d.c.in genesi nu.9. in fin. de elect.* Ex quo manifestè appàret non obesse eos, qui irrationabiliter, modò huic, modò illi fratri in compromissarium promouendo opponunt.

Secun-

6 Secūdò dubitatur an potestas data Compromissarijs posſit reuocari?

Gloſ. *in d. c. in cauſis verb. cum res non eſſet integra de elect.* concludit poteſtatem datam Compromiſſarijs etiam re integra exiſtente non poſſe reuocari. Ratio eius eſt quia huiuſmodi poteſtas non eſt purum mandatum; ſed potius quædam donatio, ſeu gratioſa conceſſio iſtis Compromiſſarijs facta.

7 Hoſtien. *in c. in cauſis* vbi quoq; Vincent. & Goffred. *& in c. cauſam de elect.* aſſerunt re non integra non poſſe reuocari præfatam poteſtatem Compromiſſarijs factam; ſed ſolum re integra. Hanc òpinionem admittunt Ioan. And. *in d. c. in cauſis* & communiter DD. teſte Panorm: *ibid. num.* 11. Biax. *vbi ſupra c.* 19. *nu.* 2. Silueſt. *tit. elect.* 2. *q.* 12. Cuch. *inſtit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 37. Mirand. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 34. *concl.* 3. quando expreſsè non conſtaret huiuſmodi poteſtatem factam eſſe Compromiſſarijs à Capitulo gratia ipſorum Compromiſſariorum, vt ſcilicet eos honoraret in actu eligendi, tunc enim approbant opinionem gloſſę ob rationem ibi factam, & adducunt *c. conſtitutus de conceſſ. praben.* At quando expreſsè non conſtat, & etiam quando dubitatur, an hæc poteſtas data ſit fauore ipſorum Compromiſſariorum, an fauore Eccleſiæ vt ſcilicet faciliùs fortè prouideretur Eccleſiæ per Compromiſſarios, tunc inquam, & ipſi tutantur re ſolùm integra, (ideſt quando iam non eſt proceſſum ad ſubſtantialia negotij licèt ſit proceſſum ad ſolemnitates) poſſe reuocari huiuſmodi poteſtatem: Secus verò re non integra, ideſt quando iam proceſſum eſt ad ſubſtantialia negotij: & in hoc caſu dicunt procedere *c. in cauſis* & videtur quoq; de mente Innoc. *in d. c. conſtitutus de conceſſ. præbend.* Ratio eſt quia ipſi Compromiſſarij ſunt nudi Miniſtri, & executores deputati.

8 Dixi etiam quando dubitatur an ſit facta fauore Compromiſſariorum dicta poteſtas, re ſolùm integra poſſe reuocari huiuſmodi poteſtatem &c. quia tunc gratia, vel donatio non eſt præſumenda *l. cum de indebito. ff. de præbon. in fin.* & not. gloſ. *in l. cum quid ff. ſi cer. pet. quam ma.* vbi quòd ſi dico vni Tolle hanc pecuniam, non præſumitur donatio, ſed potius mutuum, vel depoſitum, quia nemo præſumitur iactare ſuum vt *in c. ſuper eo. de regul. & d. l. cum de indebito.* & facit quod dictum eſt de renunciatione *dub.* 15. *num.* 7.

9 Hinc infertur Compromiſſarios in electione per compromiſſum limitatum poſſe mutari quando aliud ſcrutinium eſt iterandum: tunc enim in rei veritate cenſetur eſſe res integra: Nec minus id aduerſatur Sanctæ Synodo Tridentinæ *ſeſſ.* 25. *c.* 6. *de regul.* diſtrictè præcipienti vt nomina eligentium nunquam publicentur, vt explicabo *dub.* 31. nam dico ſuffragia data in vno Serutinio poſſe variari in altero, ſicuti ſuo loco dicemus. Et ideo non eſt inferendum vota eligentium vtriſq; Compromiſſarijs eſſe nota ſi mutentur in iteratione ſcrutiniorum.

10 Hanc ſolutionem huiuſce difficultatis ſic explicatam amplia, vt nec etiam compromiſſum factum poſſit reuocari re integra ab vno de capitulo, vel à minori parte eiuſdem capituli, quia ex quo compromiſſum ſemel tenuit oportet vt maior pars concurrat in reuocatione arg. *in c.* 1. *de his quæ ſi. à maι. p. cap. & l. quod maiori. ff ad muni.* Ita aduerſus Innoc. & Compoſtell. tenet Panorm. *in d. c. in cauſis num.* 16. vbi additio *lit. D.* pro hac opinione citat Roman. *conſ.* 352. *col.* 3. *verſ. quoad tertium.* Oldrad. *conſ.* 120. Felin. *in c.* 1. *col.* 1. *verſ. quæ ſit verior. de maior. & obed. &* Mandagot. *in ſuo tract. de elect. p.* 1. *c.* 49. vbi aliquid, *& latius in gloſ.*

11 Et hoc totum procedit quamuis ipſi Compromiſſarij aliqua infamia meri facti laborarent, cum electio alioqui ritè, & rectè facta per hoc non vitietur vt firmabitur *dub.* 86. *num.* 9.

12 Tandem hìc eſſet decidenda illa quæſtio an Compromiſſarij debeant eſſe Clerici, & non laici. in qua quidem quæſtione multi affirmatiuè ſenſerunt per *c. contingit. de arbitr.* At tu vide *dub.* 90. per totum & ex ibi dict. cum proportione ſolue hanc difficultatem.

DVBIVM XXII.

Quomodo ſint diſquirenda vota eligentium à Compromiſſarijs & à ſcrutatoribus?

SVMMARIVM.

1 *Quæ obſeruanda ſint à Compromiſſarijs in electione per Compromiſſum limitatum?*

2 *Honeſtum eſt Præſidentem Capituli exigere fidelitatem à Scrutatoribus per iuramentum vel per præceptum Sanctæ Obedientiæ.*

3 *Qualis locus ſcrutatorum?*

4 *Subſtantiale eſt vt ſcrutatores ſcrutentur per ſe, & non per alium.*

Aliud eſt facere, aliud aſſidere.

Aliud eſt facere, & aliud eſſe præſentem actui partium explicato.

An ſit

5 *An sit substantiale vt scrutatores scrutentur adhibitis quibusdam adhortatorijs verbis?*

6 *Quando est vtile, & quando necessarium vt scrutatores prius se ipsos scrutentur.*

Scrutatores possunt etiam considerari vt electores.

7 *Vbi suffragatur viua voce non est scrutandus dignior collegij priusquam scrutatores se ipsos scrutentur contra Cuchum, & Rodriquez.*

8 *Forma qua scrutari debent seipsos scrutatores quando proceditur viua voce.*

9 *Si forma non seruetur in vnico tantùm voto, electio corruit in totum.*

10 *Reprobantur opinantes eligendum esse scrutatorem quartum, qui vna cum Tabellione scrutetur scrutatorem tertium.*

11 *Quare in scrutandis suis votis scrutatores semper duo scrutentur tertium?*

In causa graui assumendi sunt duo testes in examinatione cuiuslibet testis.

12 *Consuetudo contra decretũ irritans non valet.*

13 *Substantiale est electionis vt vota in scriptis redigantur.*

14 *Refelluntur aliter sentientes.*

15 *Forma statuti non potest adimpleri per æquipollens quando in ea adest decretum irritãs.*

16 *Vota redigenda sunt in scriptis per aliquem ex scrutatoribus, & non per tabellionem.*

17 *Creditur scripturæ & scrutatoribus in officio eis delato.*

1 TRAMQVE quæstionem iure optimo in præsenti instituo, nempè de scrutatoribus, & de Compromissarijs, cum, vt *dub.* 2. *in fin.* dixi, quæcumque obseruanda sunt à scrutatoribus in electione per scrutinium, eadem quoque obseruanda sunt à compromissarijs in electione per compromissum limitatum.

2 Scrutatores igitur primò, vel Compromissarij præfati non prius scrutari incipient, quàm iureiurando, vel formali Sanctæ Obedientiæ præcepto adstricti fuerint à Præside Capituli, vt electionis negocium fideliter, & canonicè explicent. Biax. *in direct. elect. p. 3. c.* 24. & Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num.* 204. Si tamen huiusmodi solemnitas omitteretur, non viciaretur electio de iure communi, vt benè aduertit Panor. *in c. in causis num.* 2. *in fin. de elect.* & eò magis quò scrutatores ipsi, vel Compromissarij ad hoc deuinciuntur ex natura rei.

3 Secundò prædicti scrutatores, vel Compromissarij in loco patenti de more existentes, qui licèt videri, non tamen audiri possint Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 25. num.* 2. & Miraod. *tom. 2. q. 23. art. 16. concl. vnic.* secretò, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirent, vt expressè cauetur *in c. quia propter de elect.* vbi per illud verbum *exquirant* apertè nobis innuitur esse substantiale, vt ipsi per se, & proprio ore, & non per alios exquirant, etiam si ipsi assiderent. Rota *in Treueren. Abbatia S. Maximini* 20. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D. Coccino Decano §. tertiò principaliter.* Aliud enim est facere, aliud assidere *l. 1. ff. de offic. Assess.* & aliud est facere, & aliud est esse præsentem actui partium explicato Bart. *in l. omnium num.* 8. *per illum textum, & ibi* Bald. *num.* 9. Alex. *num.* 9. *in l. modestinus num.* 3. *ff. de donat.* Bald. *in l. illud sub num.* 4. *C. de sacr. san. eccl.* Addunt multi vt exquirant adhibitis quibusdam verbis adhortatorijs, Marc. *q.* 1202. *p.* 1. quem sequitur Marta *in suo digesto nouiss. tit. electio. c.* 20. At hæc non possunt dici de substantia, prout de substantia est vt ipsi exquirant, sicuti explicatum est specul. *de elect. §. 1. num.* 17. quem approbat Berrach. *de Episcop. lib. 2. p. 1. num.* 2. Ant. à Butr. *in d. c. quia propter num.* 25. Panorm. *num. 5. vers. not.* 3. Hostien. *num.* 30. Innoc. *num.* 6. & Rota *vbi sup.*

6 Tertiò scrutatores, & etiam Compromissarij si sunt de collegio se ipsos scrutari incipient: satiusque erit si Præses capituli id in principio exprimat eis. Et quòd prius se ipsos scrutentur, aiunt, esse vtile Ioan. And. Innoc. & Panorm. *in d. c. quia propter num.* 9. *vers. quartò quæritur de elect.* Fabien. *tit. electio* 1. *num.* 21. Siluest. *eod. tit.* 2. *q. 4. num.* 7. Et hoc existimo verum vbi suffragia feruntur per schedulas secretas obsignatas. At vbi suffragatur viua voce, non solùm censeo vtile, sed omninò necessarium vt prius se ipsos scrutentur sicuti innuit Rota *decis. 6. tit. de elect. in antiq.* Ratio, quam adducunt, est, quia cum aliorum vota essent eis nota posset electio dependere ab eorum potestate, cum enim essent conscij aliarum sententiarum, ex illis possent suas sumere, & informare. Ita omnes proximè præcitati DD. quibus adde Hostien. *in sum. tit. de elect. §. qualiter facienda col.* 4. *circa med.* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 26. num.* 6. Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu.* 208. & Rodriq. *tom. 1. q. 91. art. 3. ad fin.* Et licèt hæc ratio videatur concludere solùm esse vtile, vt scrutatores prius seipsos scrutentur, in electionibus, in quibus proceditur viua voce: Modò tamen post Conc. Tridentinum *sess. 25. c. 6. de regul.* necessariò concludit il-

lam electionem eſſe nullam in qua ſcrutatores, vel Compromiſſarij qui ſunt de capitulo prius, ſe ipſos non ſcrutantur quãdo ſuffragatur ſecretò, & viua voce. Quod patet nam huiuſmodi Miniſtri conſiderandi ſunt dupliciter, vt electores ſcilicet, & vt ſcrutatores, vel Compromiſſarij ſunt. Quæ diſtinctio videtur haberi ex *d. cap. quia propter* ibi *vota cunctorum diligenter exquirant* ac proindè etiam ſui ipſorum Rota *in d. Treueren. §. ſecundò principaliter*. Si vt electores conſideramus (quod fit antequam ipſi ſua ſuffragia tulerint) tunc dico ipſis non poſſe eſſe notum votum alterius electoris in ipſo actu ſcrutinij, nec ipſi poſſunt manifeſtare ſuum item ſuffragium alteri electori in ipſo actu ſcrutinij, aliàs electio eſt nulla ipſo iure, quod ex eo maximè illuſtratur quia electio ſic celebrata non cenſetur ſecreta iuxtà Concilium Tridentinum vbi ſupra in quo eſt appoſitum decretum irritans *aliter electio facta non valeat* prout latè probabo *dub. 31. num. 3.* Si verò conſideramus eos vt ſcrutatores, ſiue vt Compromiſſarij ſunt (quod fit cum iam ipſi ſemetipſos ſcrutati ſunt) tunc quidem electio dicitur ſecreta iuxtà terminos *cap. quia propter* & Conc. Trident. ſi eis ſint nota vota aliorum poſtquam per prius ipſi ſunt ſuffragati vti probabitur *dub. 27. num. 9.* Ergo ſi prius ſe non ſcrutentur, antequam vota aliorum de capitulo exquirant, electio eſt nulla
7 ipſo iure. Ergo non benè philoſophatus eſt Cuch. *vbi ſupra num.* 208. dum hæc ſcripſit. *In primis tamen ſe ipſos inuicem ſcrutabuntur antequam ex collegio vllum excepto eo qui cæteris omnib. dignior eſt, ſcrutari incipiant, nè aliarum ſententiarum conſcij ex illis ſuas ſumant, & informent*, & multò incautius eum ſequendo Rodriq *vbi ſup. d. art. 3.* eius verba reſcripſit: debebat namque ponderare illam exceptionem, *Ex. epto eo qui cæteris omnibus dignior eſt*: Si enim hoc votum eſſet notum ſcrutatoribus antequam ipſi ſua ſuffragia tuliſſent, ideſt quando etiam electoris perſonam repræſentant, eſſet nulla ipſo iure per ſupradicta, cum ſufficiat vt in vno ſolo voto non ſeruetur forma ad effectum eam annullandi vt in præcitato *dub. 31.* probabitur.

Et ex his quoque dictis infertur formam
8 ſcrutandi ſe ipſos à ſcrutatoribus, & à Compromiſſarij, vbi & ipſi erunt de collegio, adhibendam in electionibus, in quibus proceditur viua voce iuxtà diſpoſitionem *c. quia propter*, & Conc. Trident. eſſe vt nemini eorũ antequam ſuum ſuffragium depoſuerit ſit notum ſuffragium ſocij, ne eius conſcius poſſit ſuum ſumere, & informare, aliàs electio eſt nulla vt dictum eſt, &c. Et cum hoc quoque debet ſtare ſecundum formam *d. c. quia propter* vt ſemper duo ſcrutentur tertiũ, ideſt vt vnum quodque votum ipſorum ſit exquiſitum à duobus alijs ſcrutatoribus, aliàs electio eſt nulla Hoſtien. *in d. cap. quia propter num. 3. verb. cunctorum*, & Rota *in d. Treueren. § ſecundò principaliter*. Vnde nulla alia videtur poſſe excogitari forma ſcrutãdi ſeipſos, qua vtrumque ſubſtãtiale ſeruetur, niſi hæc, videlicet, vt primus ſcrutatorum ita ſecretò, vt nec ab alijs duobus videri poſsit, ſcribat nomen eius quem eligit: Poſtea ſecundus ſecretò, & ipſe quoque ſcribat vt à nemine videri poſsit in ſchedulam ſeparatam nomẽ eius quem eligit, quam ſchedulam clauſam, apponet ipſis alijs duobus ſcrutatoribus, nempè primo, & tertio. Deinde ipſe ſecundus cum primo exquirent votum tertij ſecretò vt nemo alius audire poſsit, quo voto diſquiſito, & in ſcriptis redacto, ſecũdus, & tertius aſpicient cui nam aſcripſerit ſuum ſuffragium Primus: Et vltimò primus, & tertius aperient ſchedulam ſecundi, & in ſcriptis redigent eius votum: Et hanc formam
9 diligenter nota, quia ſi in vnico tantùm voto non ſeruetur, electio eſt nulla vt firmarunt Domini de Rota *vbi ſupra* per rationem dictam *dub. 3. nu. 8* & dicendam *dub. 31. nu. 5.*

10 Neque obſtant nonnulli opinantes eligendum eſſe quartum ſcrutatorem, qui vna cum notario ſcrutetur ſcrutatorem tertium, quia communiter ſeruatur vt duo ex eis ſcrutentur tertium Panorm *in c. c. quia propter num. 9 verſ. quartò quæritur* Innoc. in *verb. cunctorum num. 6.* Hoſtien. *num. 43. verſ. ſed quis inquirit.* Io. an. And. *num. 18.* Ant. à Butr. *num.* 26. Compoſtell. *num. 6.* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 26. num. 8.* Koſell. *tit. electio 1. col. 5. verſ. quot ſunt*. Marc. *q.* 1200. *p. 1. relatus à* Marta *in ſuo digeſt. nouiſſ. tit. electio cap.* 20. Mirand. *tom. 2. q. 23. art. 29. §. ſeptimo ſubſtantiale eſt*, & Rota & *vbi ſup.* quæ communis opinio eò magis abſque vlla hæſitatione modò tenenda eſt poſt Concilium Tridentinum per quod prohibitum eſt vltra ſcrutatores adhibere alios in teſtes, vti probabitur *dub. 31. num. 5.*

Ratio verò ob quam duo ſemper debeant
11 ſcrutari tertium, vt explicatum eſt, eam eſſe exiſtimo, quia ſicuti quando in aliquo caſu, in quo reperiretur ita inhabilis ille ſcrutator, vt eſſet excludendum eius votum, nõ eſſet credendum ipſi ſuffraganti, nec etiam poſſet plena fides adhiberi alijs ſcrutatoribus ſi fuiſſent ſingulares in ſcrutando voto

illius

illius quod secus erit si fuerint contestes: tūc enim meritò creditur scripturę, & scrutatoribus, vt in fine dubij dicetur de alijs electoribus. Et ita in causa graui, & ponderosa cautum est vt assumantur duo testes in examinatione cuiuslibet testis *vt in cap. vt officium de baret. in 6.* & senserunt Innoc. & Hostien. *in c. Albericus de testibus:* Ergo benè vult tex. vt duo semper scrutentur tertium.

12 Neque huic rationi obstat cōmunis obiectio, aliter, scilicet, consuetudine inductum esse: nam & est in promptu communis quoque responsio, contra dispositionem, videlicet *cap. quia propter* vel Conc. Trident. non posse allegari vllam consuetudinem vt fusè probaui *dub. 3. num. 9.*

Quartò denique ipsimet scrutatores, vel Compromissarij aliorum eligentium vota secretò, & sigillatim diligenter exquirent, & in scriptis redigent, idest fideliter assignando vota cuicumque data fuerint per scripturam: & hoc est substantiale, vt in scriptis redigantur *d. cap. quia propter de elect.* ibi

13 *in scriptis redacta* Panorm. *ibid. num. 6. & num. 16. vers. octauum.* Ant. à Butr. *num.* 27. Ioan. And. *num.* 19 Hostien. *num.* 31. vbi expresè aliter non seruari formam Innoc. *nu.* 6. Imol. *num. 7. in fin. vers. in capitulo redacta,* vbi hoc requiri, quia melius constat de voto per scripturam, hoc est ne memoria scrutatorū pereat Innoc. *ibid.* Anchar. *num.* 1. Biax. *vbi sup. c.* 28. *num. 1. & seqq.* & Rota *vbi sup. §. quartò etiam.*

14 Aliqui moderniores innominati conantur adinuenrare alium modum deponendi vota quàm per scripturam, idest per quędā signacula mobilia apposita in foraminibus cuiusdam tabellæ in qua scribuntur solùm nomina eorum quibus vota dantur; & suffragia postea non scribuntur sed signantur cum prædictis signaculis. Sed quæso aduertant quid agant: nō enim satisfaciunt formæ textus, quæ est vt vota in scriptis redigantur, & cum talis dispositio textus contineat decretum irritans, non potest adimpleri per equi-

15 pollens vt dictum est *dub. 8. num. 1.*

16 Dixi, *& in scriptis redigent*, quia de mente textus fuit vt ipsimet scrutatores per aliquē eorum redigerent vota in scriptis teste Panorm. *in d. c. quia propter num. 9.* quidquid dicat glos. de tabellione; quod etiam à fortiori patet ex dictis *dub. 31. num. 5.* vbi probatum est nec ex dispositione *d. c. quia propter* nec ex dispositione Con. Trident. *sess. 25. cap. 6. de regul.* posse adhiberi testes in depositione suffragiorum: plena enim fides adhibetur

17 scrutatoribus vel Compromissarijs in hoc officio eis delato vt est tex. expressus *c. cum dilectus* vbi idem Panorm. & Anchar. *num. 1. vers. sex. not. de elect.* & alij referendi *dub. 66. num. 9.*

DVBIVM XXIII.

An valeat compromissum factum à Superiore, siuè ab aliquo alio nomine, seu vice omnium alijs tacentibus, & non contradicentibus? & an idem iuris sit de scrutatoribus?

SVMMARIVM.

1 *Non valet compromissum factum ab vno nomine aliorum tacentium.*

2 *Electores qui habent compromittere vocandi sunt vt consentiant, vel dissentiant.*

Aliud est quidpiam fieri in loco capituli, & aliud fieri capitulariter.

3 *Non valet compromissum quando compromittentes non contradicunt metu.*

4 *Item non valet, si non detur aliquantula deliberatio.*

5 *Materia tacentis ex quibus declaretur?*

6 *An valeret electio si tres de capitulo se ingererent in scrutandis suffragijs absq; eo quod fuissent assumpti ab eodem capitulo ad hoc munus?*

1 RESPONDEO negatiuè. Quò ad illud quod ad Compromissarios spectat vt patet ex Panor. *in c. in causis de elect.* Biax. *in suo direct. elect. p. 3. c.* 17. *num.* 2. Siluest. *tit. electio 2. q.* 12. & Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 2. q. 2. art.* 17. qui omnes de communi testantur.

2 Hoc dictum pulchrè ad rē nostram tripliciter regulat Felin. *in c. constitutus num.* 12. *de appell.* & primò procedere dicit, vbi illi de collegio non vocantur vt consentiant, vel dissentiant: nam vbi simpliciter in eorum præsentia ab vno nomine aliorum fieret compromissum, & ipsi tacerent, certè quamuis incurrerent peccatum ex non contradictione, non valeret tamen actus, vt addit idem Felin. *in c. cum omnes num.* 12. *in fin. de const.* & meritò nam aliud est quidpiam fieri in loco capi-

capituli, aliud fieri illud idem capitulariter. Mohed. *decis. 164. aliàs 1. de for. compet.* Rota *decis. 1247. num. 3. coram Card. Seraph.*

3 Secundò procedere dicit quando illi tacerent propter timorem contradicere non audentes, quod intelligendum est dummodò causa cognita constet reuerentiam Superioris, vel alterius ita vrgere, vt silentium imponat; aliàs sola præsentia Superioris non inducit sufficientem metum, vt fusè declarabitur *dub. 75. num. 5. & seqq.*

4 Tertiò procedere dicit si ad respondendum non detur aliquantula deliberatio, ita vt innuit Calder. *in c. cum in iure num. 15. de elect.* sit interuallũ in quo possint commodè deliberare, vel contradicere electores, quia taciturnitas post interrogationem non statim pro responsione habetur Innoc. *in c. cum in cunctis de elect.* Bald. *in l. 2. §. qui si actor. C. de iur. calum. & in c. cum in veteri num. 1. & 2. vbi quoq;* Innoc. *num. 5.* Host. *num. 5.* Imol. *nu. 9.* Ant. à Butr. *num. 7. 15. & 16.* Panorm. *num. 7. de elect.* Item Panormitanus. *in c. cum nos num. 5. de his quæ fi. à præl.* glos. *in c. cum consuetudinis verb. consensu de consuet. & ibi* Host. *super illo verb.* Caputaq; *decis. 222. num. 3. p. 1.* Felin. *vbi supra & in c. nonne num. 8. in fin. de præsum. & in d. c. cum omnes de const.* Bertach. *in tract. de episc. lib. 3. p. 1. num. 87. & 88.* Gonzal. *super reg. 8. cancell. glos. 46. numero 40. & 45.*

5 Ex his regulis apparet veritas illius singularis dicti quod post Felin. *in d. c. nonne nu. 6.* sequuta est Rota *decis. 708. nu. 5. coram Card. Seraph.* Materiam, scilicet, hanc tacentis declarari ex circumstantijs facti, & conjecturis ex quibus potest arbitrari iudex an taciturnitas pro consensu, vel dissensu sit habenda.

6 Vnde idem iuris esse de scrutatoribus proportionabiliter existimo, quod & de Compromissarijs hucusq; dictum est, nempè, vt licèt suspicione non careant illi qui de capitulo congregato se ingerunt ad scrutandum vota eligentium absq; eo quòd prius eligantur à collegio; attamen si demum ipso capitulo non contradicente, seruatis omnibus seruandis sequatur communis electio, credunt eam tenere Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 22.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 193.* Siluest. *tit. elect. 2. q. 10. vers. secundò est*, quia cũ agatur de re meritoria, & concupiscibili, tacentes habentur pro consentientibus.

DVBIVM XXIV.

Quomodò procedent ad electionem tres, vel duo, vel vnus, si ipsi tantumodò sint in capitulo, vel in eos recidat ius eligendi?

SVMMARIVM.

1 *Duplex opinio circa propositam quæstionem.*
2 *Electores tenentur ad formam* c. quia propter de elect. *etiamsi sint tres solùm in capitulo.*
3 *Modus quo possunt scrutari se ipsos, si noluerit assumere Compromissarios extra collegiũ.*
4 *Non obest scientia quæ habetur de suffragijs trium electorum post publicationem scrutinij, si ipsi tantumodò sint in capitulo.*
5 *An duo electores adstringantur ad formam d.* c. quia propter de elect.?
Lex non stringit, vbi de facto seruari nequit.
6 *Quomodò eliget vnus si penes eum remansit ius eligendi.*
7 *Modus quo possunt procedere ad electiones canonicas tres vel duo, vel vnus penes quem remansit ius eligendi.*
8 *Electio de se ipso à semetipso non valet.*

1 ONTROVERTITVR inter DD. an dicti electores teneantur ad formam *cap. quia propter de elect.* Vnde Innoc. *ibid.* Anchar. *in c. nullus eod. tit.* Gofred. *in sum. eod. tit. nu. 2.* quem approbat Tabien. *eod. tit. num. 3.* & Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 202.* partem negatiuam tuentur, & aiunt sufficere mutuum consensum.

Hostien. *in sum. tit. de elect. num. 2.* quem sequitur Paul. de Eleaz. *in c. nullus num. 11. de elect. in repet.* affirmatiuam sustinet: nõ enim (subdit Paul.) recedam ab illa forma, nisi in quantum necessitas arctat.

Pro resolutione dico primò in electionibus in quibus necessariò aliàs executioni demandatur dispositio *d. cap. quia propter &* Conc. Trident. *sess. 25. c. 6. de regul.* & adsunt tres magis placere opinionem Hostien. siuè per viam scrutinij, siuè compromissi celebretur electio, nihil enim refert, cum in omnibus electionibus procedendum sit per vota secreta ex vi Conc. Trident. *vbi supra*. Et

quando

quidem quando proceditur per schedulam obsignatã, nullũ omninò video dubiũ quin sit seruãda d. forma. Quando verò proceditur viua voce, aliqua forsan posset esse difficultas: sed hæc etiam diluitur; nam in electionibus Compromissarijs, si memorati electores nolũt assumere Compromissarios extra collegium, prout licet, sicuti notum est ex dictis *dub.* 21. *num.* 1. conueniant ipsimet in capitulo, & se inuicem scrutentur, sicut edocti sunt *dub.* 22. *num.* 8. Et idem dic si electio celebretur per scrutinium.

Sed obijcies dictum est supra de mente Rotæ *in Treueren. Abbatiæ* 20. *Nouembris* 1624. *coram Coccino* § *vlt.* Conciliũ non abolevisse formã decretalis *quia propter de elect.* sed solùm addidisse quòd nedũ vota sint secreta; sed ita & taliter, vt nomina eligẽtium nunquam publicentur. Sed si adsint tres quorum vnus eligitur à duobus, clarum est nomina eligentium non esse secreta, quia suffragium electi iã publicatum est, cum sibimetipsi suffragari non possit, & per consequens etiam alia duo. Huic difficultati respondit Sacra Congregatio nam ab ea sic quæsitum, & resolutum fuit. *Vbi sunt tres vocales quorum vnus potest eligi in Discretum, & per consequens necesse est, vt alter aliorum duorum qui remanent det alteri vocem suam, & ita electio non potest esse secreta, dubitatum fuit an possit fieri electio Discreti, quæ non fit contra huius decreti formam sess.* 25. *c.* 6. *de regul.* Congregatio censuit *posse si ita statuta Religionis permittit.* Ratio huius responsionis potest esse, quia lex non stringit vbi de facto seruari nequit, vt nunc proximè probabo.

Dixi in assertione *si adsint tres,* quia si duo tantummodò extent, possunt illi procedere ad electionem sine forma scrutinij, prout post Ioan. And. *in reg. in toto de reg. iur. in* 6. *in mercur.* scripsit Panorm. *p.* 2. *cons.* 25. *num.* 2. Henrich. Boich. *in c. quia propter num.* 1. *de elect.* Biax. *in direct. elect. p.* 3. *c.* 23 *num.* 3. Tusch. *lit. E. concl.* 72. & 78. nec erit inanis ex defectu formæ *d. c. quia propter* quia ex paucitate numeri eius obseruantia impeditur, & lex non stringit vbi de facto seruari nequit *c. cum dilectum* [illegible] *dist.* 4. *l. fin. ff. quæ sent. sine app. resci.* & *l. ita autem ff. de admin. tut.* vnde addunt dd. DD. posse eligi ab alio palam vnum, qui electus non prohibetur electioni de se factæ consentire, prout fusè declarabitur *dub.* 115. *per totum* vel vnus etiam suæ voci renũciare potest, antequã ad electionem deueniatur teste Anchar. *vbi sup.* & Eleaz. *num.* 13. & tunc, post præstitum sibi socij suffragium, censebitur electus à maiori parte. Si verò neutrum modum ex his propositis nancisci velint, vel consuetudo contrarium postulet non permittuntur ad electionem deuenire. Ioan. And. Panor. & Nauar. *lib.* 1. *cons.* 6. *nu.* 4. *tit. de elect.* Quæ omnia accipienda sunt si de collegio eligendus sit necessariò quis ad munus, de quo agitur: Si enim extra collegium assumi possit, tunc quoque puto hos duos adstringi eligere per scrutinium secretum propter rationẽ supra factam de tribus electoribus.

Si deniq; in vno tantùm remansit ius collegij ipse eligat, & postea publicet electionẽ, vt benè aduertunt omnes DD. pro vtraq; sententia allegati *num* 1. quando extra collegium est eligendus. Si verò de collegio, dic vt in num. seq.

Dico secundo in omnibus electionibus, in quibus aliàs non est necessariò attendenda forma *c. quia propter* me libenter adhærere opinioni Innoc. vnde non solùm potest electus consentire vt *supra* si sint tres; sed etiam si duo sint eligendi ex ipso triumuirato: potest enim primò eligi vnus, qui erit electus à duobus: postmodum poterit consentire in alium; qui & ipse erit electus à duobus à primo scilicet electo, & ab alio nõ electo Panor. *d. cons.* 25 *num.* 2. Si verò ad vnum deuentã sit congregatio collegij ipse inchoatiuè sibimet ipsi suffragari nequit Panor. *in capit. gratum num.* 8. *de elect.* aliàs notaretur ambitione vt in præcitato *dubio* 115. dicetur. Et confirmatur quia electio à semetipso de se ipso non valet *l. plane.* & *ibi DD. post glos. ff. quod cuiusq. vniuersit. nom. l. si mandauero.* §. *si tibi* & *ibi Bart ff. mandati* & Albert. de Rosa *in opere statutorum q.* 174. relatus à Bertach. *in suo repert. verbo electio a quibus vers.* 2. Propter quam rationem nunquam mihi plenè placere potuit sententia Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 3. post Decium asserentis in eo casu nullum tunc electioni locum esse; sed illum qui superstes solum inuentus fuerit prælatum collegij sine electione esse, solaq; Antistitis confirmationem sibi expectandam esse, qua accedente electionis titulo; & nomine non carere. Puto igitur in hoc casu electionem deuolui ad Superiorem, qui prouidebit de illo, qui de collegio remansit: & tunc verè erit Prælatus, quia prouisio habet vim electionis & confirmationis, vti dicetur plenè *dub.* 119. *num.* 5. vnde non est dicendum, ipsum remanere Prælatum collegij absq; electione; quia hæc reuera esset electio de seipso se ipso quã etiam detestatur ipse Cuch. *vbi supra numer.* 159. *in fin.*

Quod confirmator prouidebit de illo, qui de collegio remansit probatur, nam ex supposito, electio est celebranda de aliquo qui sit de collegio. Sed electio ad Superiorem deuoluta fieri debet ab eo cum eisdem qualitatibus, cum quibus debet fieri à principio vt latè prænotaui *dub. 7. num. 3.* Ergo cum in hoc casu ad eum deuoluatur electio, tenebitur & ipse prouidere de illo qui est de collegio, sicuti tenebantur primi electores.

Si denique de aliquo extra collegium celebrari possit electio; tunc qui solus remansit, eligat, & electionem publicet vt supra dictum est. Biax. *in suo direct. elect. par. 1. cap. 2. num. 3.*

DVBIVM XXV.

An teneat electio facta per compromissarios non scrutato voto electi, qui & ipse est de capitulo?

S V M M A R I V M.

1 *Fingitur casus ad declarationem tituli.*
2 *Mandati forma est diligenter obseruanda.*
Secundum aliquos non tenet electio facta per Compromissarios si non sunt scrutati vocem electi, quando est de capitulo.
3 *At verior est opinio affirmatiua.*

1 
ELECTORES v.g. compromiserũt in tres de ipsis sub hac forma compromissi limitati, vt scilicet scrutatis votis omnium, & singulorum de capitulo illum eligerent in Prouincialem, in quem maior pars ipsorum conuenirent. Ipsi scrutatores scrutatis votis suis primò, & demum aliorum videntes, omnes conuenisse in P. F. Titium à Parma, eum elegerunt solemniter, nõ prius scrutato eius voto, qui præsentata sibi electione consensit ei. Modo quæritur vtrum teneat huiusmodi electio?

2 Ad hoc dubium propositum in Rota vt constat ex *decis. 6. tit. de elect. in antiq.* nonnulli Dominorum, & post eos Franc. *in c. cũ expediat de elect. in 6.* dixerũt non valere, quia scrutatores non sunt scrutati vocem illius electi, qui erat præsens, & de capitulo iuxta formã compromissi, quæ habebat, vt scrutatis vocibus omnium, & singulorum &c. At ipsi nõ fuerunt scrutati voces omnium, & singulorũ ex quo illum omiserunt, & tamen mandati forma est diligenter obseruanda *c. cum dilecta de rescript. c. cum expediat. de elect. in 6. & l. diligenter. ff. mandati.* Vnde cum non completa fuerit conditio sub qua data fuit eligendi potestas compromissarijs sequitur eos non potuisse eligere.

3 Alij verò Dominorum quos sequutus est Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione nu. 3 3.* partem affirmatiuam amplexati sunt sufficientes scilicet huiusmodi electionem esse bonam, ex eo quòd frustra eius electi vox fuisset inquisita per Compromissarios in scrutinio: cum & si fuisset inquisitus non posset, nec deberet se nominare, quia sic ambitiosus esset, vt ex infra dicendis *dub. 61. num. 1.* patebit. Et si alium nominasset, ille nihil profecisset, cum necessariò ipse eligendus esset, ex quo omnes alij in ipsum P. F. Titium conuenerant. Ergo parui interfuit si eius vocem non sunt scrutati compromissarij, cum & illa scrutata non prodesset, arg. *l. aliquando cum concordan. ff. ad velleia.* Et ita pro maiori parte Dominorum fuit resolutum.

CAPVT QVARTVM

De suffragijs, & suffragantium potestate.

DVBIVM XXVI.

Quomodo procedere debeant electores ad suffragia ferenda?

S V M M A R I V M.

1 *Quomodo electores vocandi sint ad disquisitionem, vt ab eis scrutentur?*
2 *Quomodo scrutandus infirmus?*
3 *Quo iure proponendum sit iuramentum electoribus?*
4 *In cuius manibus præstandum sit iuramentum ab electoribus?*
Quo-

5 *Quomodo sit iurandum?*
6 *Quando possit præstari iuramentum per Procuratorem, & quando non num. 9.*
7 *Cuius nomine debeat iurare Procurator cum generali mandato ad eligendum?*
8 *An indigeat speciali mandato ad iurandum?*
9 *In dubio opinio distinguens est amplectenda.*
10 *Non valet argumentum à matrimonio ad iuramentum.*
Iuramentum non est de substantia matrimonij.
In matrimonio expostulatur consensus liber: secus in iuramento.

1 PRIMÒ electores vocandi sunt suo ordine singulatim non autem bini, vel trini ad disquitores, quò ab eis vota ipsorum secretò, & sigillatim exquirantur iuxtà dispositionem *cap. quia propter de elect. vbi* Panorm. *num.* 15. Anchar. *in c. cum inter canonicos num. 2. de elect.* Angel. *tit. electio num. 26. vers. quartum.* Siluest. *eod. tit. q. 4. nu.* 7. Biax. *in direct. elect. par. 3. c. 26. num.* 1. Mirand. *tom. 2. q. 23. art. 16. concl. 2.*

2 Si verò quis electorum infirmitate detineretur in claustro, vel in ciuitate, siue in oppido, ita vt accedere ad disquisitores non valeret, tunc scrutatoribus, adeundus est infirmus, & secretò eius votum exquirendum, quia præsens huiusmodi dicitur, vt patet ex dictis *dub 9. num.* 2. Ita Hostien. & Innoc. *in d. c. quia propter num.* 2. Angel. *tit. electio num.* 17 Siluest. *eod. tit. 1. q. 5.* Tolos. *in tit. de elect. c. 16. num. 7.* Azor *p. 2. lib. 6. c. 14. q. 7. §. verum quid.*

3 Secundò asserit Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num.* 204. & 205. *de mente* Biax. *ab eo rela.* electoribus præstandum esse iuramentum in manibus scrutatorum de probitate, & integritate seruanda in eligendo, & Rodriq. *tom. 2 q. 51. art. 3.* addit in Religionibus obidientię votum esse proponendum electoribus à scrutatoribus, & tàm Cuch. quàm Rodriq. allegant *d. c. quia propter.* At pace tantorum DD. non video quomodo ex illo textu id eliciatur, nec odoratus sum in alio iure communi in corpore iuris inserto id reperiri, vt bene prius aduerterunt Panorm. *in d. c. quia propter num. 11. circa med.* & Manual. prælat. *tom. 1. q. 33. art. 29. §. septimò substantiale est* de mente aliorum. Solum in decretis generalib. q̃ pro reformatione Regularium tàm Monachorum quàm mendicantium cuiuscunq; Ordinis, & instituti æditis à Clem. VIII. *anno Domini 1599. die 25. mensis Iulij* extant hæc verba *in §. 36. Insuper in Officialium electionibus forma præscripta à sacro Conc. Trid. & Ordinis cõstitutionib. inuiolabiliter seruetur, iurentq. electores secundum veritatem cuiuscumque conscientiæ, probiores ac magis idoneos electuros.* Quæ decreta non ab omni-
4 bus Regularibus sunt vsu recepta, vt plenius dicam *dub. 56. num. 3.* Et insuper ex prædictis verbis certè non habemus in cuius manibus sit pręstandum huiusmodi iramentũ. Hinc Illstrissimus Princeps Ludouicus Ludouisius Cardinalis Amplissimus ac multarum Religionum Protector vigilantissimus Apostolica auctoritate Capitulo Generali Capuccinorum Romæ hoc anno 1625. celebrato summa cum laude assistẽs de speciali mandato S.D.N. per se detulit hoc iuramentum omnibus RR. PP. Electoribus illis.

5 Stantibus verò his decretis in Religionibus, in quibus fuerunt vsu recepta, vocatur in dubium quomodo sit præstandum hoc iuramentum? Respondet in simili Garc. *de benef. p. 5. c. 4. num.* 170. præstandum esse corporaliter tactis scripturis, nec aliàs satisfieri formæ; nam. vbi iuramentum defertur à iure, seu constitutione requiritur necessariò in actu iurãdi tactus corporalis scripturarũ & addit *num.* 171. videri præstandum tactis Euangelijs, nec satis esse pręstari tactis alijs scripturis cum semper in iure vbi ponitur forma iuramenti exigatur Euangeliorum tactus vt *in c. quoties 1. q. 7. c. ego Berengarius de consecrat. dist. 2. c. ego N. de iureiurand. c. cum in causa de iuram. calumn. & c. quoties vers. porrò de purgat. can. c. laudabilem de frigid. & malef. cum alijs:* & ita tenent glos. *in cap. vt circa verb. præstito,* & ibi Archid. & Anchar. *de elect. in 6.*

Sed his non obstantibus dico satis esse, si tangatur quęlibet scriptura vel sacrum pectus de more sacerdotali vbi nihil exprimitur de euangeliorum tactu. Et ita seruari dicunt de consuetudine glos. *in clem. 1. §. porrò de hæret. verb. tactis.* & ibi Card. *q. 1. & 3.* & Bonifac. *num.* 124. Monach. *in d. c. vt circa nu.* 12. Franch. *num.* 9. Panorm. *in c. fin. de iuram. calu. num. 3.* Cosmas *in pragmat. sanct. 3. tit. de elect. §. ad locum verb. manibus.* Siluest. *verb. iuramentum 1. q. 1. in fin.* Immò etiam quando petitur à iure ipse Euangeliorum tactus potest consuetudine induci contrarium; & illa tenebit Panorm. *in c. et si Christus. num.* 10. *de iureiur. & c. fraternitatis ad fin. de test. & attest.* Alex. *in l. 3. §. interim num. 3. ff. de iuriidr.* Couar. *in c. quamuis pactum de pactis in 6. pat. 1. §. 2. num. 2. ad fin.* quos omnes cum multis alijs refert Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 108. num. 14.*

Et

Et tãdem d. Illustrissimus Ludouisius ille qui tanti scientia, & vsu rerum valet, præsertim in Romana Curia, quanti vniuersus penè Orbis expertus testatur, in præfato Capitulo generali recepit iuramentum ab electoribus tacto pectore de more sacerdotali: quòd iuramẽtum certè sufficiens est absq; eo quòd tangantur scripturę vti receptum esse ex consuetudine omnium curiarum testatur Guid. Papa *decis.* 615. *nu.* 1. *&* Thesaur. *decis.* 47. *num.* 12. quos refert & approbat Rota *decis.* 587. *num.* 1. *p.* 2. *in recent.*

6 Sed hìc noua emergit difficultas: nam si necessariò præstandum est iuramentum, sequitur electorem legitimè impeditum non posse committere vices suas alteri de collegio vt explicatum est *dub.* 14. Consequentia patet nam iuramentum ita corporaliter præstandum est, vt non possit exhiberi per Procuratorem vt de iuramento professionis fidei dictum est *dub.* 50. *num.* 3. Ergo hoc erit canonicum impedimentum per quod prohibebitur elector committere vices suas.

Garc. *vbi supra num.* 173. distinguit de iuramento, aliud scilicet esse iuramentũ, quòd per se & principaliter requiritur vt in d. iuramẽto, professionis fidei, fidelitatis &c. Et tũc concedit esse præstandum per se corporaliter, & nõ per Procuratorem. Aliud verò esse, inquit, iuramentum quod præstandum est accessoriè & in ordine ad actum qui per Procuratorem exerceri potest, & tunc negat iuramentum quoq; ipsum non posse committi Procuratori vt in iuramento calumniæ *c. fin. de iur. calum. in* 6. & in iuramento requisito in appellatione ab electione aut prouisione alicuius vt *in c. procurator de elect. in* 6. & in alijs iuramentis iudicialibus. Vnde cum electio

7 fieri possit per Procuratorem vt dictum est *dub.* 14. poterit etiam per Procuratorem præstari iuramentum requisitum etiam corporaliter, dato ad id speciali mandato. Benè verum est, quia vt ibi dixi obstat Cõcilium Tridentinũ quò minus possint Regulares in suis electionibus committere vices suas alicui Procuratori cum speciali mandato ad eligẽdam certam personam. Idcircò Procurator qui solummodò constituitur cum generali mandato ad eligendum debet præstare dictam iuramẽtam nomine suo, & in animam

8 suam, & non nomine, & in animam constituentis. Et hinc Procuratori sic generaliter constituto ad eligendum non est opus mandato speciali ad iurandum.

9 Cum hac responsione Garciæ sic explicata cõcordat doctrina tradita à Couar. *in c. quamuis pactum p.* 1. §. 5. *num.* 8. Azor. *p.* 1. *lib.* 11. *c.* 7. *q. vlt.* Suar. *tom.* 2. *de relig. lib.* 2. *de iuramento c.* 31. Clar. *lib.* 4. *recept.* §. *feudum q.* 49. *in fin.* Sanch. *in præcept. decal. lib.* 3. *c.* 13. *nu.* 17. & alijs; excepto quod nõ concordant in primo membro distinctionis, in quo ipse Garc. asserit iuramentum quod per se, & principaliter requiritur, vt iuramentum professionis fidei, fidelitatis, &c. pręstandum esse corporaliter per se, & non per Procuratorem; Nam horum DD. doctrina generalis, & indistincta est iuramentum, quamuis personale sit ex parte iurantis, posse tamen præstari per Procuratorem, & allegant *cap. vlt. de iur. calumn. in* 6. *&* c. 1. §. *verum de sta. regul. eod. lib.* & addunt posse etiam præstari per nũcium, sicut matrimonium potest contrahi per Procuratorem vel per nuncium.

Hinc apud Azor. *vbi sup.* & Sanch. *num.* 21. inferunt omnes præallegati DD. contra Baldum, & alios relatos; sed non approbatos à Couar. *vbi sup.* posse vassallum ex consensu domini feudi iuramentũ fidelitatis ipsi Domino feudi præstare per Procuratorem habentem ad id speciale mandatum per *d. c.* 1. §. *verum de sta. reg. in* 6. & Azor. testatur hanc esse communem.

Hinc quoque Azor. & Sanch. cum alijs Doctoribus allegatis *dub.* 50 *num.* 3. inferunt contra declarationem Sacræ Congregationis, & decisiones Sacræ Rotæ iuramentum professionis fidei posse præstari per Procuratorem.

At reuera magis placet opinio Garciæ tum quia fundamentum contrariorum nihil me mouet: Tũ etiã quia ipsa opinio Garciæ sic distinguens saluat communem de qua testatur Azor. circa iuramentum fidelitatis feudatarij, & item saluat opinionem Sacræ Cõgregationis Sacręq; Rotæ circa iuramentum professionis fidei. Et in dubio opinionem distinguentem sequi debemus gloss. *vlt. in fin. in c. sciente de censib.* Imol. *in c. super litteris num.* 2. *de rescript.* Alex. *cons.* 50. *num.* 7. *lib.* 7. Neuizan. *in silu. lib.* 5. *num.* 32. cum

10 alijs infinitis teste Rota *decis.* 857. *num.* 10. *&* 11. *coram Card. Seraph.*

Quod contrariorum fundamentum iure optimo nihil me moueat ex eo maximè probatur quia dum ipsi asserunt posse iuramentum præstari per Procuratorem vel per nuncium, sicut matrimonium: Ego nego consequentiam: idest nego valere argumentum à iuramento ad matrimonium: nam non solùm iuramentum non est de substantia matrimonij vt post glos. 2. *in fin.* notat Panorm.

in c. super eo num. 5. de consanguin. & affin. & in c. licet num. 3. de sponsa duo. Sed etiam insuper matrimonium exigit consensum liberum in contrahente, quod non fit in iuramento: Hinc matrimonium iusto metu contractum irritatur vt patebit ex infra dicendis *dub. 54. per totum.* At è contra iuramentum graui metu extortum tenet, & valet, etiamsi iniustè extorquatur, modò sit de re licita, vt expressè deciditur *in cap. si verò, & c. verum de iureiuran. & c. audientiam de ijs quæ vi. met.* & docet D. Thom. 2. 2. *q. 89. art. 7. ad 3. & q. 98. art. 3. ad* 1. receptus ab omnibus Theolog. 3. *dist.* 39. & ab omnibus canonistis, teste ipsomet Sanch. *c.* 11. *num.* 14. Ergo non valet argumentũ à matrimonio in quo multa sunt inducta fauore eius libertatis, ad iuramentum in quo non est talis libertas.

Quòd verò dicta opinio Garciæ sic distinguens saluet Sacræ Congregationis Sacræq; Rotæ opinionem tutantem non posse præstari iuramentum professionis fidei per Procuratorem: per se patet: Sed quod etiam saluet communem de qua testatur Azorius circa iuramentum fidelitatis probatur ex eo, quia ipsa communis opinio concedit quidem iuramẽtum fidelitatis esse præstãdu per se corporaliter à subdito; sed cum hoc sustinet etiam quoque præstari per Procuratorem, quando id à Domino feudi impetrari potuerit, quod apertis verbis habetur ex *d. c.* 1. §. *verum de st. s. regul.* super quod fundatur ipsamet communis opinio: ibi. *Verum quando Abbatissa, vel Priorissa cuiuscuis monasterij pro feudo quod monasterium ipsum tenet ab aliquo principe, seu Domino temporali, sibi debebit homagium, vel fidelitatis Sacramentum præstare, (nisi quod per Procuratorem illud præstes possit efficere apud eum) de monasterio cum honesta, & decenti societate exire poterit, eo casu licenter homagio facto, &c.* Et hoc non impugnamus.

Sed dices iuramentum fidelitatis potest præstari per Procuratorem vbi Dominus nõ contradicit. Ergo, & iuramentum professionis fidei, & fidelitatis erga Romanam Ecclesiam quod est cõtra dicta in præallegato *dubio* 50. Nego sequellam, nam quod Dominus feudi excipiat iuramentũ fidelitatis, quo subditus se ei futurũ fidelẽ promittat, est ius ipsiusmet Domini, cui licitè renunciare potest: quilibet enim potest renunciare fauori proprio *l. si quis in conscribendo C. de pact. c. cum accessissent de const. & c. ad Apostolicam de reg.* At quod Episcopus, seu eius generalis Vicarius exigat iuramentum professionis fidei ac fidelitatis erga Romanam Ecclesiam, non est ius ipsius Episcopi priuatum; sed est ius publicum Ecclesiæ: Vnde ipsi renunciare non potest iuxta notata *in c. si diligenti, & in c. significasti, de for. compet. & in c. contingit de sent. excommunic.*

DVBIVM XXVII.

An possint suffragia dari per sortes, vel per fabas, siue per Lupinos, seu per schedulas, seu viua voce?

SVMMARIVM.

1 *Probibitæ sunt sortes in quibuscumq; electionibus Ecclesiasticis.*
2 *Et etiam in tractatibus electionum.*
3 *Triplex responsio ad obiectionem de S. Mathia qui electus fuit per sortes.*
4 *Primus casus in quo licet sortium vsus in electionibus Ecclesiasticis.*
5 *Secundus casus.*
Electiones Discretorum celebrantur per sortes apud monachos S. Bernardi & apud canonicos S. Saluatoris.
6 *Electiones canonicæ non possunt haberi per fabas, lupinos, calculos &c.*
7 *Possunt tamen haberi per schedulas num.* 10.
8 *An electiones Ecclesiasticæ habitæ per sortes sint ipso iure nullæ?*
9 *An nunc in electionibus possint dari viua voce suffragia in electionibus Regularium?*
10 *Ius est obseruandum, secundum quod obseruãtia, & consuetudo illud declarat.*
11 *Dispositio* c. quia propter de elect. *non est sublata per Conc. Trident.* sess. 25. cap. 6. de regul.



1 VLLAS electiones quæ vel sunt ad beneficium, vel ad compromissariaratum, vel ad quodcumque aliud officium, siuè ministerium Ecclesiasticum haberi possunt per sortes, quia detestantur *c. non statim. & c. non exemplo 26. q.* 2. & perpetua prohibitione damnantur *c. Ecclesia vbi* Panorm. *de sortil.* Oldrad. *cons.* 191. *nullo modo num. 3. vers quare verò si ista.* Felin. *in c. capitulum nu.* 21. *de rescript.* Tusch. *lit. E. concl.* 79. Azor. *par. 1. lib. 9. c. 22. q. vnic. vers. at verò in electionibus* Suar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 2. c. 12. num.* 5. vbi de communi Theologorum & Canonistarum Sãch. plu-

plurimis relatis *in praecep. decal. lib. 2. c. 38. nu. 71. & 72.*

2 Et non solùm in electionibus sunt interdictae sortes; sed etiam in tractatibus earundem electionum Ecclesiasticarum Ananias *in c. fin. num. 2. in fin. de sortil.* Angel. *tit. sors. nu. 2. &* Sanch. *vbi supra num. 73.*

3 Neq; obstat communis obiectio S. Matthiae Apostoli nam respondeo cum multis quos allegat Bellarm. *tom. 1. controu. 5. de clericis lib. 1. c. 5.* illud fuisse priuilegium, atq; inspirationem Dei peculiarem, de qua egimus *dub. 2. e. non statim. 26. q. 2.* & huius electionis per inspirationem causa fuit, quia ceteri Apostoli à Christo electi fuerant: vnde ne videretur Sanctus Matthias caeteris inferior voluit fortasse Christus per se illum eligere: itaq; inspirauit Apostolis, vt sorte vterentur. Praeterea vt inquit idem Bellarm. *vbi supra c. 7. in respons. ad quartum* illa non tàm electio fuit, quàm postulatio quaedam, qua cupierunt Apostoli aliquem à Deo eligi in locum Iudae. Concordat Suar. *numero. 21. & 22.*

4 Vel dic postremò sine vllo priuilegio Apostolos in ea electione vti voluisse sortibus, quia Matthias, & Barsabas adeò essent pares sanctitate, & doctrina, vt humano iudicio discerni non posset vter praeponendus esset. In huiusmodi namq; casibus licitus est vsus sortium seclusa prohibitione positiua: vt docet D. August. *lib. 1. doctr. Christianae c. 28. & in epist. 180. ad Honoratum.* Tùm quia non tentatur Deus cum id ab eo exquiratur quod humano iudicio declarari non potest: tùm quia nullum est periculum quicumq; sorte exeat etiamsi planè casu exiret, quando pares sunt de quibus praeficiendis agitur, & tollitur materia querimoniarum, neminique fit iniuria.

5 Et hic aduertendum quasi obiter non solum in praefato casu licitum esse sortium vsum; sed etiã in alijs casibus in quibus apud aliquam Religionem vigeret consuetudo, vel ex eo quòd haberetur talis modus circa electiones & officia, quibus nulla competit administratio ecclesiastica, vel ex eo quod ei id indultum sit ex aliqua constitutione Apostolica, per quam aliquo modo iuri communi derogatur, quo sublato, talis modus electionis per se malus non

6 est. Ita Suar. *vbi sup. num. 8.* & Sanch. *num. 75.* vt est v.g. electio Discretorum, seu sociorum Praelati quam Greg. XIII. praescripsit fieri per sortes apud congregationem S. Bernardi in Italia Monachorũ Ordinis Cisterciensis regularis obseruantiae per suam bullam *Romanus Pontifex §. 4. editam anno 1578. die 23. Maij.* Et item est electio eorumdem Discretorum siuè sociorum quae secundum statuta Ordinis Canonicorum Regularium S. Saluatoris fit per sortes, & tamen constat esse validam vigore bullae *ex varietate §. 8.* Sixti V. editae *anno 1589.* Et haec omnia hucusque dicta certa sunt apud omnes, sicuti etiam certum est electiones canonicas nullo pacto haberi posse per lupinos, siuè per fabas, vel calculos, &c. Panorm. quem refert, & approbat Tabien. *tit. electio num. 24.* Siluest. *tit. electio 2. q. 3. num. 6.* Manual. praelat. *tom. 2. q. 23. art. 17. concl. 3.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. num. 222.* & ratio desumitur ex infra dicendis vbi patebit vota debere esse certa, & determinata: Sed profectò haec certitudo, & determinatio haberi non posset per calculos, fabas, vel lupinos, &c. cum electio sit eligere vnum ex pluribus vt alibi dictũ est: sed electio quodamodo coarctaretur, & non esset libera, prout iura postulant.

7 Et item certum est apud omnes, electiones canonicas rectè celebrari per schedulas vt inferius dicetur, & firmat vsus ferè om-

8 nium Religionum.

Primò verò controuertitur inter DD. an electiones Ecclesiasticae habitae, per sortes sint ipso iure nullae, vel solùm annullandae? Suar. *vbi sup. num. 9.* & Sanch. *nu. 83.* afferunt aduersus Panorm. electiones in quibus fertur dispositio *c. quia propter de elect.* esse nullas ipso iure, caeteras verò irritandas: ratio eorum est quia in praecitatis iuribus, in quibus sortes perpetua prohibitione remouentur ab omnibus electionibus Ecclesiasticis, nullum adest verbum irritans: *in d.* autem *c. quia propter* decernuntur inualidae electiones vltra triplicem modum ibi praescriptum celebratae. At ego pace tantorum Doctorum magis adhaereo opinioni Panormitani, quã etiam tenet Garc. *de benef. p. 5. c. 4. num. 205. in addit.* vtrasque scilicet electiones esse ipso iure nullas. Ducor quia licèt in alijs iuribus à dicto *c. quia propter* nullum adsit decretum irritans expressè; adest tamen tacitè, quo casu est adimplenda dispositio iuris saltem per eqnipollens; aliàs actus est ipso iure nullus: vt latè explicui, & probaui *dub. 8. per totum.* Illud verò decretum irritans appositum *in d. c. quia propter* operatur vt nec etiam forma iuris adimpleri possit per equipollens *vt ex praeallegato dubio* 8. liquet.

9 Secundò controuertitur an suffragia possint praestari viua voce in electionibus? Boer. *decis.*

decis.1.num.35. sustinet dispositionem *d.cap. quia propter* & omnia iura voluisse, vt consensus eligentium verbo, seu voce exprimatur propter ea verba *eiusdem met c. quia propter, vt secretò, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent, &c.* Eiusdem sententiæ est Cuch. *instit. maior. lib.4. tit. de electione num. 222.*

At Manual. prælat. *vbi sup. art. 15. concl. 2.* circa med. probare contendit hanc dispositionem *cap. quia propter* modò sublatam esse per Conc. Trident. *sess. 25. c. 6. de regul.* districtè præcipiens vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.

10 Pro resolutione dico opinionem Boer. nimis rigorosam conuinci ex contraria consuetudine, & praxi non solùm omnium ferè Religionum teste Mirand. *vbi sup.* sed etiam multarum vniuersitatum Ecclesiasticarum teste Garc. *de benef. p.5. cap. 4. num. 188.* quæ non viua voce; sed per schedulam suffragari consueuerunt iuxtà formam, & modum præscriptum ab ipso Mirand. *art. 16.* & Garc. *vbi sup.* vel Sixtus V. in Bulla, *& cum omnis cura* ordinauit PP. Minoribus de obseruantia *anno 1587. die 29. Iulij.* Pius V. Canonicis Regularibus S. Saluatoris Ordinis S. Augustini per suam bullam *inter cæteras* æditam *anno 1571. die 8. Decembris* Clemens VIII. dedit fratribus Tertiarijs Sancti Francisci de pœnitentia per suam constitutionem quæ incipit *Decet*, æditam *anno 1595. die 29. Iulij*, & Paulus V. dedit Ordini Eremitarum Sancti Augustini in bulla, quæ incipit *pastoralis nostra*, ædita *anno 1614. die 16. Maij.* Vnde secundum quod consuetudo, & obseruantia ius declarat, ita est intelligendum, & obseruandum, nam hæc potius dicitur assuetudo, quàm consuetudo, prout fusè multis allegatis tradit Alder. Mascard. super sta. *concl. 2. à num. 139. vsq; ad 157. & seqq.*

Opinio verò Mirandæ sufficienter refel-
11 litur tum ex contrario fundamento quod iacit Roca *in Meten. Monasterij 7. Iulij 1621. coram R. P. D. Coccino Decano. §. vlt.* allegans Rodriq. Zerol. & Azor. asserendo, scilicet, dispositionem *c. quia propter de elect.* non esse sublatam per Concilium Tridentinum *vbi supra* quod & cõfirmatur *in Treueren. Abbatiæ 10. Nouembris 1623. coram eodem §. neque etiam obstat*, vbi dicitur Concilium solùm addere quod nedum vota sint secreta; sed ita, & taliter, vt nomina eligentium nunquàm publicentur. Tum verò in primis refellitur quoque eadem opinio Mirand. ex auctoritate Rodriq. *tom. 1. q. 58. art. 8.* [illegible]

ba

& Garc. *de benef. p.5. c.4. num. 189.* affirmantium electionem esse canonicam iuxta *cap. quia propter*, & secretam iuxtà Conc. Trident. si Capitulum ponat aliquos, qui recipiant vota omnium, modò postea non publicentur nomina eligentium. Et horum Doctorum authoritas fulcitur à Conc. Trident. c. 7. vbi decernitur vt ille qui electioni Abbatissarum, &c. præest vota singulorum audiat, vel recipiat. Super quem locum Concilij Sacra Congregatio sic censuit teste ipsomet Garc. *si electi fuerint à superioribus aliqui, vt putà quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur canonica, & secreta.* Et item eadem Sacra Congregatio prout refert idem Gar. *num. 190.* censuit sic. *In electionibus Abbatissarum vota ore tenus accipi possunt à suis superioribus, licèt quatuor, aut quinq; ea sciant.* Aliam consimilem refert idem Garc. Sed hæc sufficiant, & eò magis, quò consuetudo quæ est altera lex idem declarat, & confirmat apud multas Religiones.

Sit ergo conclusio huius quæsiti electionem esse canonicam iuxtà *c. quia propter*, & secretam iuxta Conc. Trident. siuè suffragia dentur viua voce, siuè per schedulam, dummodò nomina eligentium nunquam publicentur, quæ conclusio firmata est in Rota *in supracitatis decisionibus coram R. P. D. Coccino* in terminis de electione Abbatis Regularis *præsertim verò in d. Treueren. §. secundo principaliter.*

DVBIVM XXVIII.

Quæ sit forma suffragij?

SVMMARIVM.

1 *Varia forma pronunciandi suffragium.*
2 *Vota debent esse certa pura gratuita, & determinata.*
3 *Et non alternatiua incerta conditionalia, vel indeterminata.*
4 *Quare non possint esse alternatiua?*
Quid sit suffragium & num. seq. in fin.
5 *Quare non debeant esse incerta?*
Motus animi vnius non potest consummari per motum animi alterius.
6 *Quare non possint esse conditionalia?*
Actus legitimi non recipiunt conditionem.
7 *Duplex distinctio conditionum.*
8 *Conditiones de præterito vel de præsenti, quæ insunt actui non vitiant electionem.*
9 *Secus si non insunt actui.*
10 *Conditiones de futuro etiam si tacitè insint*

actui

actui vitiant electionem.

11 *Reprobatur opinio Cuchi.*

12 *Defenditur Ripa à reprehensione Cuch. & Rodriquez.*

13 *Quare vota non debeant esse indeterminata.*

Infinitum nullam habet determinationem.

An postquam quis dixit se velle facere Titium suum hæredem, Titius censeatur hæres?

1 ORMA suffragij hæc est vt suffragatores voce exprimāt si proceditur viua voce, vel scribant, si proceditur per schedulam *nomino*, vel *consentio*, vel *eligo N. &c.* Panorm. *in c. quia propter nu. 11. in fin. de elect.* approbat primam, & secundam prædictarum formam, videlicet *nomino*, vel *consentio*, Tabien. verò *tit. electio num. 22.* plus secundam idest *consentio in N.* & hoc propter verba textus *is eligatur in quem omnes, vel maior pars capituli consenserit:* Subdit tamen vterq; Doctor non vitiari electionem si per tertiam formam per verbum scilicet *eligo* suffragiū ferretur, quod firmatur authoritate Bart. relati à Bertach. *in suo repert. verb. electio qualiter & quando. vers. 12. & 16.* firman. quem refert & sequitur Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 2. q. 3. art. 3.* qui addunt sufficere nominationem per aliquod dictorum verborum, licet non dicatur *in Prouincialem. Discretum &c.* quia subauditur nomen dignitatis, ad quam dirigitur electio. Immò idem iuris est, si nominetur tantùm aliquis absq; vllo prædictorum verborū *nomino, consentio, vel eligo.* Quibuslibet enim verbis electio facta valet, si per eam voluntatis intentio declaratur *l. quoniam. C. de testam.* & quamuis verba quodammodo imperfecta sint, si tamen ex his colligi potest sensu, talis imperfectio non vitiat. *l. 1. §. fin autē ff. de hæred. instit. l. cum anus, ff. de condit. & demonstr.* Ita Gamma *decis. 287. num. 1.* Marc. *q. 1204. num. 2. p. 1.* & Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio c. 127.* Illud tamen semper alta mente repone, vt scilicet vota sint certa, determinata, pura, sincera, & gratuita *dist. 23.*
2 *c. in nomine domini vers. quod si prauorum* Ioan. And. *in c. in electionibus num. 4. de elect. in 6.* vbi etiam Archid. *num. 3.* Siluest. *tit. electio 2. q. 3.* Mirand. *tom. 2. q. 23. art. 17. concl. 1.* & ratio est quia vota non debent esse alternatiua, incerta condicionalia, vt expresse cautū est *in*
3 *d. c. in elect. quib. vbi glos.* Innoc. Anch. Frāch. *de elect. in 6.* Tabien. *tit. electio num. 24.* & omnes præcitati. Nec item esse debent indeterminata, vt subdunt Bald. & Boer. inferius citandi.

4 Dixi *non debent esse alternatiua*, vt v.g. consentio in P.F. Franciscum, vel in P.F. Petrum. Et ratio desumitur ex descriptione voti, quā tradunt Bal. *in d. c. quia propter col. 5. in princ. de elect.* & Boer. *decis. 1. num. 2.* Est enim votum animi deliberatio cum beneplacito determinans se ad hoc aliquid: Sed qui consentit in vnum, vel in alium non se determinat ad hoc aliquid. Ergo non debent esse alternatiua.

5 Dixi *incerta* vt v.g. eligo quem Guardianus elegerit, &c. Et ratio potest esse, quia huiusmodi voluntas est deceptoria, & non est voluntas: motus namque animi vnius nō potest consummari per motum animi alterius, & voluntas tua non est voluntas mea, & propria, nec dispositio valet. Angel. & Bald. *in l. captatorias ff. de hæred. instit.* Iason. *in l. frater à fratre num. 8. C. de impu. & alijs sub.* Paris. *cōs. 38. nu. 40. lib. 3.* Surd. *decis. 53. nu. 28. & decis. 68. num.* & Simon. de Præt. *de int. vlt. vol. lib. 1. int. 1. dub. 1. sol. 5. fol. 16.* Sed vota ideò dicuntur *vota cunctorum in cap. quia propter*, quia idem sonant quod desideria cunctorum, vel dispositiones animorum vt benè nota Panor. *num. 11.* & Boer. *d. decis. 1. num. 2.* Ergo non possunt consummari per dispositionem animi alterius.

Hic autem obiter aduerte hanc voluntatem quam deceptoriam dixi, verè non dici deceptoriam ab his Doctoribus quos retuli sed dici captatoriam. Sed reuera pace tantorum Doctorum non est captatoria, sed deceptoria. Voluntas namque captatoria propriè est illa per quam quis alium quærit inducere, vt sibi vel alteri commodum in vltima voluntate relinquat: inde dicta quòd captari est veluti aucupari aliena, vt à recentioribus, melius quàm ab antiquis explicatur, vt perbellè quidē, & elegantissimè multis ex eisdem recentiorib. allatis docet Rota in Roman. legati re. *Iunij 1616. coram R. P. D. Martino & decis. 359. p.* totā; sed præcipuè *nu.* 1
11. 12. & 19. corā Card. Seraph. vbi quoq; conceditur *d. num. 12.* præfatam voluntatem in alienum arbitrium collatam non valere ratione qua supra; sed non quod sit captatoria.

6 Dixi *condicionalia* vt v. g. consentio in talem si est talis condicionis, vt pùta si nouit iura, &c. Ratio autem quare condicionalia non debeant esse vota est quia actus legitimi non recipiunt condicionem *c. actus de reg. iur. in 6.* Sed eligere est actus legitimus vt probabitur *dub. 86.* Ergo vota non debent esse condicionalia: ita glos. *in d. actus legitimi* Anchar. *in d. c. 3. in princ.* & Franch. *num. 2. de elect. in 6.*

Ad

7 Ad lucidiorem verò exclusionem horum condicionalium votorum dupliciter sunt distinguendæ condiciones. Primò namq; sunt condiciones quæ insunt ipsi actui ex natura sua, vel de iure vt v.g. eligo talem ad Prouincialatū si vacat,& huiusmodi: Et sūt aliæ quæ sic non sunt vt v.g. eligo Petrum si iura nouit,& huiusmodi. Secundò aliæ sunt condiciones quæ referuntur ad futurum tempus vt v.g. eligo Zoilum si maior pars capituli consenserit in eum. Et aliæ sunt condiciones quæ referuntur ad præsens, vel ad præteritum tempus vt v.g. eligo Titium si viuit, vel legitimè natus est.

8 His sic distinctis dico primò condiciones de præterito, vel de præsenti, quæ insunt actui nō vitiare electionem,& ratio est quia adiectiones istæ non suspendunt actum, nec faciunt illum condicionalem *l. 3. ff. de legat.* a *l. aliquando ff. de condic. & demonstrat.* Lambert. *de iur. patr. 2. p. 2. lib. 4. q. 3. art. 9. num.* 2. Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num.* 216. Rodriq. *tom. 2. q. 5 1 art. 4.*

9 Dico secundò condiciones de præterito, vel de præsenti, quæ tamen non insunt actui, vitiare electionem, quia re vera videntur suspendere actum Monach. *in d. c. 2. num.* 5. Garc. *de benef. p. 8. c. 2. num. 9.* qui ait sic accipiendum esse Coras. *de benef. p. 4. c. 3. num.* 24. approbantem glos. & alios in sequenti dicto referendos.

10 Dico tertiò cōdiciones de futuro, quamuis etiam tacitè insint actui, vitiare tamen electionem, & ratio est, quia tunc istæ condiciones videntur exprimi suspensiuè,& faciunt actum condicionalem,& sic non exprimuntur eo modo quo insunt, nō enim insunt suspensiuè *l. si ita relictum §. illi si volet ff. de legat.* 1. Monach. *in d. c. 2. num. 7. de elect. in 6.* Et in hoc sensu Corras. *vbi sup.* quem sequitur Garc. *num.* 8. dicunt esse veram opinionem glos. *in d. cap. 2. verb. incerta* Archid. Domin. *num.* 10. & 11. Franch. *num.* 5. & aliorum *ibid.* Dec. *in reg. actus legitimi ff. de reg. iur. nu.* 14. Rebuff. *in concordat. in forma mandati verb. innodatus existit. vers. intellige, &* Couar. *lib. 3. var. resol. c. 16. num.* 2. Et pro hoc facit quòd condiciones suspensiuè etiam vitiant sententiam Panor. *in c. in litteris num. 4. de offic. deleg.* & Rota *decis.* 701, *nu.* 5, *coram Card. Seraph.*

11 Hinc conuincitur quod tradidit Cuch. *num.* 220. scribens *condiciones illas non vitiare electionem, videlicet eligo si iuramentum solitum præstiterit, vel si prius beneficium dimiserit, vel in Ecclesia resederit, modo exprimantur sicut insunt actui.* Sed re vera tantus Doctor hallucinatus est; nam vt rectè docuit Garc. *num.* 10. condiciones non exprimuntur, sicut insunt actui; cum exprimantur in futuro,& per consequens suspensiuè: Vltima namque condicio nempè *eligo si in Ecclesia resederit* ex sui natura respicit tempus futurum, & sic est suspensiua: Prima verò, & secunda cum sint indifferentes ad tempus præsens, præteritum vel futurū exprimuntur,& ipsæ quoq; suspensiuè, cum exprimantur in futurum. Benè igitur exprimerentur, sicut insunt actui, si diceretur eligo Titium si iuramentum solitum præstitit, vel præstat, si beneficiū dimisit, &c. Neque authoritates Geminiani,& Panorm. quas affert ipse Cuch. quicquam iuuant vel saltem parum, quia sunt in terminis de collatione, in qua aliud videtur dicēdum vt sentit item Garc. *vbi sup.*

Et hinc quoque patet quàm immeritò ipse Cuch. *num.* 221. approbatus à Rodriq. *vbi sup. in fin.* reprehendat Ripam *lib. 2. respons. c.* 32. scribentem electionem factam sub illa condicione, si placuerit Summo Pontifici, irritam forè, quia licet (inquit ipse Ripa) in omni electione intelligatur reseruata voluntas Sūmmi Pontificis, tamen ista inest resolutiuè,& contra eligentium voluntatem, at expressa est suspensiuè, & iuxta eligentium voluntatem.

Dixi denique *vota non debere esse indeterminata* vt v. g. volo eligere per verba infiniti modi,& non præsentis *eligo*: & ratio est quia infinitum nullam determinationē habet *l. serui electione ff. de leg.* 1. Bald. & Boer. *vbi supra* sola namque præparatio, vel destinatio ad actum nō producit actus dispositionem: differunt enim facere,& facere velle *tex. in §. ex eo autem instit. quibus mod. test. infir. l. pen. §. fin. ff. de bon. poss. secu tab. l. fin. §. illud quoq; C. de codicill.* Sim. de Prat. *de int. vlt. vol. lib. 2. inter.* 1. *dub. 2. sol. 1 num. 27. fol.* 113. Hinc est vt qui dicit velle facere Titium suum hęredē etiam coram legitimo numero testium; non tamen is fit suus hæres, si ad actum non fuerit deuētum *§. planè de testam. instit. de milit. testam.* Soc. *iun. cons. 179. lib. 2.* Paris. *cons. 67. num. 78. lib. 3.* Sim. de Præt. *d. sol. 1. num. 30. vers. rursus idem in eo.*

DVBIVM XXIX.

Quid si aliquis in scrutinio vota deferat inutiliter?

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur inutiliter suffragari.*
2 *Vota inutilia habentur ac si de capitulo non essent.*
3 *Idem iuris est de eo qui immittit schedulam albam in vrnam.*
Item qui exijt à loco capituli.
Item qui renunciauit.
4 *Quomodo fiant inhabiles actiuè, & passiuè qui suffragantur inutiliter?*
5 *Qui inutiliter suffragantur, possint variare ante publicationem scrutinij.*
6 *Qui suffragati fuere inutilier in vno scrutinio, possint purè suffragari in altero, si cassato primo celebretur secundum.*
7 *Ignorantia, & simplicitas excusat inutiliter suffragantes.*
8 *Quomodo excludenda inutilia vota?*



1 VIVS tituli sensus est quid agendum sit, si aliquis inutiliter vota deferat inutiliter, idest, si quis in electione Prælati, vel alterius Officialis Regularis suffragetur Sūmo Pontifici, siuè Episcopo, vel Hispaniarum Regi, &c. Vel in electione Discreti localis nominet v. g. Generalem, siuè Prouincialem, vel Guardianum siuè Priorē, & alios huiusmodi viros maiori, vel consimili cura detentos contra iuris, vel statutorum Ordinis dispositionem, siuè exclusos à passiua voce &c. Vel deniq; si condicionalia, alternatiua, siuè incerta vota ferret vt explicatum est *dub.* 28.

Explicatione tituli quæstionis sic præha-
2 bita respondeo primò huiusmodi vota pro non adiectis haberi, nec computari in numero vocalium ac si neminem nominassent, nec de capitulo essent; sed electionem consurgere ex maiori parte eorum, qui purè consenserunt: vt si, v. g. collegium constet ex decem suffragatoribus, quorum quatuor in aliquem consenserint, tres in alium, suffragium tulerint, & reliqui tres inutiliter suffragati sint tunc quatuor gaudens censetur electus à maiori parte, cum tres inutiliter suffragātes nō sint computandi in numero eligentium. *c. in electionibus de elect. in 6.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num.* 214. & 215. & DD. multi ex allegatis *in d. dub.* 28. & probatur etiam argumento eius qui in scrutinio per schedulas celebrato immisit schedulam albam in
3 vrnam, item eorum qui exeunt à loco capituli iam ad electionem congregati *c. cum nobis* vbi Panorm. *numer.* 11. *de elect.* & benè & latè tradit Cuch. *vbi supra num.* 181. *vsq; ad* 184. item argumento eius qui voto suo renunciauit glos. *in clem. quod circa de elect.* quia de his omnibus idem iuris est, quod de præfatis inutiliter suffragantibus conclusum est in præsenti: & vltra omnes DD. citatos *dub.* 10. *nu.* 23. sunt etiam Bonifac. *in d. c. cum nobis.* Nau. *lib.* 1. *cons.* 7. *tit. de elect. in nouis* Rodriq; *tom.* 2. *q.* 52. *art.* 13. Manual. prælat. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 20.

4 Respondeo secundò dictos inutiliter suffragantes non solum fieri inhabiles actiuè ea vice de qua agitur vt modò explicatum est; verum etiam passiuè hoc pacto, vt v. g. Si quatuor essent electores quorum vnus sperans eligi per duos consentiret v.g. in illum, ad quem maior pars accederet, vt sic, si valeret votum, vinceret, si non valeret, eodem met voto pro non adiecto habito, censeretur electus à maiori parte, puta à duobus ex tribus, in quibus remansit ius eligendi. Vnde talis electio non est confirmanda Ioan. And. *super glos. antepen.* & Anchar. *in d. c. in electionibus num.* 1: *de elect. in* 6. & præsertim quia in talibus multum notatur ambitio.

5 Quamuis autem hæc ita se se habeant, in triplici tamen casu non est locus præfatis pęnis irrogatis inutiliter suffragantibus: & primò secundum Ioan. And. Anchar. & Franch. *in d. c. in electionibus* si non seqnatur publicatio scrutinij; vnde si antedictam publicationem variassent prædicti deponentes, consentiendo postea purè, videtur huiusmodi pœna cessare, & hoc est secundum eumdē Franch. quod scribit Innoc. *ibid.* tales scilicet, *inutiliter eligentes posse alium purè eligere, antequā priuentur eligendi potestate*, idest antequā fiat publicatio scrutinij, iuxta interpretationem & intellectum Ioan. de Lign. & probatur ex *c. publicato de elect.*

6 Secundò non est locus memoratis pęnis, si post publicationē scrutinij appareat maiorem partem purè eligentium non consensisse in aliquem: vndè si nouum celebretur scrutinium possunt, & ipsi, qui inutiliter suffragati sunt iteratò suffragium præstare in hoc altero scrutinio, quia ille *tex. in electionibus* non priuat eos nisi pro ea vice, in eo, scilicet, scrutinio, in quo inutiliter suffragati sunt glos. *ibid. in fin.* Franch. & Gemin. qui ita exponit supracitatum dictum Innoc.

7 Tertiò non est locus memoratis pęnis vbi ignorātia, vel simplicitas excusat, & de fraude nullo modo præsumitur, vt in iunioribus fratribus euenire potest: vnde disquisitores audientes sibi inutile votum deferri, tenentur ex officio secretè admouere, & docere hu-

huiusmodi suffragatorem quæ vtilia, & quæ inutilia sint vota, & vt dicitur *in c. constitutus 2. de appell.* eum sub animæ periculo adiurare vt consentiat in vnum quem secundū Deum, & conscientiam suam meliorem dijudicat, & hoc est teste Panor. *in c. quia propter nu. 11. de elect.* & Siluest. *tit. electio 2. q. 4.* quod innuūt verba illius *tex. c. quia propter secretò, & sigillatim vota cunctorum exquirant*; Et licèt dictum sit supra *dub. 22. num. 5.* huiusmodi verba adhortatoria non esse de substantia: Attamen in præsenti casu negari saltem non potest quin sint de instiria: Vnde si talis admonitio non præcesserit ante publicationem scrutinij, & eo voto pro non adiecto habito, sequatur electio, tunc, si superiori constiterit nullam intercessisse fraudem dicti suffragatoris; sed talem errorem ex eius ignorantia, vel simplicitate processisse; tunc, inquam, idem astruendum esse existimo de hoc suffragatore, quod de non vocatis vocandis cō clusum est *sup. dub. 10. nu. 11. & 12.* prout clarè desumitur ex Panorm. *vbi supra nu. 16.*

8 Vltimò notandum circa hoc dubium eo modo esse excludenda hæc inutilia vota, quo inferius *dub. 67. num. 6.* & seqq. dicetur, esse excludenda excommunicatorum vota.

DVBIVM XXX.

An suffragium datum posit reuocari, & mutari?

SVMMARIVM.

1 *Electores nequeunt variare post, sed solùm ante publicationem scrutinij.*
2 *Huius assertionis vera ratio assignatur.*
3 *Explicatur eadem ratio.*
Dupliciter se habere possunt electores ad electionem.
Prætor siuè benè, siuè malè sententiam tulerit non potest eam mutare.
4 *Quomodo intelligenda conclusio?*
5 *Et quomodo limitanda?*
Fraudibus est occludendus aditus.
6 *An quando ex publicatione scrutinij apparet electionem futuram esse nullam ipso iure vel annullandam, possit reiterari antequā pronuncietur.*

1 ESPONDEO negatiuè post publicationem scrutinij; affirmatiuè verò ante eamdē publicationem, quod probatur *ex c. publicato de elect.* vbi habetur *Publicato scrutinio variare nequeunt electores*; & per consequens à contrario sensu resilire possunt à prima nominatione ante publicationem scrutinii, & in alium consentire Anchar. *in cap. perpetuo num. 3. de elect. in 6.* Gofred. *in sum. tit. de elect. num. 31.* Tabien. *eod. tit. num. 25.* Silueſt. *eod. tit. q. 7.* & communiter omnes in hoc conueniunt, sed discrepant in duobus.

2 Primò in assignanda ratione dictæ assertionis, multi enim DD. & præsertim glos. 2. *in d. cap. publicato verb. variare.* Ioan. And. & Ant. à Butr. varias addncunt, quæ pulchrè, & subtiliter refelluntur à Panorm. tamquam non necessariò concludentes, & monstratur ab eodem illas non magis militare contra variationem post publicationem scrutinii, quàm ante, & tandem ab ipso vera ratio affertur dicendo *Ideò publicato scrutinio nequeunt variare electores, quia sunt functi officio suo.*

3 Pro resolutione hæc ratio Panorm. mihi sumoperè placet, & maximè si declaretur: notandum est igitur summatim ex eius ibi dictis dupliciter se habere ad electionē electores. Primò non vt collegium; sed vt singuli iure proprio, ex quorum singularibus consensibus resultat electio; ita vt non sit necesse, vt fiat electio ab vno nomine omnium. Exemplum sit de electione iuris patronatus: & in his non sibi vendicat locum hic tex. *publicato.* Secundò se habent ad electionem electores non iure proprio; sed vt collegium (vt sunt Religiosi quemadmodum Rota *decis. 370. num. 8. coram Greg. XV.* explicat *clem. 1. de elect.*) & hi funguntur officio à iure eis delato singulariter consentiendo in scrutinio: at eius publicatione facta, quæ requiritur de vnanimi eligētiū cōsensu, nequeunt variare, quia iam perfecerūt quod ad ipsos spectabat: & si maior eorū pars in aliquem conuenerit, ius eligendi ab eis aufertur singulis, & remanet penes collegium: Electio enim, quæ postea cōmunis subsequi debet, non est singulorum; sed capituli *c. in genesi de elect.* Et hic tex. *publicato* secundum eundem Panor. aduersus Ioan. And. extenditur quoque ad electiones in quibus non attenditur *cap. quia propter de elect.* Hæc doctrina videtur ad mentem Anchar. *vers. tertiò principaliter.* Et item ad mentem Rotæ *decis. 486. num. 8.* coram

tora in Greg. XV. scribentis, Prætori, qui siuè benè, siuè malè functus est officio suo non cõuenire reuocationem suæ sententiæ *l. Paulus 1. & l. iudex postquam. ff. de re iudic. l. duo fratres. ff. de pœnis.*

4 Secundò discrepant circa intellectum *d. c. publicato.* DD. enim supracitati in assertione simpliciter illud interpretantes à contrario sensu, asserunt variationem semper licere ante publicationem scrutinij, vt dictum est, & idem videtur innuere Panorm. *vbi supra.*

At Host. *in sum. tit. de elect. §. qualiter. vers. nullo prorsus* Anchar. *in d. c. publicato. in fin. vbi* quoq; Henrich. Boich. *nu. 3.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 241.* Rodriq; *tom. 2. quæst. 51. artic. 7.* Manual prelat. *tom. 2. q. 23. artic. 24. concl. 2.* ita illum textum exponunt. *Publicato* idest, *antequam vocati sint* simul, vt publicationem audiant, vel postquam omnia suffragia in scriptis redacta, & simul permixta sint, quamuis ea nondum compromissarij, seu scrutatores recitare cæperint.

Pro resolutione dico priorẽ sentẽtiã illorũ DD. per se intelligendam esse, quia vt inquit Panorm. *vbi supra* textus requirit publicationem scrutinij, vt præclusa sit via variandi. Secunda verò sententia horum DD. intelligenda est per accidens, idest, aliqua fraude accedente arg. *c. sedes & c. ex tenore de rescript.* quæ fraus re vera præsumitur, si iam completo scrutinio, licèt nullatenus publicato, quis sine causa iusta vellet eo tẽpore in alium cõsentire, priore quem nominauerat omisso: tunc enim non videtur audiendus. quia *quod semel placuit, amplius displicere nõ potest c. quod semel. de reg. iur. in 6. & can. horrendus 23. quæst. 5.*

Dixi *sine causa iusta*, quia intercedente iusta causa secus est dicendum, vt puta si quis in aliquem inhabilem suffragium prçstitisset de quo si sequeretur electio, esset irritanda, tunc namq; videtur audiendus, etiam postquam omnia suffragia in scriptis redacta, & simul permixta sunt, modò ea nondum Compromissarij, seu scrutatores recitare cæperint.

5 Sed hçc limitanda sunt dummodò, scilicet, saltem vnus ex eisdem compromissarijs, memoria certò teneat in quem latum fuerit votum ab eligente, qui vult resilire à priori nominatione aliàs non esset admittenda variatio, nè fraudibus aperiretur aditus, quod fieri non debet. *l. in fundo. vers. neq; malitijs. ff. de rei vend. l. 1. §. penult. C. de latina libert. tollen. & c. vt circa iuncta glos. verb. viam malitijs de elect. in 6.*

6 Immò addo si maior pars electorum suffragata fuisset alicui indigno, & regulariter quandocumq; ex publicatione scrutinij appareat electionem mox publicandam futuram ex nullam ipso iure, posse electores, antequam pronuncietur electio, repetere scrutinium, aliumq; eligere, qui nihil vicij patiatur, & videtur textus *cap. perpetuò de elect. in 6.* Ita Ioan. And. & Innoc. *in c. Ecclesia vestra vers. sed quid dices. col. 4. de elect.* Bald. Compostell. *col. 5. vers. secundò quæro.* & DD. teste Panorm. *num. 9. in c. publicato de elect.* Hostien. *in sum. eod. tit. §. qualiter. vers. nullo prorsus.* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 3.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 243.* Secus verò dicendum, si electio futura non esset nulla, sed solum annullanda veniret; tunc enim non esset locus variationi, sed debet sequi electio, fortè namq; Superior dispensabit, vel contemptus elector aquiescet electioni, casu quo veniret irritanda, ex eo quod celebraretur electio aliquo electore contempto iuxta dicta *dub. 10.* & huiusmodi. Ita Innoc. Panorm. & Bald. *in d. c. publicato num. 12. vers. modò ego quæro.*

DVBIVM XXXI.

An vnquam possint manifestari suffragia?

SVMMARIVM.

1 *Compromissarij siuè scrutatores reuelantes aliquod suffragium peccant mortaliter, & electio est nulla.*

Proditor secreti de re graui peccat mortaliter.

2 *An teneat electio si elector ante, vel post scrutinium publicet votum suum?*

3 *In actu scrutinij si suffragia dentur publicè, vt ab alijs vltra scrutatores audiantur, electio est nulla.*

4 *Etiam si vnicum tantùm suffragium publicetur.*

5 *Etiam si ab vno tantum audiatur.*

6 *Item electio est nulla si suffragia manifestentur scrutatoribus vbi proceditur per schedulam obseratam.*

7 *Reprobatur opinio Nauar. & sequacium in in vno sensu.*

Vbi

Vbi appositum est decretum irritans magis attenditur forma legis, quàm intentio.

8 *Manifestatio suffragij facta ab electore in fraudem ad annullandam electionem non vitiat eam. Et in hoc sensu defenditur Nauar. opinio.*

9 *Dummodo tamen de tali fraude constet per concludentes probationes.*

10 *Decretum de non manifestandis suffragijs ligat etiam ignorantes quò ad nullitatem actus, non autem quò ad alias pœnas. num. 12.*

11 *Elector manifestans suum suffragium in actu scrutinij alijs vltra scrutatores, est priuandus eligendi potestate.*

13 *Immo sunt etiam priuandi illi alij audientes, & tacendo ratificantes.*

Delicta quæ patitur ciuitas perpetrari ab aliquibus ex suis, censentur delicta eiusdem ciuitatis.

14 *Compromissarij absoluti tenentur eligere per vota secreta.*

Non tamen adstringuntur ad obseruantiam c. quia propter de elect.

1 DE Compromissarijs, siuè scrutatoribus nullum iure meritò videtur esse dubium quin negatiuè sit sentiendum: tum quia adest secretum de re graui, cuius proditor mortalis culpæ nexu innodatur, sicut tenet communis opinio quã cũ alijs citat. Pater mihi colẽdissim. Onuphrius *de sacr sigill. sect. 5. q. 1. vers. dixi tamen fol. mihi 325 & ferè in terminis sect. 2. q. 1. vers. dixi secundo fol. 41.* Bonac. *de contract. q. 2. punct. vnic. num. 3.* Tùm verò in primis, quia Compromissarij, siuè scrutatores reuelantes, expressè conuincuntur violare præceptum Conc. Trident. *sess. 25. c. 6. de regul.* districtè præcipientis vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Vnde non solum peccant vt dictum est, sed etiam talis electio est nulla vt plenè notaui *dub. 8. nu. 8.* & patebit ex infra dicendis.

2 Non leuis autem difficultas vrget circa suffragatores, quid scilicet sit sentiendum, si elector votum suum alijs electoribus aperiret ante, vel post scrutinium; vel in ipso actu scrutinij? Sit ergo prima conclusio *Ante, vel post scrutinium nullo modo licet cui suum votum dederint publicare.* Sic Congregatio respondit *petenti an electio sic facta teneret?* teste Garc. *de benef. p. 5. c. 4. num. 197.* ex qua declaratione nobis innuitur iuxtà eundem Doctorem, electorem quidem perperam agere, electionem tamen esse validam, quia ex hoc in rei veritate non desinit esse secreta; tali enim manifestatione non obstante, potuit ipsemet elector pro vno suffragium ferre: & alium nominare, fingere, & simulare.

3 Secunda conclusio est si in ipso actu scrutinij manifestatio suffragij fit ab electore publicè, ita vt ab alijs vltra scrutatores audiatur, tunc electio sic celebrata viribus nõ subsistit Nauar. *lib. 1. cons. 9. num. 3. tit. de elect. in nou.* Rodriq. *tom. 2. quæst. 51. art. 9.* Manual. *prælat. tom. 2. q. 23. art. 19.* & alij. Et elector sic publicans est priuandus eligendi potestate pro illa vice. Garc. *de benef. p. 5. cap. 4. num. 195.* nisi ignorantia probabili excusetur.

4 Primam partem huius assertionis in qua dictum est electionem sic non secretò celebratam esse nullã, &c. amplia primò vt non solùm procedat si omnes palã suffragia præstent; sed etiam si vnus tantùm Garc. *vbi sup. num. 184.* idem approbat Rota in *Treueren. Abbatiæ S. Maximini merc. 20. Nouembris coram R. P. D. Coccino Decano §. secundò principaliter.* Et ratio est, quia cum decretum irritans appositum in *c. quia propter de elect.* & in Conc. Trident. *vbi sup.* inducat formam per dicta *dub. 3.* & forma sit indiuidua per responsa *in dub. 20. nu. 15.* sequitur electionem esse nullam etiam si vnus solummodò palam suffragetur.

5 Amplia secundò non esse necesse ad effectum irritandi electionẽ in casu de quo agimus, vt præfatus elector suffragetur palam cunctis audientibus; sed sufficere si vnus solummodò, vel aliqui qui non sint scrutatores, audiant, si viua voce dantur suffragia: Et ita in terminis procedit d. decisio Rotæ in *Treueren. Abbatiæ,* præsertim verò *in §. secundò principaliter, & in §. neq; etiam obstat.* vbi habetur electionem Abbatis non fuisse secretam secundum dispositionem *c. quia propter de elect.* vt tenet Hostien. *ibidem*, & dispositionem Conc. Trident. *vbi sup.* ex quo electi fuerunt tres scrutatores de collegio, & tres extra collegium: quod certè (inquiunt Domini) non esset dicendum si tres duntaxat de collegio electi fuissent. Item facit declaratio Illustrissimorum Interpretum super Concilium relata à Garc. *vbi sup. num. 191.* tenoris sequentis. *In electione Abbatissarum vota oretenus accepi non possunt à suis Superioribus cum duobus testibus, nec potest proximus Superior huiusmodi electionem irritam, & post factam con-*

-tra formam huius Decreti confirmare, & reualidare absq; Sedis Apostolicæ auctoritate: Quæ declaratio teste d. Garc. loquitur, & procedit quando vltra deputatos adhibentur aliqui in testes per quos posset publicari suffragium.

6 Amplia tertiò vt quando dantur suffragia per schedulam, &c. nec etiam possit manifestari suffragium ipsis scrutatoribus. Hinc Sacra Congregatio censuit teste Garc. *vbi sup. num. 193. Electionem esse nullam quando aliqui ex electoribus vnam schedulam recipiunt vnico nomine scriptam, & nomen electi notum scribæ, vel alteri reponunt in capsula: Similiter quando accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & vnam, quam voluerint reponunt, alteram scindunt: Et scriba poterit reuelare talem qui habuit vnam tantùm schedulam, vel talem qui habuit duas: Monendus est autem sic electus non legitimè se electū fuisse, & si fuisset conscius fraudis, esset puniendus, & admonendus vt petat à S. D. confirmationē.* Cuius nullitatis eā esse rationem autumat Rota *vbi sup.* quia per decretum irritans in Concilio Tridentino positum infringitur etiam possessio vt notaui *dub. 6. num. 4.*

7 Contra hanc secundam, & tertiam ampliationem est doctrina Nauar. Rodriq. & Mirand. *vbi sup.* asserentium electionem sustineri quando votum alteri ostenditur sine culpa capituli, quia defectus clandestinus alicuius electoris non debet nocere capitulo id ignoranti, neque actui aliàs legitimè facto per *capit. firmā. cum ei adnot. de procur.*

At meritò hanc opinionem noluit approbare Rota *vbi sup.* dicens *quid quid sit de hoc*, & ratio potest esse, nam vt in simili responsum est *dub. 20. num. 15.* fallit illud axioma quando aliquid inducitur pro forma, tunc enim videtur iure optimo defectus clandestinus nocere capitulo id ignoranti, & actui aliàs legitimè facto, quia cum ipsa forma sit indiuisibilis non potest in parte relinqui etiam in vnico tantum facto, quin tota destruatur Rota *vbi supra.* §. *secundò principaliter.*

Nec valet interpretari Concilium vt ipsi Nauar. Rodriq. & Manual. interpretati sunt intentionem scilicet eius fuisse, vt electio nō esset nulla, quando manifestatio suffragij fit secretò nec est causa præsumptiua, vel effectiua electionis: Nam respondeo formam legis magis attendi quàm eius intentionem, vbi expressè appositum est decretum irritans, vt est in casu nostro, ac proinde talem formam non posse adimpleri per equipollens, vt fusius tractaui *dub. 8. numero primò.*

8 Benè verum est, si opinio horū Doctorum accipiatur in sensu in quo accipiendam esse defendit Garc. *vbi supra* nempè electionem non esse nullam quando manifestatio suffragij fit ab electore in fraudem ad annullandā electionem, me quoq; libenter adhærere eorum sententiæ: non enim debet quispiam de sua fraude reportare cōmodum, & adduco bonum textum *in c. nobis, & in c. sicut tuis de simon.* vbi habetur actum tenere licèt aliquis occultè det pecuniā in acquisitione iuris spiritualis hac fraude vt qui illud adipiscitur, priuetur vt latè aduerti *dub. 58.*

9 Hinc infero electionem non vitiari si cōstaret apertè per concludentes probationes v. g. scrutatores non se inuicem scrutatos fuisse secretò sicut edocti sunt *dub. 22. num. 8.* vel prius scrutati fuissent aliquem electorem qui non esset scrutator vt *ibidem* dictum est, vel egissent aliud quidpiam simile de quo exemplificatum est supra *num. 5. & 6.* in secunda, & tertia ampliatione, & constaret, inquam, apertè aliquid horum ab eis, vel ab vno eorum factum fuisse, hac fraude, vt si postea electione peracta ei, vel eis displiceret illum talē electum fuisse, posset in medium afferre se secretò suffragatum non fuisse ad effectum vt ipsa electio irritaretur.

Concludens autem probatio in præsenti erit si v.g. constaret eum electorem, vel scrutatorē qui has insidias electo parauit vt eius electionem irritaret, esse eius inimicum & huiusmodi, &c. vt expressè habetur ex *d. c. sicut tuis cum ibi not.* per DD. *de simon.* Hic tamen aduertat electus, quòd si sit de collegio eligentium nō posse opponere scrutatori vel compromissario esse suum inimicum, & ratio est, quia ex quo ipse electus consensit in dictum scrutatorem quādo ad id munus assumptus est à collegio vel saltem tacitè donum habuit consensum aliorum, nō licet amplius ei opponere, est expressus tex. in *c. nulli de elect. in 6.*

10 Eandem denique priorem partem secundæ assertionis amplia quartò vt ignorantia seu simplicitas nō excuset quominus sit nulla electio si non suffragetur secretò, sicuti hucusque explicatum est. Hinc Sacra Congregatio sic censuit. *Electio Abbatissæ facta per vota non secreta per ignorantiam huius decreti non valet regulariter ac de more S. D. N. tamen dispensat consideratis circumstantijs*; Quia ex quo electio est nulla à principio illa non

potest

potest conualidari per superuenientem dispensationem Episcopi vt dicetur infra dub. 73. num. 4. & 5.

11 Posterioris partis huiusce secundæ conclusionis in qua dictum est Electorem sic publicantem esse priuandum eligendi potestate pro illa vice, nisi ignorantia probabili excusetur. Ratio est quia in omnibus electionibus in quibus attenditur dispositio *c. quia propter de elect.* suffragia sunt secretò fereda, si procedatur per viam scrutinij vel compromissi limitati, quemadmodum notatur communiter à canonistis ibid. *in verb. sigillatim & in c. cum expediat de elect. in 6.* aliàs imponitur pœna violatoribus his verbis *eligendi potestate priuentur* explanatis *dub. 3. num. 8. & 9.* Sed in casu nostro supponimus esse attendendâ d. decretalem *quia propter*. Ergo & eius trangressores erunt priuandi.

12 Subdidi *nisi ignorantia probabili excusetur, &c.* quia licet decretum irritans liget etiam ignorantes quò ad nullitatem actus vt dixi supra; secus tamen est dicendum quò ad alias pœnas vt patet ex dictis *d. dub. 3. num. 7.*

13 Hanc quoque posteriorem partem conclusionis sic probatam amplia vt non solum dictus elector sic manifestans suũ suffragium sit priuandus eligendi potestate vt dictum est, sed etiam alij electores audientes illum publicè suffragantem, & tacendo ratificantes, sunt & ipsi priuandi, nisi ignorantia excusentur. Pro hoc facit quod in simili traditur de ciuitate quæ patitur perpetrari delicta ab aliquibus ex suis, quia censentur esse delicta ciuitatis, eiq; imputantur, satis enim declaratur voluntas factis, & habetur proindè ac si cõsultè id fieret, cum ab ea id prohiberi possit, vt desumitur *ex c. felicis in fin. vers. ciuitas vbi glos. verb. priuata*, & communiter canonistæ *de pœnis in 6.* & tradunt Anchar. *cons. 156. ex narratis in facto col. 5. & in clem. 1. vbi quoq;* Card. *in 2. quæst. de pœnit.* & sequitur Ananias *in c. dilectus 2. de simon* Felin. *in c. cum omnes num. 31.* & Ioan. Bapt. Ferret. *num. 59. de consil. in repet.* & latissimè Farinac. *in tract. de crim. læs. maiest. q. 112. num. 101. & seqq.*

14 Tertia conclusio est, si electio celebretur per compromissum absolutum, adstringi, & ipsos Compromissarios ad secretò suffragandum ex vi Conc. Tridentini, licèt non teneantur ad obseruantiam *d. cap. quia propter* idest quantum ad illa, quæ tradit illud capitulum de forma scrutinij.

Ratio huius conclusionis eam esse censeo quia quamuis valeat argumentum quod in omni electione in qua attenditur decretalis *quia propter de elect.* sit quoque attendenda dispositio Concili Tridentini; non tamen sequitur postea quòd in omni electione in qua nõ est seruanda illa decretalis, non sit item executioni mandanda dispositio Conc. generalior enim est dispositio Concilij, quàm decretalis præfatæ.

Et insuper prior pars huiuscemet conclusionis probata relinquitur ex declaratione Sacræ Congregationis relata à Garc. *p. 5. c. 4. num. 284. Quæsitum fuit si in electione Prælatorum Regularium procedi possit alia via quàm per scrutinium, vtpotè per viam Compromissi, aut quasi Inspirationis, aut oportet procedere per viam scrutinij tantùm quò possit satisfieri decreto Conc. vt vota sint secreta? Congregatio censuit electionem horum Prælatorum debere fieri tunc per vota secreta vt se habent verba Concilij* licèt contrarium afferat Rodriq. *in sum. c. 102. num. 1. & cap. 105 num. 3. & qq. reg. tom. 2. q. 51. art. 9. in fin.*

Posterior verò pars patet ex *d. c. quia propter*, & docent Ioan. And. *in c. per nostras de iur. patr.* Panorm. *in c. cum in iure num. 5. circa med. vers. sed considera de elect.* & Siluest. *tit. electio 2. q. 18. num. 23.*



CAPVT QVINTVM

De idoneitate, seu meritis eligendorum.

DVBIVM XXXII.

Quis sit dignior ad hoc, vt sit alijs preferendus in electionibus?

SVMMARIVM.

1 *Quis dignior cæteris sit censendus?*
2 *Dignior simpliciter non dicetur, qui aliàs sustinuit munus de quo agitur.*
3 *Antiquioritas nihil confert ad dignioritatem.*
4 *Nec item nobilitatis qualitas. Quod limita, vt num. 5.*
Responsio quorundam electorum, qui fuerunt redarguti ex eo quòd ignobilem elegissent.

1 IGNIOR dicitur ad effectum de quo agimus ille, qui ad Prelaturam, vel munus de quo agitur gubernandum, & sustinendũ aptior, & conuenientior est omnibus consideratis, & perpensis, non verò sanctior, vel doctior, qui tamen in cæteris non est ita aptus illi ministerio sicut primus non tanta sanctitate, & doctrina excellens, quia ad maiores qualitates morum, & litterarũ absolutè non est attendendum in hac materia: sed ad illas solummodò, quæ muneri de quo agitur magis proficuæ, & vtiliores erunt, dummodo præficiendus, siuè eligendus sit aliàs bonus, ac idoneus vita, & moribus ac Doctrina D. Thom. 2. 2. q. 63. *art.* 2. *& quodlibet* 8. *art.* 6. Felin. *in c. cum adeò num.* 6. *de rescript.* Sot. *de iust. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *concl.* 9. *prim. limit. concl.* Siluest. *tit. electio* 1. *q.* 16. Conar. *in reg. peccatum* §. 7. *num.* 4. *vers. dignior.* Tabien. *tit. electio* 1. *num.* 14. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 15. *q.* 1. Gutierez *qq. can. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 66. Aragon. 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. *ad.* 4. *concl.* 1 Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 14. *num.* 61. Rota *decis.* 65. *num.* 8. *& decis.* 537. *num.* 14. *p.* 1. *in recent.* vbi quoq; refertur idem resolutum fuisse *in Beneuentana Parochialis* 13. *Iunij.* 1590. *coram Orano & in Reuennat. Parochialis* 2. *Decembris. coram Card. Arrigonio.*

2 Hinc infertur primò digniorem simpliciter non dici, qui Ecclesiam, vel munus de quo agitur, aliàs rexit, & sustinuit; quia hoc respicit ipsius sufficientiam; sed non concludit dignoritatem; ita vt in concursu, seu electione sit præferendus Rota *decis.* 11. *num.* 7. *coram Greg. XV. & fuit dictum in d. Beneuentana Parochialis coram Orano. & nouissimè in Eugubina Parochialis S. Venantij* 13. *Ianuarij.* 1623. *coram R. P. D. Remboldo.*

3 Infertur secundò antiquioritatem receptionis ad habitum, siuè Sacerdotij, vel anterioritatem ætatis nihil conferre ad idoneioritatem, & per consequens eam non esse attendendam. Rota *decis.* 38. *lib.* 2. *p.* 3. *diuers. quam allegat, & sequitur ead.* Rota *decis.* 411. *num.* 1. *p.* 2. *in recent. & in d. Eugubina coram Remboldo.* Neq; est nouum iuniores plerumq; senioribus doctrina, & morum honestate præcellere, vt respondit Rota *decis.* 275. *corã Card. Mantic.* canicies enim hominum est prudentia, non ætas. *can. fin. d.* 84.

4 Infertur tertiò nullo pacto esse attendendam nobilitatis qualitatem ad effectum eligendi digniorem *c. venerabilis de præben. gloss. vul. in c. quoniam vetus.* 24. *q.* 1. & Felin. *in c. cũ adeò num.* 6. *de rescript.* vbi refert quosdam electores redargutos ex eo quòd Prelatum ignobilem elegissent respondisse *Petro piscatori successorem quærimus, non Augusto Imperatori.* Vnde nobilitas electi non excusabit electores, si malum elegerint: immo grauioribus pænis essent puniendi, quia quantò nobilior, tantò nocibilior teste, Felin. *vbi sup.* Neq; si fuerit indoctus nobilitas sola supplebit literaturam; Bald. *in l. in dando. ff. de tutor. & cur. da. ab his.*

5 Hanc tertiam tamen illationem limita, vt procedat considerata; nobilitatis qualitate in se; sed quando in aliquo casu electio alicuius nobilis futura esset in vtilitatem Religionis, vel Ecclesiæ: posset tunc præferri alteri absq; acceptione personarum B. August. Ancon. *de potestat. Eccles. quæst.* 47. *artic.* 4. *in fin. resol.* & latè Marc. *quæst.* 1210. *num.* 3. *p.* 1.

DV-

DVBIVM XXXIII.

An eligentes dignum digniore omisso mortali labe se commaculent?

SVMMARIVM.

1 *Peccat mortaliter, qui eligit dignum, & omittit digniorem.*
2 *Quod limitatur.*
3 *Sententia Abulens communiter reprobata.*
4 *Item Caietani & refellitur à Salon.*
5 *Peccat mortaliter qui eligit dignum, & prætermittit notabiliter digniorem in beneficijs curatis, non verò in alijs, licèt magni momenti: Nisi fiat concursus. num. 9.*
6 *Vel nisi cautum sit aliqua lege, vt semper eligatur dignior, vt fit in multis Religiobus*
7 *fratres Minores violantes suas constitutiones nullam contrahunt culpam.*
8 *Quomodo vigeat præceptum canonicum de eligendo digniorem in quibuscumque muneribus.*
10 *Peccat venialiter tantùm, qui eligit dignum, & prætermittit parum digniorem.*
11 *Refellitur opinio cuiusdam moderniori s.*
12 *Ex quo sumenda sit radix grauitatis, vel leuitatis materiæ respectu peccati ad effectum eligen i digniorem? & num. 14.*
13 *Quod peccatum sit inuertere ordinem charitatis in subueniendis propinquis?*
15 *An mortaliter peccent electores violantes in parua materia iuramentum quo se adstrinxerunt ad eligendum digniorem?*

1 RESPONDEO affirmatiuè *auth. de monachis. §. ordinationem.* vbi iubet Imperator, vt qui inter monachos est omnium optimus præficiatur in Pastorem & Abbatem. & Conc. Trident. *sess. 24. c. 1. de reform.* vbi decernit Sancta Sinodus eos mortaliter peccare, qui non eligunt quos digniores iudicauerint vide *cap. 18. eiusdem sess.* D. Thom. *2. 2. q. 63. art. 2. & quodlib. 8. art. 6.* Panorm. *in c. constitutis num. 7. de appell.* Gomes. *in c. vt animarum num. 23. de constit.* Abulens. *in c. 22 Ma t. q. 118. § secundò quæ itur* Bannes. *2. 2. q. 63. art. 2. dub. 3. concl. 2.* Zecch. *in sum. p. 2. tit de accept. personarum c. 77. num. 8.* Paris. *de resign. benef. lib. 4. q. 11. num. 35.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. §. altera opinio affirmat.* Gōzal. *supra reg. 8. cancell. glos. 4. num. 128.* Garc. *de benef. p. 7. c. 16. num. 2.* Turrian. *de iust. tom. 2. disp. 32. dub. 1. & 2.* & innumerabiles ferè DD. tàm SS. PP. quàm Theolog. Canonist. & Summist. qui passim non solùm à prædictis, sed ab omnibus ferè referuntur, quorum maior pars, licèt expressè lethale peccatum non astruat; attamen ita sunt intelligendi, prout non obscurè ex ipsis elicitur teste Salon *2. 2. q. 63. art. 2. contro. 3. concl. 2. §. nunc ad argumenta.* Ratio est quia iustitia distributiua, & commutatiua leditur. Et deniq; hanc assertionem sustinet Rota *decis. 942. nu. 4. coram Card. Seraph. & fuit dictum in Toletana canonicatus 18. Maij. 1584. corā Clem. VIII. & in Valesoletana Præminen. 24. Nouembris. 1603. coram Pamphilio.*

2 Huic verò assertioni duplex limitatio adhibenda est ex paruitate materiæ. Prima limitatio versatur circa prælaturam, vel munus de quo agitur. Secunda versatur circa excessum dignitatis, siuè meriti eligendorum.

3 Quò ad primam limitationem spectat variè opinantur DD. primò namq; Alens. *p. 3. q. 119. art. 3.* vult solùm memoratam conclusionem procedere in electione ad Episcopalem dignitatem, in minoribus autem beneficijs negat. At eius sententia communiter refellitur, vt notum est ex Less. de iust. *lib. 2. c. 34. dub. 14. num. 64.*

4 Secundò Caiet. *in sum. tit. electio & ientaculo 12. ad 4.* asserit considerato officio, labore & onere quod præsefert spirituale regimen, non autem considerato honore personæ eligendæ, non esse mortale, si postposito digniori, minus dignus ad oneris officiū eligatur. At hæc opinio nullo modo est admittenda & aduersari videtur communi DD. sufficienterq; reprobatur à Salon *vbi supra concl. 3.* & satis superque conuincitur ex verbis Sacri Conc. Trid. *vbi supra. Omnes verò, & singulos qui ad promotionem præficiendorum quodcumq; ius, quacumq; ratione à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in ijs pro præsenti temporum ratione innouando hortatur & monet, vt in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere, quàm si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promouere studeant, eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, &c.*

Neque obstat illud Paul. *ad Timot. 3. & ad Tit. 1.* qui scribens de condicionibus eligendorum 5

dorum ad Episcopatum non meminit condicionis comparatiuæ, vt scilicet eligendus sit cæteris dignior; sed tantùm condicionum positiuarũ, vt scilicet sit sobrius castus, &c. Nam resp. cum Sot. & Salin. *vbi sup. vers. argumenta quoque Caiet.* D. Paulum illis locis tot partes, & perfectiones exigere in Episcopo, & Pastore, vt apertè constet exigere digniorem, etiamsi absolutè, simpliciter, ac sine vlla comparatione loquatur: positis enim illis perfectionibus in vno, poterit quidem dari par illi, & equalis, non tamen melior, nec dignior.

Tertiò Gabriel. *4. dist.* 15. *q.* 7. *art.* 3. *dub.* 1.
5 *propos.* 2. Angel. *tit. electio num.* 21. Petr. Nau. *de restit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 147. generatìm docent lethale tantumodò esse ad omnia beneficia curam animarum habentia eligere dignum prætermisso digniore. Rebell. *de oblig. iust. p.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 4. *num.* 11. hoc dictum extendit ad Prælaturas Regulares: & idem Rebell. Siluest. *tit. electio* 1. *quæst.* 16. Azor. *vbi supra cap.* 26. *q.* 12. *&* c. 15. *§. altera opinio* Arragon. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *concl.* 1. Less. *vbi sup. num.* 66. Sanch. *in præcep. decal. lib.* 2. *c.* 38. *num.* 67. *circa med.* Turrian. *vbi sup. num.* 6. & alij extendunt etiam ad simplicia, & munera magni momenti. At hanc posteriorem extensionem validè probant non admittendam esse Ledesm. *in sum.* 2. *p. tract.* 7. *c.* 2. *concl.* 7. *maximè in princ. &* 9. *&* 15. *difficult.* Gutierez. *qq. can. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 12. & Garc. *de benef. vbi sup. num.* 16. aliàs omnes ferè Prælati prouidentes dicta beneficia, & munera dignis, omissis dignioribus, essent in statu damnationis, quæ accerbissima esset profectò sententia.

Pro resolutione huius limitationis mihi placet sententia Gabriel. sic primò extensa per Rebellum, moderatamque per Ledesm. & sequaces; ita vt semper sit peccatum mortale eligere dignum, omisso digniore ad munus cui animarum cura subest: & eiusdẽ sententiæ sunt glos. *in c. monasterium* 16. *q. vlt. & in c.* 3. *verb. quia maioribus vbi quoq;* Panorm. *de iur. patr.* & idem Panorm. *in c. constitutus* 2. *vbi* Franch. *num.* 4. & Dec. *de appell.* & idem Dec. *cons.* 12?. *num.* 2. Couar. *in reg. possessor. p.* 2. *§.* 7. *num.* 4. Natta *cons.* 537. *num.* 53. *lib.* 3. & sæpissimè resoluit Rota apud Caputaque *decis.* 69. *lib.* 1. *in manuscript.* prout refert, & sequitur eadem Rota *d. decis.* 942. *num.* 5. *coram Card. Seraph.* vbi explicatur sic voluisse Sacrũ Conc. Trident. *vbi sup.* & refertur ita censuis-
6 se Sacram Congregationem. Hæc ergo, inquam, mihi placet sententia, dummodò intelligatur, nisi aliqua lege, vel constitutione particulari cautum sit, vt semper eligatur, seu prouideatur dignior, vt benè aduertit Garc. *vbi sup. num.* 17. & quidam alij ex precitatis, & colligitur ex Gutierez, vbi supra, & alijs ab eo ibi allegatis. Vt de facto in multarum Religionum statutis cauetur.

Vndè infertur in hujusmodi Religionibus neminem electorum à culpa mortali immunem esse, si in dignum, omisso notabiliter digniore suffragium tulerit, nec refert an sit electio, vel prouisio, vt expressè tradunt Armil. *tit. electio num.* 4. Gutier. *num.* 42. Rodriq. *tom.* 2. *q.* 52. *art.* 2. *&* 5. & Polic. *in c.* 8. *num.* 27. nam cum vbicumque militet eadem ratio, nempè læsio iustitiæ distributiuæ, militat quoque eadem iuris dispositio, & fit extensio de casum *l. illud ff. ad leg. Aquil. vbi glos. l. non possunt ff. de legibus c. traslato de const. cum ibi not.* & explicabitur infra *dub.* 125. *nu.* 3. *& seqq.*

7 Obijcies statuta multarum Religionum nullam culpam imponunt eorum violatoribus præter iniunctam à iure communi vt Rodriq. *tom.* 1. *q.* 10. *art.* 8. de statutis fratrum Minorum probat per quandam constitutionem Sixti IV. Sed per moderationem prædictam Ledesmæ, & sequacium de iure communi nulla contrahitur culpa lethalis eligendo dignum, omisso notabiliter digniore in muneribus magni momenti, quibus animarum regimen non competit. Ergo, & in Ordine illo statutorũ violatores in electionibus Discretorum, Disinitorum, & huius-
8 modi culpa lethali vacabunt.

Respondeò primò negãdo minorem nam *in c. vnic. vt eccl. benef.* extat quidem præceptum Innoc. III. de dando munera magni momenti dignioribus: At ipse Papa, & omnes alij Prælati faciunt vt abrogata videatur dicta Constitutio Pontificia inter clericos sæculares: statuta verò prædicta indicũt ipsam nullatenus esse abrogatam inter regulares.

9 Respondeo secundò in beneficijs simplicibus, & muneribus magni momenti, ad quę plurium oppositorum numerus concurrit, & vbicumque fit comparatio boni ad meliorem, nemini verti in dubium quin sit peccatum mortale, prætermittere notabiliter digniorem ob hanc præcipuè rationem, quia grauis iniuria fit ipsi digniori. B. August. Ancon. *de potest. Eccl. q.* 3. *art.* 3. *in resolut.* Nau. *c.* 17. *num.* 74. Arragon. *vbi sup. quæst.* 63. *art.* 2. *concl.* 1. Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 75. & ita intelligendam vel potius limitandam esse di

ctam

ctam moderationem Ledesmæ insinuat ipse Gutierez eius sequax, & apertè resoluit Rota *d. decis. 942. coram Card. Seraph.* Ergo pari ratione liber non est à mortifero crimine elector qui in electionibus regularibus prætermittit digniorem notabiliter, & eligit dignũ, negari enim non potest quin non leui afficiatur iniuria præfatus longè dignior: Vndè meritò Salon. 2. 2. *q. 63. art. 2. cõtrou. 3. cõcl. 2. vers. quartò in Religionibus*, & Turrian. *dub. 4. nu. 1.* volunt Religiosos semper teneri in suis electionibus digniorem eligere, vel eorum superiores semper adstringi prouidere de digniori.

Hæc igitur prior limitatio limitat assertionem, in hoc, vt non procedat in beneficijs non curatis, & muneribus magni momenti, quando sine concursu conferuntur, vel aliud aliqua lege, vel cónstitutione cautum nõ sit: vt est apud clericos sæculares: At vbi per comparatione boni ad meliorem conferuntur dicta munera vt est apud Religiosos, vel id caueatur aliqua constitutione, conclusio solum limitatur in hoc vt non procedat in muneribus parui momenti iuxtà doctrinam Arragon. *vbi sup. q. 62. art. 2. ad 4. concl. 1. in fin.* & omnium proximè citandorum in sequenti limitatione.

10 Quò ad secundam limitationem attinet Gerson. alphab. 24. *lit.* R. Sot. *de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. concl. 9. prim. limit. concl.* Valent. & Bannes *vbi sup. concl. 1.* Salon. *vbi sup. art. 2. vers. his positis* citans quamplurimos alios Zecch. *in sum. tit. de accept. person. c. 77. col. 9. §. notandum sextò* Gutierez *vbi supra num.* 2. *&* 59. Rebell. *vbi sup. num.* 12. Garc. *num.* 8. *&* alij ita limitant memoratam conclusionem, vt scilicet veniale tantùm sit eligere dignum, digniore omisso, vbi excessus dignitatis, & meriti huius dignioris est paruus, licèt officium, vel munus magni momenti extet. Hinc statuta Sacri Ordinis Cartusiensis loquentia de electione Prioris conuentualis *p. 2. c. 2. num. 9.* hæc habent de mente iuris communis, vt legentibus notum sit. *Quin etiam scire illos debere, quòd sub pæna peccati mortalis tenentur eligere talem, quem ipsi in sua conscientia credant aut verisimiliter existiment esse magis idoneum ad regendum secundum Deum animas, & domũ eorum in vtroque statu: quàm sit aliquis alius qui pro tunc ad id ab eis eligi posset, nisi fortè tàm parua esset inter eum quem eligunt, & alium illo aptiorem differentia, quòd meritò hoc pro nihilo reputari debere videretur.*

11 At nouissimè quidam ex prællegatis modernioribus omninò existimat falsam hanc limitationem, nec vllo pacto admittendam esse singulariter contendit. Fundamentum eius est, quia præceptum eligendi digniorem habet pro materia actum electionis beneficij, aut præbendæ &c. actus autem iste, sicut beneficium, & præbenda, magni momenti est. Ergo si manifestus sit excessus aliquis dignitatis, & meriti, quamuis paruus, ita vt quis dijudicetur dignior omnibus consideratis, grauis erit obligatio eligendi illum, & grauis itidem erit violatio iustitiæ distributiuæ electionem facere muneris magni momenti contra ius dignioris.

Hæc opinio pace tanti Patris plus mihi videtur conferre ad scrupulos incutiendos viris timoratæ conscientiæ, vt liquet ex doctrina Sot. & Gutierez. *vbi sup. nu.* 58. quàm ad veritatem: Nec vllo modo existimo eutum recedere à priori sententia omninò communi, vt videre licet apud Salon.

12 Ad fundamentum eius dico radicem grauitatis materiæ respectu peccati non esse hic sumendam ex maiori, vel minori quantitate vtilitatis, vel qualitate honoris, & huiusmodi &c. quæ efficiunt munus, seu beneficium prçstantius; sed ex excessu magno, vel paruo meriti, seu dignitatis, qui est inter personas eligendas, vt expræsse habetur ex supra relatis verbis Conc. Trid. & ibi: *sed eorum exigentibus meritis &c.* qui excessus cum in hoc casu sit exiguus efficit vt culpa venialis non excedatur: Vt in simili docet D. Thom. *vbi sup. q. 26. art. 8.* communiter receptus de ordine charitatis magis coniunctis esse faciendam eleemosynam: At si quis subueniat consanguineo in quarto gradu, dimisso consanguineo in tertio: Vel opem ferat Matri, relicto Patre, veniali tantùm macula se inficit, quia excessus inter has personas est exiguus, licèt res in qua non seruaretur ordo esset vita, aut aliquid aliud graue, quia etiãsi vita res granissima sit: ratio tamen subueniendi potius Patri, quàm Matri est leuissima, sicut excessus cõsanguinitatis Patris ad Matrem est exiguus vt patet ex ipso Salon. & videtur etiam sentire Suar. *de triplici virt. theol. tract. 3. disp. 9 sect. 4. num. 8.*

13 Dices ergo quando inter munera erit excessus leuissimus, inter personas autem notabilis, erit peccatum mortale contra priorem limitationem, si ab excessu qui est inter personas sumenda est radix grauitatis materiæ. Respondeo summendam esse quidem simpliciter ab excessu, qui est inter personas; nihilominus, quia quando inter beneficia excessus est exiguus, damnum quod infertur digniori

digniori est exiguum; ideò ex paruitate materiæ est tunc quoq; veniale. Vnde concludamus hoc dubium dicendo tunc solum esse peccatum mortale eligere dignum digniore omisso, quando adest excessus magnus inter personas eligendas, & inter munera conferenda, quando verò excessus est leuis inter personas, licèt sit grauis inter munera, seu versa vice, sit grauis inter munera, & leuis inter personas, tunc nunquam exceditur culpa venialis.

Sed hæc regulariter intellige; nam si acce-
15 dit iuramentum: tunc maior difficultas vrget, an electores semper mortali labe se commaculent etiam in paucitate materiæ: Vnde in Religionibus, in quibus electores iurant secundum veritatem cuiuscumq; conscientiæ se probiores, ac magis idoneos electuros non improbabile est eos semper mortaliter peccare non eligendo digniorem, licèt essemus in paruitate excessus beneficij, vel meriti eligendorũ iuxtà opinionẽ Valent. *tom.* 3. *disp.*6.*q.*7.*punct.*2. Less. *dub.*5.*n.*23. Reginald. *lib.*18.*nu.*79. & aliorum affirmãtiũ transgredientẽ iuramentũ in re parua seriò promissa non vacare culpa lethali, quã sententiã tutiorem, & probabiliorem existimat Bonac. *de legib. disp.* 4.*q.*1.*p.*14.*num.*2.*in fin.*

Licèt re vera mitior videatur opinio Nauar. Suar. & aliorum multorum quos refert & approbat Sanch. *in præcep. decal. lib.* 3. *c.* 14. *num.* 23. non esse, scilicet, peccatum mortale quando iuramento promissorio sola veritas de futuro deficit: idest quando adfuit quidẽ animus adimplendi tempore iuramẽti emissi: At postea res promissa non impletur.

Dixi *quando tali iuramento promissorio sola veritas de futuro deficit*, quia si veritas de præsenti deficiat, idest si tempore quo iuramentum emittitur non adsit animus seruandi rem quæ cum iuramento promittitur, siuè ea parua, siuè magna sit, nunquam sic iurans à mortifero crimine excusatur. Et in hoc cõueniunt omnes, & est certissima, & communissima sententia vt videre licet apud eumdem Sanch. *vbi supra nu.* 16. *& apud* Barbos. *de offic. episc. p.* 3. *alleg.* 50. *num.* 20. *&* 21.

DVBIVM XXXIV.

An electio habita de digno, omisso notabiliter digniore teneat in foro fori, & an sic electus possit iuste consentire electioni huiusmodi?

SVMMARIVM.

1 *Electio facta de digno prætermisso notabiliter digniore tenet in foro iudiciali.*

2 *Statutum annullans electiones habitas de dignis omissis dignioribus non tenet.*

3 *Opinio Beltramini refellitur.*

4 *Exponitur bulla Pij V. super prouisione Parochialium.*

5 *Dignus iustissimè acceptat, & possidet munus ad quod electus est.*

Superbum præsumptuosum, atq; adeò stultum est arbitrari se cæteris meliorem.

1 D priorem partem dubij dico talem electionem esse validã in foro externo, prout apertè tradunt D. Tho. 2. 2. *q.*63. *art.* 2. *ad* 3. Abul. *in c.* 22. *Matth. q.* 118. §. *considerandum etiam.* B. August. Ancon. *de potest. eccles. q.*3. *art.*4. *in resolut. iuncta q.*47. *art.* 2. *in resolut.* glos. *in c. quoniam verb. qui maioribus.* vbi quoq; Panor. *de iur patr.* & idem Panor. *in c. constitutus num.*7. Franch. *numer.*4. Imol. & Præposit. *num.* 16. *de appell.* idem Præposit. *in c. sexta Synodus dist.* 16. *num.* 8. Dec. *in c. in præsentia nu.*193. *de probat.* Paris. *de resign. benef. lib.* 4. *q.* 11. *nu.* 40. Nau. *lib.* 5. *tit. de Sim. cons.* 21. *num.* 1. *in antiq.* Gonzal. *in reg.* 8. *cancell. glos.* 4. *num.* 129. Salon. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *controu.* 3. *col.* 4. *vers. obseruemus ergo* vbi de communi Rodriq. *tom.* 2. *q.* 52. *art.* 5. dixerunt aliqui ex Dominis in Rota *decis.* 11. *num.* 8. *coram Greg. XV.* & semper firmatum est in ea, vt liquet ex eadem Rota *decis.* 4. 5. 6. *&* 7. *apud Marches. p.* 1. *tit. de commiss. appell. in cau. benef. c.* 7. *in fin.* & maximè idem resoluit in terminis de electione Prælatorum Regularium *decis.* 65. *num.* 8. *p.* 1. *in recent.* & probatur ex *c. cum nobis de elect. c. nisi cum quidam.* §. *pro defectu. de renunc. c. fin. de præsumpt.* & alijs benè deductis per Couar. *in reg. peccatum p.* 2. §. 7. *num.* 4. *vers. igitur iura humana.* quem expressè sequuta est nouissimè Rota *in Eugubina Parochial. S. Venātij Veneris* 13. *Ianuarij* 1623 *coram R. P. D. Remboldo.* etiam non obstante
2 iuramento de digniore eligendo præstito ab electoribus Rota *in Toletana canonicatus* 18. Maij. 1584. *coram Clem. VIII.* Atq; adeò dico si v.g. conderetur statutum per quod electio facta de digno omisso digniore, irrita denunciaretur: profectò tale statutum, nullius roboris, vel momenti existeret, vtpotè contra ius commune militans, nisi confirmaretur à Summo Pontifice in forma speciali iuxtà dicenda *dub.* 108. *nu.* 2. Ita Rota *d. decis.* 4. *apud Marches.*

Beltra-

3 Beltraminus *in annot. ad d. decis. 11. Greg. XV.* dictam assertionem concedit in omnibus beneficijs præterquã in Parochialibus, & Curatis, in quibus, ait periculosam esse ex deductis secundum eumdem à dictis *in Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. coram Card. Sacrato, & Ripana Parochialis 1. Iunij 1609. coram Ottembergo à Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. & Bulla Pij V. super prouisione Parochialiũ.*

Quamuis autem huius Doctoris authoritas apud me plurimum valeat ob eximiam eius scientiam, & longum eius vsum in Romana curia: attamen in præsenti tutius censeo vniuersaliter sequi dictam assertionem in praxi, aliàs huiusmodi electiones essent litib. & cõtrouersijs innumeralib. suppositæ.

Neque obstant dictæ decisiones Rotæ ab eo adductę; tum quia non ita clarè loquuntur: tum verò in primis, quia factæ sunt aliæ posteriores decisiones, quæ & clarè loquuntur, & maiori studio sunt elaboratæ, vt patet ex allegatis à nobis, & maximè ex illa *in Eugubina de anno 1623.* vnde prioribus derogant: sic in simili respondit eadem Rota *decis. 1029. num. 13. coram Card. Seraph.*

4 Neque item obstat Conc. Triden. & Bulla Pij V. nam respondit eadem Rota *in ipsamet Eugubina*, illam bullam sibi vendicare locum, vbi probatum fuerit Episcopum in collatione Parochialium, &c. sequutum fuisse non rationis iudicium; sed carnalitatis, aut humanæ passionis affectum: & vbi non probatum fuerit per concludentes probationes liquidò constare de tali irrationali, & doloso iudicio Episcopi, eius arbitrio relinquitur dijudicare quis idoneior sit non obstante contrario iudicio, & approbatione examinatorum, quia non ligantur manus Episcopi, vt eorum iudicium, & approbationem sequi, vel eis credere teneatur: & ita procedere *d. c. 18. Conc. Trid.* declarauit Sacra Congregatio, teste eadem Rota *vbi supra in d. Eugubina*. Vnde cum difficilimum, atque adeò ferè impossibile sit cõstare in foro externo per concludentes probationes de dicto doloso iudicio Episcopi sequitur electionem ab ipso factam de digno digniore omisso, esse validam in foro externo, cum eius arbitrio standum sit. Ita Rota *in d. Eugubina & d. decis. 11. num. 1. & decis. 538. num. 5. coram Greg. XV.* Immo idem Beltraminus *in annot. ibid. num. 6.* referens Rotam *in pluribus decisionibus* & Marescot. *lib. 1. var. resol. c. 52. num. 23. & 24.*

5 Ad posteriorem partem dubij dico breuiter dignum qui est electus, omisso notabiliter digniore tutum esse in foro conscientię, & iustissimè eam dignitatem, siuè illud munus acceptare, & possidere: Ratio est quia electus non debet se reputare alijs meliorem: hoc enim esset superbum, & præsumptuosum atq; adeò stultum; sed sufficit quòd nihil in se inueniat per quod illicitum ei reddatur assumere Prælationis officium. Ita resoluunt communiter scribentes *in 4. dist.* 1
15. præsertim verò Scot. & Richard. & Ioan. Maior. *ibid. q. 8. & 9.* D. Thom. & Caiet. *2. 2. q. 185. art. 3.* Sot. *de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. post. 9. concl.* Couar. *vbi sup. p. 2. num. 4. vers. ex his an* item Gutierez *qq. can. lib. 2. c. 11. nu. 43.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 15. q. 3.* Rebell. *de oblig. iust. p. 1. lib. 3. q. 6. num. 4.* Turr. *de iust. disp. 22. dub. 3. num. 8. & alij.*

Dixi atque *ad eò stultum esse existimare se alijs meliorem.* Nam (vt ait D. Ioan. Chrysost. *homil. 59. in Matt. circa med.*) *quemadmodum si quis tam statura tricubitali sit, instar montium; immo etiam altiorem se putet, ac ideò se ipsum quasi montes excessurus erigat, nullum aliud argumentum insaniæ suæ quæremus: Sic cum inflatum videris hominẽ, qui meliorem se cæteris arbitretur, contemnique opinetur, si cæteris hominibus conferatur, nullum iam aliud signum vecordiæ hominis exquiras. Tantò quippè ridiculosior his est qui natura stulti sunt, quantò ipse sponte hunc sibi morbum iniecit: Nec hac re solum miser; verum etiam, quia in miseria fundum absque sua miseria sensu se præcipitauit.* Hæc 2
ille.

DVBIVM XXXV.

An electio alicuius Prælaturæ vel Officij à collegio fienda debeat celebrari de digno eiusdem collegij, digniore omisso alterius v.g. prouinciæ vel Monasterij?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua opinio circa titulum.*
2 *An esse de corpore prouinciæ vel conuentus digniorem exteris aliquem reddat?*
3 *An electores teneantur sub mortali ad notitiam morum eligendi.*
An præferendus sit ille qui certò noscitur dignus ei qui probabiliter creditur dignior.
4 *An electio celebrata de extero teneat?*

Multa fieri non debent, quæ facta tamen manent.

5 *An electio, seu præsentatio ad ius patronatus facta de extero teneat?*

6 *An superior ad quem deuoluitur electio, teneatur eligere aliquem de gremio Prouinciæ vel Conuentus vacantis?*

1 RESPONDEO affirmatiuè ità Præposit. *in c. nullus num. 4. in fin. dist. 61.* Henrich. Boich. *in c. dilectus num. 6. de concess. præben.* & Card. *in clem. vnic. num. 4. in fin. not. 6.* & Vital. *num. 13. de supl. negl. prælat.* Panorm. & Franch *in c. constitutus 2. de appell.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 127.* & pro hoc videtur facere quod dixit Petrus *act. 1.* In electione successoris Iudæ: *Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati eligere vnum &c.* & item facit *c. nullus c. obitum c. nec emeritis dist. 61. c. metropolitano dist. 63. c. bona. 2. de postul. præl. circa fin. c. cum inter canonicos. vbi* glos. *verb. aliam. & c. ne pro defectu. de elect.* ex quibus colligitur non celebrandam electionem Episcoporum nisi ex personis eiusdem Ecclesiæ, quando illic idonei reperiuntur Abulens. *in c. 22. Matth. q. 119.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 7. p. 2. §. tertiò quæritur.* Sot. *de iust. lib. 3. q. 6. art. 2.* Petr. Nauar. *lib. 2. c. 2. nu. 196.* & Arragon. *2. 2. q. 63. art. 2. § secunda concl.*

2 Potissima ratio huius assertionis ea videtur esse, quia quamuis alibi absolutè inueniri possint digniores: tamen qui est de corpore prouinciæ vel Conuentus dignior censetur omnibus benè perpẽsis tàm ex parte electi, quàm ex parte eligentium.

Ex parte electi ob lucidiorem cognitionem morum prouinciæ vel Monasterij, eorum demque fratrum quàm habet, & ob singularem dilectionem qua eamdem prouinciam siuè Monasterium prosequitur, tamquam eius membrum, & alumnus: vnde faciliùs inducuntur ad residentiam indigenæ, quàm aduenæ Panorm. *in c. cum decorem nu. 4. de instit.* Pelin. *in cap. sicut tuis col. 2. vers. vlt. not. de simon.* Selua *de benef. p. 3. q. 6.* Abulens. *vbi supra*. Salon. *2. 2. q. 63. art. 2. contr. 3.* & alij ex præcitatis.

3 Ex parte verò eligentium, ob notitiã morum, quam tenentur sub mortali habere, ipsi vel per se, vel per alios de eo in quem suffragium ferre volunt iuxtà Ioan. And. Panorm. *in c. bona 2. de postul. prælat. & in c. scriptum de elect.* Abulens *vbi sup.* & Armil. *tit. electio, nu. 22.* ea autem magis patet de alumno prouinciæ vel Monasterij quàm de extraneo: Hinc Sacra Congregatio prout refert Rota *decis. 537. num. 14. p. 1. in recent.* declarauit *esse præferendum eum, cuius mores noti probatiq; sunt, ei, cuius vita ignoratur, licèt doctiori*, & idem et fuit dictũ *in fauentina Parochialis 28. Iunij 1613. & 13. Ianuarij 1614. coram Pirouano* teste Beltram. *in annot. ad decis. 11. Greg. XV.* Et ob hanc causam secundum præallegatos DD. seruatur in Romana curia, vt recipiantur testes super idoneitate personæ *ibid.* promouendæ. Et denique pro hoc facit, quod scribit Salon. *vbi sup. col. vlt.* electorem, scilicet, esse tutiorem si eligit dignum, quem certissimò nouit esse talem; & prætermittit illum quem probabiliter credit esse digniorẽ; quia certitudo illa, qua nouit suum familiarem dignum, habita longa experientia, præferenda est opinioni quæ habetur de maiori dignitate alterius cum sit dubia.

4 Sed in hucusque dictis nullum videtur esse dubium. Maior verò difficultas est an electio sic celebrata de extero teneat? Distinguo, nam vel illæ dignitates, & officiã ex approbata consuetudine seu statuto sunt solita gubernari per Monachos illius prouinciæ vel monasterij ita vt nunquam conferantur exteris: vel non sunt ita solita, quin etiam quandoque tradantur aduenis.

Si primò modo: dico non posse conferri, sub pœna priuationis iuris conferendi pro ea vice, alijs monachis eiusdem Religionis, diuersæ tamen prouinciæ, vel monasterij: alias talis electio est nulla *cap. cum singula §. prohibemus, & ibi* tradunt omnes *de præben. in 6.* Rebuff. *in prax. tit. de dispensatione cum Regularibus facta num. 1. & seqq.* vbi dicit neminem à Papa posse super hoc dispensare: laudabilis namque, & valida est consuetudo, seu statutum quòd beneficia nisi vni de gremio ipsius capitoli Collegij, seu Monasterij non conferantur, aliàs collatio sit nulla *cap. cum dilectus, & ibi* glos. *verb. constitutum de consuet.* vbi omnes docent Biax. *in direct. elect. p. 1. cap. 4. num. 1. & per totum, & fuit dictum in vna Tarraconen. Sacristiæ 19. Martij 1601. coram Iusto.* Paul. Castren. *cons. 365. super primò num. 1. lib. 1. & fuit quoque dictum in decis. 218. coram Greg. XV. vbi refertur etiam fuisse firmatum in seguntina præbemnen. 22. Martij 1604. coram Card. Seraph.*

Si verò secundò modo: idest cessante prædicta approbata consuetudine vel statuto, &c. Dico electionem factam de extraneo eiusdem Ordinis, & professionis esse validã, licèt sit diuersæ prouinciæ vel monasterij: quia nullibi id inuenitur prohibitum teste

Gon-

Gonzal. *sup. reg. 8. cancell. glos. 8. num.* 110. Et *tex. in d. c. singula §. prohibemus de praeben. in 6. & clem. 1. de suppl. negl. praelat.* loquuntur de solitis conferri Religiosis eiusdem Monasterij: Et ita apertè sustinent gloss. *in c. ne pro defectu verb. ipsius de elect.* Felin. *vbi supra* Cosmas. *in prooem. pragmat. sanct. §. nam ecclesiarum verb. exterorum* Siluest. *vbi sup.* Naua *lib. 1. cons. 6. tit. de elect. in 2. edit.* Garc. *de benef. par. 7. cap. 9. num. 7.* nam multa fieri non debent, facta tamen manent *c. nuptiarum 27. q. 1. & c. si vir. dist. 27.*

Neque his dictis obstat opinio Lambert. *de iur. patr. p. 3. lib. 2. q. 5. art. 4. & 5.* Mandos. *in reg. 16. cancell. q. 41. num. 9.* Gutierez *cons. 2. num. 23. & 24.* & aliorum qui omnes innuunt inanem esse electionem, seu prouisionem de extero, si aliàs repetiatur idoneus oriundus, nam respondeo hos DD. sermonē habere de praesentatione ad ius patronatus, quod aliud est à dubio nostro, sicuti etiam aliud est quando incola habet ius ad beneficium.

Tandem haec omnia huc vsq; dicta proportionabiliter applica ad Superiorem ad quem deuoluitur electio ab electoribus, vt scilicet & ipse debeat eligere de gremio Prouinciae vel Monasterij vacantis cum limitationibus supra explicatis, vt plenè dicam in fra *dub. 106. num. 2. & seqq.*

DVBIVM XXXVI.

An vnquam possit, vel teneatur elector suffragari digno, digniori omisso?

SVMMARIVM.

1 *Quare in electionibus Praelatorum quae spectant ad subditos liceat accedere ad dignum digniore omisso.*

2 *Strictiùs obligat commutatiua, quàm distributiua iustitia.*

3 *Persistendum est in suffragando digniori vbi aequalia sunt vota.*

4 *Item vbi electiones non spectant ad subditos.*

5 *An suffragandum sit digno digniore omisso, vbi indignus eligatur.*

6 *Item an suffragandum sit digniori, dignissimo omisso, ne dignus eligatur.*

1 Dico primò in electione alicuius Praelati, qui eligitur ab vniuersitate subditorum licere ad dignum accedere, relicto digniore, quando multo plures voces conueniunt in d. dignum, quàm in digniorem: Et ratio est, quia, experientia teste, electos communi consensu, & desiderio subditorum multò suauiùs, & melius regit, & illi promptior obedientia defertur ab ipsismet subditis: Sed cum suaue, & pacatum regimen sit vtilius Ecclesiae, & Reipublicae, dignus est in tali casu vtilior, & per consequens dignior Salon. *2. 2. q. 63. art. 2. controu. 4. circa med.* concordans varias Thomistarum opiniones.

2 Neq. obstat laedi iustitiam distributiuam: nam dignior in hoc casu parum detrimenti patitur ex defectu huius suffragij, cum maior pars in alium inclinauerit, nec ipse esset eligendus: & si aliquod damnum pateretur, nihil interest, strictiùs enim obligat commutatiua quàm distributiua iustitia.

3 Ex his sic dictis infertur à contrario sensu primò electorem teneri suffragari semper digniori, vbi aequalia essent vota digni, & digniorisita vt probabiliter crederet dictus elector augendum esse numerum eligentium digniori mediate sua voce B. August. Ancon. *de potest. Eccles. q. 3. art. 3. in resol. vers. Ex parte verò electi.*

4 Infertur secundò à contrario sensu in electione aliorum beneficiorum, seu munerum, quibus subditorum regimen non competit: vel si competit, non tamen eliguntur ab ipsorum vniuersitate; vt est prouisio &c. In huiusmodi, inquam beneficijs, seu muneribus semper suffragandum esse digniori; etiam si maior pars esset propensa in dignum: ratio est quia suffragium ferre in dignum non est vtile bono communi eo modo quo explicuimus in superioribus: vnde in hoc casu iustè, & rationabiliter dignior habet gaudere aliquibus suffragijs, licèt munus seu beneficiū non obtineat, ita Salon. *vbi supra.*

5 Dico principaliter secundò nedum licere suffragari digno praetermisso digniore, vbi moraliter loquendo, quis iudicet aliàs indignum esse eligendum, vt patet ex Zecch. *in sum. tit. de accept. person. c. 77. num. 7. vers. notandum sexto* Corrad. *in respon. cas. consc. p. 1. q. 121. in add. 1.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 7. §. tertiò quartitur;* Salon. *2. 2. q. 63. art. 2. controu. 4.* Rodriq; *in sum. p. 1. c. 106. num. 7.* Arrag. *2. 2. q. 63. art. 2. concl. 3.* Sà *tit. electio num. 9.* & communiter ex omnibus. Sed etiam obligationē esse

esse, sicuti testatur Sot *de iust.* & Bannes quos refert, nec non approbat Turrian. *de iust. disp. 22. dub. 2. num. 4.*

6 Huius secundi dicti potissima ratio videtur, quia iustitia commutatiua, respectu communicatis obligat ad non eligendum indignum: Ergo quando quis nouit in indignum electionem dirigendam fore, si ipse in dignū non consentit: tunc obstringetur relicto etiā dignissimo ad ferendum suffragium pro digno, nè eligatur indignus: Strictius enim obligat iustitia commutatiua, quàm distributiua.

7 Sed quamuis hoc secundum dictum sic se habeat, est tamen limitandum, vt liceat quidem electori, at non obligetur votum præbere pro digniori, relicto dignissimo, vbi nullus ambigendi locus relinquitur quin electio erit celebranda de digno, si dignissimo d. vox data fuerit. Atq; adeò addo nec etiam licitum esse quando prædicta insignis certitudo non adest: quia, spectato communi hominum more, non potest non esse contra honorem dignissimi non habere suffragium in electione. Ita Turrian. *vbi sup.*

DVBIVM XXXVII.

An elector posit negare suffragium ei, qui licèt existimetur dignissimus, ipse tamen per solam confessionem sacramentalem scit esse indignum?

SVMMARIVM.

1 *Eligentes indignum per solam sacramentalem confessionem cognitum nullas incurrunt censuras.*

Electores tenentur secundum antiquiorem sententiam vti scientia confessionis in electione.

2 *Secundum verò recentiorem possunt non vti.*

3 *An vsus confessionis in electione possit prohiberi?*

4 *Omnes Regulares prohibiti sunt vti scientia confessionis in electione.*

5 *Quando potestas eligendi sit priuatum officium, & quando publicum? & num. 7.*

Capitulum habet officium publicum in pertinentibus ad se.

6 *Quare possit excludi elector excommunicatus ante electionem, & non post?*

8 *An apud omnes Religiones Confessarij gaudeant eligendi potestate?*

9 *Decretum Clem. VIII. de casib. reser. est fauorabile pænitentibus.*

1 D. Bonauent. D. Thom. Scot. Alens. Durand. & multi alij graues. DD. quos culumant Suar. *tom. 4. disp. 33. sect. 7. nu. 12.* & Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 10. num. 6.* simpliciter asserunt non solum posse; sed etiam debere, quando nullum est periculū reuelationis, & potest fieri absq; sigilli confessionis fractione, & iniuria. Et S. Ant. & Nauar. *in c. si sacerdos dist. 6. de pænit. num. 147.* addit hunc eligentem indignum per confessionem Sacramētalem cognitum incurrere pœnas à iure statutas contra eligentes indignum. At eius dictum meritò ab omnibus reprobatur.

2 Ex altera parte Suar. Sanch. *vbi sup.* Rodriq. *tom. 2. q. 54. art. 4.* quos sequuntur Reginald. *in prax. for. pænit. lib. 3. cap. 3. num. 33.* Coriol. *de casib. reser. par. 1. sect. 1. art. 16. in 2. edit.* & Reuerendissimus Pater Onuphrius *de sacr. sigill. sect. 2. q. 1. dub. 2. §. versūs quid in hac fol. mihi 72.* & alij recentiores non audēt quidem affirmare electorem teneri non vti scientia confessionis in electione maximè secreta propter illorum celeberrimorū Doctorum authoritatem; fortissimis tamen rationibus sustinent probabiliùs sibi videri electorem posse licitè, & sine perpetratione alicuius culpæ eligere quem in publica scientia noscit dignum; licet in secreto foro pœnitentiali sciat indignum. Et tandem nemo 3 quem adhuc viderim vocauit in dubium an possit prohiberi talis vsus scientiæ Sacramētalis in electione vnde meritò concludit Suar. etiam priorem sententiam semper intelligendam esse, vbi prohibitio humana nō interuenerit: & ratio est, quia vsus huiusce notitiæ per Sacramentalem confessionem in electione adeò expositus est grauissimo periculo offendendi sigillum, vt opus sit magna prudentia, & cautione multæq; circumstantiæ requirātur, prout omnes nemine dissentiente fatentur: sed si id quod per se malum non est ob periculum mali potest prohiberi. Ergo licita est prohibitio supradicta.

4 Hinc pro resolutione dico Religiosos esse prohibitos ex decreto Clem. VIII. pro omnibus Regularibus edito *anno 1593. 26. Maij* in quo §. 5. hæc ad rem nostrā leguntur *Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij*

rij qui postea ad Superioritatis gradum promoti fuerint caueant diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerant ad exteriorem gubernationem vtantur ... Atq; ita per quoscumq; Regularium Superiores, quicumq; illi sint obseruari mandauit.

5 Sed objicies Innoc. *in c. cum dilectus num. 5.* & Ant. à Butr. *num. 62. de consuet.* idem Innoc. *in c. veritatis num. 2.* & clarius Panorm. *num. 47. de dol. & contum.* Felin. *in c. ad probandum num. 6. de sent. & re iud.* Gemin. *in cap. si postquam §. si verò num. 3. de elect. in 6.* Sayr. multis allegatis *de cens. lib. 2. cap. 15. num. 8.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 2. disp. 5. c. 2. § sed quæri potest*, & communiter omnes asserunt potestatem eligendi esse priuatum officium, & authoritatem priuatam, ac per consequens non esse Superioritatis gradum. Ergo si Superiores prohibentur in præfato decreto, non tamen comprehenduntur electores sub nomine Superioris.

Distinguo antecedens, nam vel potestas eligendi cõsideratur inchoatiuè, idest quando nondum celebratum est scrutinium: vel completiuè, idest quando celebrato scrutinio, celebratur quoque in actu electio: Si inchoatiuè consideratur ipsa est ius singulare, & priuatum, & hoc est quod voluit Ioan. Bapt. Ferret. *in c. cum omnes num. 38. in princ. de const. in repet.* dicens tractari de præiudicio iuris singulorum, si versatur in præstando votum in electione futura.

Si verò potestas eligendi consideratur cõpletiuè est ius vniuersale, & officium publicum. Et hoc est quoque quod voluit idem Ferret. *vbi sup. num. 39.* qui approbans Decium asserentem potestatem singulorum esse interesse vniuersale, dicit id procedere in actu electionis qui vniuersaliter consideratur: Vnde sicut Capitulum habet officium publicum vt dixit Innoc. *in d. c. cum dilectus nu. 5. de consuet.* quem sequuntur Ant. à Butr. Panorm. Felin. *vbi sup.* & communiter omnes, ita etiam quilibet elector, vt singulariter annotauit Suar. *tom. 5. disp. 14. sect. 2. nu. 18. & de legib. lib. 5. c. 9. num. 5.* Et pro hoc

6 facit quod inferius *dub. 66. num. 11.* probabo de communi omnium consensu, electorem videlicet cui objicitur excommunicationis defectus, antequam completum, & publicatum sit scrutinium posse excludi ab electione, nā eius actu ratione priuati muneris non sustinentur ab Ecclesia: At post publicationem scrutinij in quo conuenit maior pars eligentium non potest excludi, & eius suffragium validum est, quia ratione illius publici muneris acta eius sustinentur, ab Ecclesia.

7 Ratio autem quare potestas eligendi in actu electionis vniuersaliter consideretur, &c. est, quia vt dixi *dub. 30. num. 3.* de mente Panorm. electores consentiunt singulariter in scrutinio: At publicatione scrutinij peracta in quo maior pars eligentium conuenit, tunc illa electio resultans ex illis singul. ribus consensibus, communis postea subsequi debet, & non est amplius singulorum, sed capituli *c. in genesi de elect.*

Patet ergo respōsio ad argumentum quia nos hic consideramus ius eligendi completiuè, seu in actu electionis, quia per eam solum, & non per singulares consensus cōfertur dignitas electo.

8 Objicies secundo litteram textus *tàm Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti.* Sed Confessarij, nisi specialiter prohibeantur, sunt semper promoti ad electoratum. Ergo præfatum decretum per gradum superioratus non intelligit gradum electoratus. Respondeo licèt ferè omnes Confessarij in aliqua Religione gaudeant potestate eligendi: Non tamen apud omnes Religiosos, vt patet in Canonicis Gregorianis, Dominicanis, Augustianis, Clericis Regularibus, siuè Theatinis, & in alijs quamplurimis Religionibus: Vnde cum Decretum fuerit indictum ad omnes Regulares, non est cur argumentemur ab vna Religione tamquàm ab omnibus.

9 Obseruetur igitur simpliciter dictum Decretum, nè pœnitentes intelligentes sibi negari suffragia ob solius confessionis Sacramentalis notitiam formidarent electoribus maculas conscientiæ detegere, quod eos adducere posset in æternę damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem, quæ est ratio finalis ipsius Decreti, prout infra *dub. 123. num. 13.* dicetur, quod dubium omninò vide, cum plurimum conducat ad huiusce dubij plenissimam solutionem.

CAPVT SEXTVM

De publicatione Scrutinij,& electionis, ac de electi potestate.

DVBIVM XXXVIII.

An vota cunctorum in scriptis redacta sint publicanda, & eorum collatio facienda?

SVMMARIVM.

1 *Substantiale electionis est vt mox publicentur suffragia in communi. Excipe electionem per compromissum absolutum. num. 3.*
2 *Ad quem effectum sint sic publicanda vota?*
3 *In electione per compromissum absolutum olim non erat substantiale vt fieret collatio votorum: hodie tamen secus est per Conc. Trident.*
4 *Quid importet dictio mox.*
In non determinatis à iure requiritur arbitrium iudicis. Secus in determinatis.
5 *Substantiale electionis est vt fiat collatio votorum.*
6 *À quo sit facienda?*
7 *Ad quem effectum?*
Hodie in electionibus Regularium non fit collatio nisi numeri, vel numeri ad numerum.
In scrutinij scripturis, & in patentibus confirmationis reticentur nomina eligentium.
8 *Electio est celebranda in quem maior pars capituli consenserit.*
9 *Etiam si hac maioritas consistat in medietate vnius vocis.*
10 *Quid dicendum, si maior pars capituli in neminem consenserit?*

1 
AD priorem partem dubij dico mox esse publicanda in communi, sic enim habet tex. *c. quia propter de elect. Et in scriptis redacta mox publicent in communi*, aliàs electio est nulla, quia hoc est vnum de substantialibus electionis. Hostien *in d.c. quia propter nu. 44. vers. octauum.* Ioan. And. *n. 28. vers. 9.* Anchar. & Butr. *ibid. vers.* Panorm. *num. 9. in fin. & num. 16. vers. octauum substantiale de elect.*
2 Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 9. in princ.* Mirand. *tom. 2. q. 23. art. 29. vers. nodo.* Rota *in Treuer. Abbatiæ. S. Maximini 20. Nouembris. 1624. coram Coccino. §. quinto adest nullitas.* vbi dicitur ideò publicanda esse suffragia, quia saltem facienda est collatio numeri votorum, vt paulò inferius explicabo in sequenti responsione. Aliàs esset in arbitrio scrutatorum pronunciare, & eligere quem maluerint.

3 Et ex hac ratione infertur à contrario sensu in electione per compromissum absolutum non esse publicanda suffragia ipsorum Compromissariorum in communi, idest in capitulo: Consequentia probatur: nam suffragia sunt publicanda ad effectum collationis habendæ, vt iam dictum est. Sed in huiusmodi electione nõ est substantiale vt fiat collatio, licèt sit vtile Compostell. & Panor. *in c. in genesi. num. 2. vers. secundum vt præcedat.* Ergo nec est necesse vt fiat publicatio. Benè verum est modo esse necesse post Concilium Tridentinum vt fiat publicatio suffragiorum inter ipsos compromissarios, & per consequens fiat collatio numeri ab ipsis & ratio est, quia & ipsi adstringuntur ad secretò procedendũ in huiusmodi electione vt probatum est *dub. 31. num. 14.*

4 Dixi in assertione *mox esse publicanda vota* per quam dictionem *mox* asserendum est breui, & in modico tempore esse publicanda dicta vota, prout arbitrabitur bonus Iudex, quamuis enim dictio *mox* vbi ius determinat verificetur secundum eiusdem iuris dispositionem vt in casibus allegatis à glos. *in c. si in qualibet 20. q. 2. & in d. cap. quia propter verb. mox vbi* quoq; addictio ad Panorm. *nu. 17.* Regulariter tamen secundum eumdem Panorm. *ibid.* vbi ius non determinat, illa, vel alia similis dictio verificatur in modico tempore iuxtà quod arbitrabitur bonus Iudex habito respectu ad ipsius rei circumstantias, & materiam, quod confirmatur à glos. *in c. an sit de appell. citante* Alan. & à Tusch. *lit.*

D. concl.

D. concl. 3 1 2. referente Alex. cons. 1 1 5. in causa inquisitionis lib. 3. & tandem circa hanc materiam arbitrariam vide dub. 54. num. 2. & dub. 1 18. num. 2. Hinc licèt memorata glos. in cap. quia propter asserat præfatam dictionem mox accipiendam esse pro incontinenti, idest nullo actu intermedio: Attamen concludimus à boni Iudicis arbitrio non esse recedendum.

5 Ad posteriorem partem dubij respondeo substantiale quoq; esse electionis, vt post publicationem votorum fiat collatio numeri votorum quod apertè colligitur ex tex. d. c. quia propter. ibi: Vt is collatione habita eligatur in quem omnes, vel maior, & sanior pars capituli consensit, & confirmatur ex c. cumana in fin. de elect. ab Hostien. vbi supra num. 44. vers. 9. Ioan. And. vers. 10. Anchar. & Butr. eod. vers. Panorm. vers. 1 1. & in c. in genesi num. 1 1. de elect. Mirand. vers. 1 1. Siluest. tit. electio. 2. q. 10. vers. 11. & communiter Summistis eod. tit.

6 Circa autem prædicta verba primo dubitari potest à quo sit facienda hæc collatio, & ratio dubitandi est, quia tex. absolutè loquitur collatione habita. Respondet Panor. in d. c. quia propter num. 10. Siluest. tit. electio. 2. q. 8. faciendam esse per illum, cui capitulum hoc commiserit. Vnde si v. g. Præses capituli eam fecerit & capitulum tacendo ratam habuerit, censetur tacitè commisisse. Et idem cum proportione dic in electione per compromissum siuè absolutum, siuè limitatum, nempe vt fiat collatio per vnum eorum vel per illum cui hoc ipsi tacitè, vel expresse commiserint.

7 Secundò dubitari potest ad quem effectũ sit facienda hæc collatio? respondeo faciendam esse ad effectum vt appareat in quem omnes, vel maior, & sanior pars capituli consensit, vt expresse dicitur in suprarecitatis verbis textus. Et quia maioritas, & sanioritas dignoscitur iuxtà Panorm. vbi supra approbatam à Rota vbi supra d. §. quandò adest nullitas, ex collatione numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum; Idcirco facienda est collatio eorumdem omnium: Nam maioritas consistit respectu numeri; sanioritas verò respectu meriti & zeli, idest quo zelo, seu animo electores fuerunt moti ad eligendum. At licèt hæc sic se se habeant ex dispositione d. capit. quia propter. Modò tamen in electionibus Regularium per Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de regul. sublata est hæc collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum eligentium, vt benè adnotauit Mirand. tom. 2. q. 23. art. 27. ante primam conclusionem vers. à supradictis: Et hinc praxis iuridica habet vt Compromissarij, seu scrutatores in redigendis vota in scriptis reticeãt nomina eligentium, ex eo quòd nedum vota sunt secretò ferenda vt in d. cap. quia propter. Sed ita, & taliter, vt nomina eligentium nunquam publicentur Conc. Trident. vbi supra iuncta Rota in d. Treueren. §. neq; etiam obstat. Et facit declaratio Illustrissimorum Interpretum quæ censuit, vt si post factam electionem in bullis confirmationis seu patentibus exprimerentur nomina eligentium electio esset nulla. Solùm ergo facienda est collatio numeri ad numerum, vel saltem numeri: sicuti quoque prius fuerat statutum, specialiter in electione Prouincialis Minorum clem. exiui §. demum de verb. sign. Collatio numeri solùm fieri potest ad videndum si omnes, vel duæ partes eligentium legitimè vocem habentium in capitulo in vnum consenserint cap. si quando vbi Gemin. de elect. in 6. Panorm. vbi sup. Marc. q. 924. ante num. 6. p. 1. Vbi verò apparet nec omnes nec saltem duas partes eorum qui legitimè vocem habent in capitulo consensisse in vnum; sed se diuisisse in plures partes: tunc facienda est collatio numeri ad numerum ad videndum an consenserit in vnum maior pars capituli: idest omnium congregatorum qui legitimè vocem habent in capitulo, & non maior pars respe-
8 ctu minorum partium: Si enim maior pars capituli conuenerit in aliquem de eo celebranda erit electio cap. ecclesia vestra 1. vbi Bald. & Panor. num. 4. item c. ecclesia vestra 2. vbi quoq. Panorm. num. 10. d. c. quia propter & d. cap. in genesi vbi Bald. & Panorm. num. 1. vers. qualiter autem de elect. c. si cui eod. tit. in 6. Item Panorm. cons. 25. num. 4. lib. 2. Felin. in c. cum omnes num. 20. de const. Marc. vbi supra num. 3. Tolos. in tit. de elect. cap. 16. num. 13. Perez. quem allegat & sequitur Rota in meten. monasterij lunæ 5. Iulij 1621. coram Coccino §. neque ex eo potest. Et hoc procedit etiam si sola dimidia vox, vt ita dicam, excedat mediã partẽ capituli vt v. g. ponamus capitulũ cõgregatũ cõstare ex nouẽ vocibus: tunc si quinq; consentiant in vnum, ille dicetur electus. quia excedit mediam partem capituli hæc altera media pars solùm in dimidia voce: medietas namque totius capituli consistit in quatuor cum media. Ergo habens quinque excedit tantùm in media voce, & per consequens de eo erit celebrãda electio. Panorm. in cap. cumana num. 9. post med. & Ant. à Butr. num. 15. in fin. de elect.

Et si denique ex collatione numeri ad nume-

merum appareat maiorem partem congregatorum qui legitimè vocem habent in capitulo non consensisse in vnum: tunc toties scrutinium est iterandum, quamdiu consenserit arg. *cap. cum terra cum ibi not. de elect.* Sed si omninò moraliter loquendo sit desperata maioris partis eligentium concordia dic vt infra plenè explicabo *d ub.* 47. per totum.

DVBIVM XXXIX.

An necessariò sit publicanda electio statim post publicatum scrutinium?

SVMMARIVM.

1 *Statim post publicatum scrutinium est celebranda electio, quod limita vt num.* 4.

Ex fine legis sumenda est intentio authoris.

2 *Ratio legis est anima legis.*

3 *Qua mora vitiet electionem?*

5 *Ad cuius petitionem, & à quo sint compellendi Compromissarij ad publicandam electionem?*

6 *Quomodò se gerere debeat qui maiori suffragiorum parte gaudet, vt publicetur sui electio?*

7 *Expressa nocent, non expressa non nocent.*

1 ESPONDEO affirmatiuè, aliàs electio erit irrita denuncianda *cap. cum post. petitam de elect.* vbi Host. Ioan. And. glos. Panor. & Anchar. Ant. à Butr. *in c. publicata num. 1. de elect.* Archid. quem refert, & sequitur Siluest. *tit. electio* 1. q. 10. Nauar. *inferius citandus*, & Mirand. *tom. 2. quæst.* 23. *art.* 25. *concl. vnic.* & probatur, nam ex fine legis sumenda est intentio authoris *l. &*
2 *si non sint § perueniamus ff. de aur. & arg. legat. & l. fin. ff. de hered. instit.* & in consideranda legis intentione semper attenditur eius ratio, quia ratio legis est anima legis Dyn. *in reg. certum de reg. iur. in* 6. Bald. *in l. si quis seruo ff. de furt. & in l. 1. C. de interd. & in l. 1. C. quæ sint long. consuet.* Ast. *in cap. quia propter de elect* requiritur, vt mox fiat publicatio scrutinij propter finem electionis assequendę, ibi *Vt is collatione habita eligatur, &c.* Ergo multò magis requiretur, vt mox sequatur electio communis. Parum enim prodesset illicò publicare scrutininm, vel collationem habere, nisi postea celebraretur electio, cum omnia illa sint ordinata ad finem electionis, quæ quàm citò fuerit celebrata, solemniter est publicanda, vt expresè dicitur *in d. c. quia propter §. fin.*

3 Sed rogabis quæ nam mora vitiet electionem? Respondeo à boni Iudicis arbitrio non esse recedendum, vt dictum est, qui profectò arbitrabitur moram naturalem, & compendiosam non vitiare electionem, nec item si diceretur Missa de Spiritu Sancto, & tractaretur concordia, modo ante electionem non diuertatur ad extraneos actus, vt volunt Philip. & Host. quos refert Panor. *in d. c. cũ post petitam num. 2.* vbi quoque Innoc. Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 33. & c. 18.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num.* 271.

4 Hæc assertio sic explanata est limitanda; vt solùm procedat, idest solùm sit electio irrita denuncianda, quando eiusdem electionis publicatio protrahitur ex ignorãtia, vel ignauia eligentium, vel fraude electi; non autem vbi differretur ob malitiam electorum, vel propter aliquam iustam causam, vt docent Archid. quem allegar, & sequitur Gemin. *in c. si confirmationem num. 4. de elect. in 6.* Panorm. *in d. c. cum post petitam num. 4. in fin.* Mandagot. *de elect. p. 1. c. 31.* vbi Boer. *in addit.* Tolos. *in tit. de elect. c. 17. nu.* 17. & Nauar. *lib. 1. cons. 7. tit. de elect. nu. 3. in 2. edit. & cons.*
5 3. *in antiq.* & ratio est, quia ille in quem apparuit ex publicatione scrutinij maiorem partem consensisse non est priuandus iure sibi acquisito saltem in hoc ad implorãdum officium superioris, vt compellat Compromissarios, siuè electores ad publicãdam sui electionem iuxtà *c. publicato de elect.* nec ex hoc electus notabitur ambitione *c. cum dilectus de consuet. & c. 2. de in integr. restit. cum similibus* Panorm. *in c. exhibita de iudic. num.* 1.

6 Quomodò verò se gerere debeat electus in huiusmodi casus contingentia docet Bal. *in d. cap. publicato num. 10. de elect.* scribens ei proponendum esse de se in genere, dicendo publicatum fuisse scrutinium: non tamen dicet in quo maior pars consensit in me, quia posset notari in eo ambitio: expressa namque
7 nocent, non expressa non nocent *l. si quis sempronium ff. de hered. instit. l. 1. ff. de auto. tu.*

DVBIVM XL.

Quomodo, & à quo sit publicanda electio?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Electio est necessariò publicanda verbis.*
Vbi verba sunt de substantia factum nō equipollet verbis.
2 *Electio est pronuncianda per verba singularis numeri ab vno de eligentibus.*
3 *Collegium est quoddam corpus fictum.*
4 *Forma pronunciandi electionem.*
5 *A quo sit deputandus publicator electionis?*
An possit deputari publicator qui non sit de collegio?
Forma compromissi est diligentissimè obseruanda.
6 *An si electio esset pronunciata per verba pluralis numeri, & postea pronunciaretur per verba singularis teneret electio?*
7 *An cassata electione ex defectu eius pronunciationis, cassetur quoque scrutinium?*
An ex solo scrutinio oriatur aliqua obligatio nominato in eo?
Vtile per inutile non debet vitiari multipliciter limitatur.
8 *Electionis pronunciatio non est habenda secretò.*
9 *Quæ dicantur electiones clandestinæ?*
10 *An decātatio hymni* Te Deū laudamus, &c. *post completam electionem, sit de substantia?*

1 Ico primò electionem esse necessariò publicandam ore, expressa, & clara voce, nec sufficit aliquod factum eligētium quod electionem importet; sed requiruntur verba ore prolata, vt dictū est. *cap. ecclesia vestra* 1. *vbi* Ioan. And. & Panorm. *num.* 3. Biax. *in direct. elect. p.* 3. *c.* 36. Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 276. Ratio huius primi dicti est, quia vbi verba sunt de substantia (vt est in præsenti per *d. c. ecclesia iunct. cap. quia propter de elect.*) factum non equipollet verbis, vt est in simili de baptismo, in quo verba sunt de substantia. per *cap. 1. de baptis.* Vbi verò verba non sunt de substantia non minus valet factum, quàm verba vt dicetur de confirmatione.

2 Dico secundò siuè electio celebretur per scrutinium, siue per compromissum, semper pronunciabitur per verba singularis numeri ab vno nomine capituli si celebretur p scrutinium, vel ab vno Compromissariorum nomine suo, & sociorum Compromissariorum si electio celebretur per compromissum *cap. in genesi* vbi Panor. *num.* 7. & 9. *de elect. c. si cut cum vbi* Gemin. *num.* 1. *eod. tit. in* 6. & *cap. quia propter num.* 41. *vbi* quoq; Panorm. §. *vel cum ab vno de eis iud. eod. tit.* Ant. à Butr. *in c. saltem num.* 2. *de elect.* item Ant. à Butr. *in c. & si vnanimiter num.* 19. *de postul. prælat.* Oldrad. *cons.* 155. *quia de forma elect.* Marc. *q.* 921. *nu.* 2. *p.* 1. & *in alijs qq.* teste Mar: a *in suo digest. nouiss. tit. electio c.* 22. & *c.* 38. Tolos. *in tit. de elect. c.* 16. *num.* 17. Biax. *vbi supra c.* 19. *num.* 6. Tusch. *lit. E. concl.* 75. *num.* 8. & Rota *in Meten. Monasterij* 5. *Iulij* 1621. *coram Coccino.* §. *neque etiam sustinetur.*

3 Ratio huius secundi dicti est, quia cum collegium sit quoddam corpus fictum representatum per singulos in vnum congregatos. *l. mortuo ff. de fideiuss.* & *per glos. in l. si ut. ff. quod cuiuscumq; vni.* & plenius per Bart. *in l. aut facta.* §. *fin. ff. de pœnis.* & tenent Innoc. & Panorm. *in d. c. in genesi.* & electio sit eiusdem collegij, & non singulorum, sequitur ab vno esse pronunciandam per verba singularis numeri nomine totius capituli, aliàs tot dicerētur electiones, quot sunt electores, quod est absurdum *d. c. in genesi.*

4 Hinc si electio celebretur per scrutinium licebit vti consimili forma verborum ad mētem Panorm. *in d. c. quia propter num.* 11. *in fin.* *Ego N. ex commissione capituli eligo nomine totius capituli P. F. N. in N. in quem maior pars eiusdem capituli consensit.*

Si verò celebretur electio per compromissum limitatum dicet vnum Compromissariorum ad mentem Siluest. *tit. electio* 2. *q.* 5. *num.* 18. *Ego N. compromissarius nomine meo, & sociorum meorum compromissariorum (si habet alios) virtute compromissi limitati, in me (vel) in nos facti eligo P. F. N. in N. in quem maior pars capituli consensit.*

Et si denique electio celebretur per compromissum absolutum dicet vnus eorum ad mentem eiusdem Siluest. *Ego N. compromissarius &c. vt supra* excepto quod non dicet *in quem maior pars capituli consensit,* sed *in quem maior pars nostrum consensit.*

5 Circa autem hoc secundum dictum rogabis à quo sit deputandus hic vnus, qui sic habet pronunciare electionem? Respondeo in electione per scrutinium eum esse deputandum à capitulo saltem tacitè: Vnde si quis sine mandato eligat nomine totius capituli, eodemmet capitulo præsente, & non contradicente, videtur capitulum consentire, quia agitur in hoc casu de re meritoria, & concupiscibili, vt scilicet Ecclesiæ prouideatur de Pastore Compostell. *in d. c. quia propter num.*
8 24. *vers. sed & si capitulum.* Panorm. *num.* 17. *in princ.* & idem Panorm. *in d. c. in genesi num.* 7. & 9. *de elect. glos. in c. sicut vbi quoq;* Gemin.

& Fran-

& Franch. *de elect. in 6.* Specul. *in tit. de elect.* §. 1. *num.* 20. *vers. si autem* vbi Ioan. And. *verb. pro consensu.* Marc. *q.* 922. *nu.* 2. *lib.* 1. Rota *in d. Meten. vbi supra.* Et si omnes tacitè consentiant nemine prorsus contradicente, ista cōmunis electio potest etiam fieri per extraneum, vt voluit Specul. *vbi supra* & Compostell. Bisx. *in direct. elect. p.* 3. *c.* 33. *numer.* 4. *& seqq.* Cuch. *num.* 270. Rodriq. *tom.* 2. *q.* 51. *art.* 14. Rota *vbi supra.*

Si verò loquimur in electione per compromissum siuè absolutum, siuè limitatum, ille quoq; Compromissarius electionem pronunciabit, qui à iure, vel à consuetudine vel ab alijs suis socijs compromissarijs authoritatem habebit saltem tacitè, quemadmodum declaratum est supra cum proportione respectu vocalium capituli in electione per scrutinium, &c. excepto eo quod ipsis compromissarijs non licebit admittere extraneū propter formam compromissi, quæ est vt ipsi eligant, quia ipsa est diligenter obseruanda *c. cum dilecta de rescript. c. cum expedit. de elect. in 6. & l. diligenter. ff. mandat.*

6 Secundò rogabis an si in plurali esset pronunciata electio, & postea pronunciaretur in singulari teneret eademmet electio? Respondeo negatiuè, quia consumpta est facultas ex primo actu, vt notat Oldrad. *cons.* 184. *Pater Sancte. vers. secundo excusat.* Attamen si illicò fiat correctio in singulari videtur tenere, vt post. Ioan. And. & Franch. *in d. c. sicut* aduertit idem Oldrad. *cons.* 183. *num.* 22. *circa finem vers. & valdè mirandum* & Tusch. *vbi supra concl.* 76. *num.* 4. quod maximè procedit vbi abest dolus.

7 Tertiò rogabis an aboleatur fit quoq; scrutinium iam legitimè, & ritè factum ex prædicto, vel alio consimili defectu superueniente in electione? Card. *in clem.* 1. *in princ. vers. quarto non. de iur. patr.* Bald. *in c. publicato num.* 8 *de elect.* de mente Ioan. And. & Archid. & alij, quos sequitur Ioan. *de Ilgn.* respondent negatiuè, quam opinionem defendebat Papa Innoc. in publico consistorio teste Compostell. Fundamenta quibus fulcitur hæc eadem opinio sunt primò, quia ex illis votis publicatis fuit orta obligatio, saltem naturalis nominato in scrutinio, quæ obligatio non debet tolli ex transgressione formæ accidentaliter inducta.

Secundò quia irritatur illud quod est vitiosum non scrutinium vbi non est vitium & vtile enim per inutile non debet vitiari *l. cum stipulatus §. quoniam qui, & §. optimè facit ff. sub titulo* [illegible] *ff. si cer. pe. & reg.* 37. *de reg. iur. in* 6.

Quod si obijcias dictam regulam iuris sibi vendicare locum vbi vitiosum est separabile ab his quæ vitiosa non sunt, quia secretorum, idest separatorum separata debet esse ratio *l. si maritus C. de dona inter vi. & vxo. l. de bonis in princ. ff. ad carbo.* At hæ tres electionis partes, scrutinium, scilicet, ipsius publicatio, & electio sunt vnus actus. Ergo non potest ipsamet electio partim cassari, & partim non cassari. Respondet Bald. *vbi supra* licèt hæ tres partes ad vnum, & eumdem finem tendant; attamen quamlibet ipsarum esse actum per se vnde cum electio in præsenti consideretur cum inchoatur, ideò sunt separabiles.

At Panorm. *in d. c. publicato num.* 9. Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 246. & alij teste Innoc. *in d. cap. publicato* affirmatiuam partem tutati sunt, posse scilicet electores repetere, ac reiterare scrutinium, & recedere à priori nominatione aliumque eligere. Fundamentum huius opinionis verè non pænitendum est, quia scrutinium, ipsius publicatio, & electio constituunt vnicam formam. Ergo forma non seruata in vno debet in totum cassari: Sequella patet, nam forma est indiuisibilis, vt alias dixi de mente Doctorum, & Rotæ *dub.* 1. *& dub.* 20. *num.* 15. vbi quoque patet responsio ad dictam regulam iuris vtile scilicet per inutile non vitiari. Et insuper satis conuincitur ex theorica ipsiusmet Bald. *in l. græcè §. illud ff. de fideiuss. per illum t. x.* quod vbicūq; respectu formæ actus est indiuiduus, & inseparabilis, licèt sit diuiduus respectu essentiæ semper vtile per inutile vitiatur. Cum autem in casu proposito actus iste electionis indiuiduus sit respectu formæ, licèt diuiduus respectu substantiæ actuum; attamen in totum non valet vt benè in simili astruit Roman. *cons.* 66. *numer.* 2.

Neque est verum aliquam obligationem, nec etiam naturalem quæsitam esse ex scrutinio ipsi nominato, nam vt benè ait Cuch. antequam electio pronuncietur, scrutinium ipsum esse videtur actus quidam informis & inutilis, cū ex se nihil fit; neq; enim actus hic per se cōsistere valet, sed est accessorius, & præparatorius ad alterum actum, nempè electionem, & hac deficiente, necesse est quoque actum ipsum præparatorium, & accessorium deficere, nec quem quam ad obseruationem eius obligare.

8 Dico tertiò electionis pronunciationem non esse habendam secretò, & occultè, quia electiones clandestinæ reprobātur *in d. cap.* quia

quia propter §.*fin.* vnde electiones clandestinæ sunt ipso iure nullæ, vt tenuit glos. *in cap. vnico vt eccl. benef. verb. occulta*, & Panorm. *in d.* §. *fin.* & patet, nam si ius tales electiones reprobat. Ergo inducitur nullitas ipso iure vt *in reg. quæ contra ius de reg. iur. in* 6. *& cap. vidits fili charißime* 10. *dist.* & *l. non dubium C. de legib.*

9 Electio clandestina verò illa dicitur, quæ habetur singulariter, & per occulta conuenticula glos. *in d.* §. *fin. verb. clandestinas* Biax. *p.* 3. *cap.* 30. Siluest. *tit. electio* 1. §. 1. *num.* 10. *vers. decimo quæritur* Cuch. *num.* 239. & Mirand. *tom.* 2. *q.* 23. *concl.* 2. Et item illa dicitur clandestina, quæ non quidem est celebrata singulariter; sed in communi, idest in capitulo; sed postea ordinauit Capitulum, vt clandestina maneat, idest vt ab electoribus nihil de ipsa dicatur Innoc. Ioan. And. Compostell. & Panorm. *vbi sup.* qui in hoc sensu ait electionem vitiari, si nō publicetur populo, ita scilicet vt clandestina non maneat, & ei occulteturi quidquid diuersi s nsus apponat ei alij falsò. Et hæc opinio re vera est ad mentē tex. *d. c. quia propter* §. *fin.* vbi habetur *Electiones quoq; clandestinas reprobamus, statuentes, vt quā citò electio fuerit celebrata, solemniter publicetur:* idest vt populo non occultetur. Hinc apud multos de more seruatur, vt prædicta publicatio in capitulo fiat solemniter, nempè pulsata campana, & detur sigillum officij in ecclesia publicè ipsi electo, vel vt facta dicta pronunciatione postea fiat altera solemniter populo per vnum de capitulo vel per extraneum, non enim refert, cum hæc omnia non sint de substantia, vt aunotauit Biax. *p.* 3. *cap.* 37. *num.* 4. & omnes præcitati: Sed de necessitate sufficit vt fiat dicta pronunciatio electionis in communi, nec occultetur populo. Immò addo si dicta occultatio primæ publicationis fieret populo, vt explicatum est ad effectum nocendi electo ex tali occultatione nō vitiare electionem arg. *c. nobis,* & *c. sicut de simon.* vbi exploratum est dantem pecuniam in aquisitione spiritualis iuris in damnum, & fraudem alterius, non posse illi nocere. Ita dicimus in omissione huius publicationis si fiat in fraudem electi. Hostien. & Panorm. *vbi sup.*

10 Tandem hic obiter recordare Religiose Lector consuetudinē piam apud multos inoleuisse vt ipsi post completam electionem, & publicatam gratias Deo agant decantando *Te Deum laudamus, &c.* solemniter. Rota *in d. Meten. monasterij* 5. *Iulij* 1621. *coram R. P. D. Coccino Decano* §. quod verò, Cuch. *vbi sup. num.* 281. quamuis vt aiunt Mandagot. *de elect. p.* 1. *c.* 35. & Tolos. *in tit. de elect. c.* 17. *num.* 18. omissio huius requisiti non vitiet electionem.

DVBIVM XLI.

Quando, quomodo, & sub qua culpa teneatur electus consentire electioni de se factæ?

SVMMARIVM.

1 *Electus non potest consentire nisi post celebratam electionem?*
2 *Quid si consentiat ante publicationem scrutinij.*
3 *Et quid si post publicationem scrutinij; sed ante publicationem electionis.*
4 *Quandoq; st vtile requirere consensum eligendi ante electionem.*
5 *Quomodò se gerere debeat electus, si eius consensus requiratur ante electionem.*
6 *Et quomodo si post.*
7 *Renunciatio non Inducitur per verba vrbanitatis.*
8 *Electus ante confirmationem potest renunciare sine licentia Superioris* 14. *dummodò non cedat in damnum confirmatoris numer.* 10.
9 *Secus post confirmationem.*
11 *Gemin. negat Religiosum posse renunciare sine licentia Superioris.*
12 *Eius opinio refellitur.*
13 *Religiosus non habet nec velle nec nolle. explicatur.*
Qui se immittit in electionem passiuam commodum proprium quærit.
Mens Superioris semper præsumitur qualis est mens legis scripta.
14 *Eius est nolle, cuius est velle.*
15 *Quando peccet mortaliter electus non consentiendo secundum aliquot.*
16 *Verior sententia Richard. communiter recepta.*
17 *Iuxta quam peccat mortaliter primò si dissentiat contra formale præceptum Sanctæ Obedientiæ sine iusta causa.*
18 *Secundò quando se cæteris idoneiorem agnoscit, quod tamen est difficile num.* 22.
19 *Tertiò si per viam illicitam dissentiret.*
20 *Quando venialem culpam non excedat dissensio.*

ſentiendo, & quando merebitur.

21 *Tutius eſt Prælationi renunciare, non tamen pertinaciter.*

22 *Quiſque debet in ſe ipſo culpam agnoſcere, & de alio benè præſumere.*



1 QVo ad primam partem dubij ſpectat dico electum nõ poſſe conſentire, niſi poſtquam ſit celebrata electio communis reſultans ex ſingularibus conſenſibus præſtitis in ſcrutinio, aliàs electio eſt irritanda. c. *cum poſt petitam*: vbi Gofred. Innoc. Comp. gloſ. Panor. & Ant. à Butr. *de elect.* Firm. quem refert, & approbat Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 13. nu. 1.* Siueſt. *tit. electio 1. q. 10. num. 11.* Guch. *inſtit. maior lib. 4. tit. de electione num. 324.*

Ratio huius aſſertionis eſt, quia ſi electus 2 conſentiat electioni antequam vota redigantur in ſcriptis, & publicentur, tanquam ambitioſus eſt repellendus, quia conſenſit electioni, ãtequã electores ei ſuffragẽtur in ſcrutinio c. *in ſcripturis 8. q. 1. c. per noſtras de iur. patr. c. fin. de inſt.* Innoc. *in c. cum in iure de elect.* Panorm. *vbi ſupra num. 5. in princ.* Ant. à Butr. *in c. vbi periculum de elect. in 6.* Gonzal. *in reg. 8. cancell. gloſ. 2. num. 57. & 58.* vbi plures allegat Rota *deciſ. 6. tit. de elect. in antiq.* & multa alia iura & DD. quos citat Bertach. *in ſuo repert. verb. electio à quibus verſ. 2.* Et item ſi 3 electus conſentiat electioni ſuæ poſtquam vota redacta ſunt in ſcriptis, & iam publicata, ſed antequam ſequatur communis electio, tunc electus non poteſt quidem notari ambitione, cùm ſit prius vocatus à Deo, & à fratribus, vt *in c. cum in iure de elect.* & dicã infra *dub. 115. num. 3. in fin.* At electio eſt ipſo iure nulla quia electus errauit in forma *cap. quia propter de elect.* ſubſtantiale enim eſt electionis, vt omnia ſuo ordine quo præſcribuntur à *d. c. quia propter* ſeruentur Panorm. *ibid. num. 16. verſ. decimum octauum.* Mirand. *tom. 2. q. 23. ar. 29. §. decimo octauo.* Siueſt. *tit. electio 2. q. 10. verſ. decimo octauo.* Et pro hoc facit quod dictum eſt *dub. 3. num. 8.*

4 Et hic aduertendum eſt non vitiari electionem, ſi requiratur conſenſus eligendi ante eiuſdem electionis celebrationem, modò ipſe eligendus non conſentiat, eſt enim quandoq; vtile requirere conſenſum eligendi, nè ſi contingeret electum poſtea renuere, vilipendatur dignitas, aut differatur prouiſio Eccleſiæ. Ita Gofred. Compoſt. & Panorm. in d. c. cum poſt.

5 Quò verò ad ſecundam partem dubij attinet: quomodo, ſcilicet, ſe habere debeat electus, vt conſentiat electioni? Reſpondeo cum Panorm. *vbi ſupra* de mente aliorum cum diſtinctione: Nam vel eius conſenſus requiritur ante electionem, & tunc non debet conſentire, nè notetur ambitione, vel nè ſaltem peccet in forma *c. quia propter de elect.* vt explicatum eſt; Sed debet reſpondere ſecundum aliquos *nolo quod me eligatis; & ita rogo*, ſeu ſecundum alios dicere *non intendo Dei vocationi reſiſtere, vel ſe dignum fieri optare cui tantum honoris conferatur*. Vel eis gratias agendo quod talem ſe iudicent, cui dignitas illa conueniat, & huiuſmodi verbis quibus ſic indirectè declaret voluntatem ſuam; ita vt ſe ab omni ambitione vacare monſtret. Biax. *in direct. elect. p. 3. ſ. 42. col. penult. ad fin. num. 3.* Cuch. *inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 325.*

6 Si autem conſenſus requiritur poſt electionem factam poteſt electus reſpondere nolẽs volo, & volens nolo: Poteſt etiam, & eſt honeſtum, non ſtatim conſentire, ſed aliquantulum reſiſtere, ne videatur ambitioſus: non tamen ipſe eſt damnandus, ſi ſubitò, & incontinenti conſentiat, & maximè ſi fortè dubitet, ne aliquis pernicioſus ſe ingerat: vnde tunc poteſt dicere *Charitas cogit me ad conſentiendum* arg. *c. ſciendum & c. qui epiſcopatum 8. q. 1.* Et per hæc limitatur dictum gloſ. *in d. c. cum poſt verb. requiſitum. in fin. de elect.* dum ait ſi electus diſſentiat non eſt eligendus: nã hoc eſt intelligendum iuxtà Panorm. *vbi ſup.* quando conſtaret præciſè eum non velle acceptare electionem, vel dignitatem: ſecus autem vbi pro honeſtate diceret ſe nolle conſentire: & pro hoc facit illud ſingulare dictum Rotæ *deciſ. 636. p. 1. in recent.* non induci 7 ſcilicet renunciationem per verba vrbanitatis. Immò addo electum qui diſſenſit, & renuit conſentire electioni de ſe factæ poſſe mutata voluntate eamdem acceptare electoribus in priori voluntate perſiſtentibus gloſ. fin. Ioan. And. Archid. Gemin. Franch. & Anchar. *in c. licet de procur. in 6.* per illum textum quos ſequuntur Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 32. num. 2.* & Moneta *de commut. vlt. volunt. c. 8. num. 845.*

8 Sed hic maior vrget difficultas in hac ſecunda parte dubij, An ſcilicet electus poſt conſenſum ante confirmationem poſsit renunciare in manibus eligentium abſque licentia Superioris?

Reſpõdeo affirmatiuè dummodò tamen talis renunciatio non cadat in præiudicium Superioris cuius eſt confirmare gloſ. *in cap. ſi*

electio

electio verb. renunciat Ioan. And. Gemin. num. 5. & Franc. num. 3. Innoc. & Henrich. Boich. in c. 1. de postul. prælat. Panorm. in c. quia propter § nisi num. 5. de elect. in cap. 2. num. 33. de translat. Episcop. in c. ad aures num. de his quæ vi metuve cau. & in c. 2. num. 11. de in integr. restit. Franc. in cap. constitutus num. 22. de appell. Dec. in cap. postquam num. 16. de elect. Paris. de resign. benef. lib. 7. q. 1. num. 78. Cuch. instit. maior. lib. 4. tit. de potest. electi num. 33. Rota decis. 6. num. 1. tit. de elect. & decis. 8. num. 3. tit. de iur. patr. vbi testantur Domini de communi recentiorum in d. cap. si electio. Secus verò

9 astruendum est post confirmationem cap. nisi cum pridem. vbi communiter DD. de renunc.

10 Dixi dummodò non sit in præiudicium Superioris cuius est confirmare. Vnde si v.g. negotium ad Antistitem confirmatorem sit iam delatum, & contra electum aliquid opponatur quod electionem infirmet, electoresque eligendi potestate priuet: tunc quamuis electus possit eam electionem quo ad se repudiare, nihil tamen ea renunciatio Confirmatori obierit, quin super oppositis veritatem inquirere, eisque compertis eligere, & prouidere non secus possit, quàm si nulla renunciatio facta esset.

11 At contra hanc responsionem est dictum Gemin. in c. si religiosus § quia vero num. 4. de elect. in 6. vbi astruit Religiosum non posse renunciare sine Superioris licentia, & ex eo maximè probat quia Religiosus non habet

12 nec velle nec nolle. Additio tñ ad eundẽ Gemin. ibidem meritò eius dictum refellit sequens contrarium Oldradi. conf. 128. num. 7. in fin. Huius contrarij dicti potissimam rationem autumo, quia quilibet potest renunciare iuri suo l. si quis in conscribendo vbi glos. C. de pact. Rota decis. 265. num. 3. p. 1. in recent. Sed qui se in electionem passiuam immittit commodum proprium quærit d. cap. si electio per illud verbum iuri suo de elect. in 6. Felin. in cap. ad probandum num. 6. de re iudic. Suar. de legib. lib. 5. cap. 9. num. 7. in fin. ergo eidem renunciare potest, nisi id per viam illicitam faceret, vel nisi ei iniungeretur à superiore, seu in detrimentum Religionis cederet, prout fusè explicabitur in sequentibus.

13 Ad fundamẽtum Gemin. dico illud axioma Religiosum non habere nec velle, nec nolle, intelligendum esse vltra voluntatem Superioris, de qua cum oppositum apertè non constet ea semper præsumitur esse qualis est mens legis scriptæ Bald. in cap. 1. col. 2. apud quos controu. inuest. Dec. cons. 33. num. 5. & præsumitur velle quod iura volunt § omnes in authent. ingressi. Calcan. cons. 22. in fin. & se conformare cum dispositione iuris Oldrad. cons. 69. Rota in Oriolen. benefic. 6. Martij coram Card. Mantic. cum pluribus alijs relatis per Gonzal. super reg. 8. cancell. gl. 5. §. 43. num. 166. in fin. Sed Religiosus electus in proprio monasterio potest consentire electioni de se factæ sine alicuius licentia Innoc. & Compost. in c. 1. de postul. prælat. Marc. q. 1915. num. 6. p. 1. Archid. Ioan. And. Anchar. & Franch. in d. c. si religiosus de elect. in 6. per illum textum

14 à contrario sensu. Ergo & dissentire potest, quia eius est nolle, qui põt velle l. pater seuerinam de condit. & demon. & l. eius est nolle de reg. iur. Et hinc forsan dixit Panorm. in cap. quia propter num. 4. de elect. communiter receptus non esse compellendos nolentes interesse electioni, nisi id Ecclesiæ intersit. Ergo satis erit ad hoc vt Religiosus possit renunciare ante confirmationem, si prohibitione sui Superioris careat, vt in alijs terminis docuit Suar. tom. 4. disp. 46. sect. 1. num. 11.

15 Tandem quò ad tertiam partem dubij attinet. Sub qua scilicet culpâ teneatur electus consentire electioni, &c. Archid. in c. si electio num. 2. de elect. in 6. & in eius inscriptionis nu. 1. & 2. vbi quoque glos. 8. q. 1. tuentur electum mortali labe se commaculare, si nõ consentiat, vbi se dignum ad Prelaturã agnoscit: quod dictũ Gemin. Anchar. & Franch. in d. c. si electio Cuch. instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 302. in fin. existimant verum secundum Ioann. And. ibid. vbi non est alius æquè idoneus per quem possit illi Ecclesiæ consuli.

16 At magis placet opinio Richard. in 3. quodlibet. 21. quem sequuntur Angel. tit. electio num. 30. Siluest. eod. tit. 1. q. 19. & communiter omnes, & cum quo cõcordat D. Thom. quodlib. 5. art. 22. vt patebit. §. seq. qui asserit in triplici casu electum non excusari à culpa lethali, si dissentiat.

17 Primus est si à Superiore cogatur districto Sanctæ Obedientiæ præcepto, & tamen ipse consentire recuset, nec suffragetur ei iusta causa cedendi: vt putà quod sit certus de notabili defectu scientiæ, vel alio huiusmodi defectu, propter quem exercere non valet munus sibi iniunctum sine peccato c. nisi cum pridem de renunc. Atque adeò subdunt Gerson. alphab. 55. lit. R. & Cord. c. 10. q. 7. punct. 2. vers. quod talis frater. vbi electus dubius de dicta causa eam Superiori exposuisset, qui nihilominus ab iniungendo non desisteret, tũc quoq; subditum conuinci obedientiam abijcere, si ipse non consentit, etiam si sub

humilitatis specie contradicat, quia non solùm voluntatis affectus ditioni Superioris est subijciendus à subdito; verum etiam intellectus iudicium.

18 Secundus casus est vbi electus sibi conscius est neminem alium æquè idoneum esse, ac ipse, qui possit, & velit prouidere saluti animarum, ex quo conijcit non leue detrimentum, & periculum imminere illi Ecclesiæ, de cuius prouisione, seu electione agitur, nisi ipse assentiat *c. olim. & d. c. in scripturis 8. q. 1.*

19 Tertius casus est vbi electus per viam illicitam consentire refugit, vt putà abscindendo se, prout patet ex fonte Richard. & *non abscondendo se*, vt multi perperam referunt, quam mendam autumo irrepsisse forsan ex typographorum incuria.

20 Extra verò hos enumeratos casus necessitatis si per viam illicitam quis consentire renuat electioni de se factæ propter ignauiam, seu pigritiam, non excedit venialem culpam. Si autem propter humilitatem indignum se existimans, meretur. Vnde concludendum est cum D. Thom. *vbi sup. art. 23.* tutius Prælationis officium declinari; non tamen pertinaciter, cum ad illud suscipiendum superna voluntas agnoscitur. Hinc *in d. c. nisi cum pridem. de renunc.* hæc habentur. *Quod si forsan humilitatis causa de culmine quasi Pontificali descendere; eò ipsò humilitatis videris erigere malè verticem, quòd te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum, & per eam locum sublimè fugies, & per obedientiam non dimittes, &* Panorm. *ibidem num. 2. Humilitas quæ contra obedientiam erigitur est superbia.*

21 Dixi *tutius declinari munus prælationis* iuxtà D. Thom. quia, vt ipse ait, difficile est purgatum se quemlibet agnoscere: & iuxtà Innoc. *in c. cum in iure de elect.* quisque debet in se ipso culpam agnoscere *c. ad eius dist. 6.* & de alio debet præsumere bonum *c. fin. de præsumpt.* & plura alia ad hoc congerit Marc. *q. 1230. num. 7. p. 1.*

22 Dixi *non tamen pertinaciter, &c.* quia, vt ait D. Paul. *2. ad Corint. 3. fiduciam habemus ad Deum per Iesum Christum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit Ministros noui testamenti, &c.*

DVBIVM XLII.

An culpa vacet ille, qui Prælationis muneri se subijcit, quod ex multis circumstantijs probabiliter conijcit futuram esse sibi occasionem peccandi?

SVMMARIVM.

1 *In quo differant esse in periculo peccandi, & esse in certo statu peccati.*
2 *Quando teneamur effugere periculum peccandi?*
3 *Et quando non?*
4 *Præceptum affirmatiuum variè obligat.*
5 *Quod nam discrimen sit inter opinionem de peccato futuro, & propositum peccandi?*
6 *Peccat quærens Prælaturam quæ est ei periculum peccati.*
7 *Item cui est status peccati.*
8 *Quomodo manifestanda sit Superiori causa resistentiæ, quæ sit eius mandato.*
9 *Quid agendum sit ei, qui cogitur à Superiore ad acceptandam Prælaturam quæ est sibi occasio peccandi?*

1 PRo maiori & tituli, & dicendorum dilucidatione prænotandum est primo longè inter se distare esse in periculo peccati, & nullo modo posse vitari peccatum: hoc enim est certum; illud verò cum sit futurum quoddam liberum, & contingens, nec de futuro contingenti sit determinata veritas; fatendum est non obstante periculo, & opinione de futuro peccato posse illud idem diuina iuuante gratia per liberũ arbitrium euitari. Itaq; periculum peccandi in hoc solum consistit in præsenti, quòd facilius fieri potest, vt peccatum committatur; & ideò probabilissimè sit id futurum. Quapropter qui periculum peccati suscipit, vel in eo manet, nihil aliud eo ipso facit, quàm quòd non optimo, & securissimo modo consulit indemnitati suę spirituali, vt faceret, si ex charitate erga se ipsum periculum omnino effugeret, occasione abiecta; ex qua se

2 probabiliter peccaturum timet, id quod, communiter loquendo, tenetur quis ex præcepto affirmatiuo erga se ipsum facere.

3 Secundò prænotandum est ob aliquam circumstantiam grauem, vt putà boni communis, non peccare eum, qui se subijcit, vel manet in periculo, tametsi non optima, & securissima via proprio exitio spirituali non prospiciat; sed alia sufficienti quidem, minus tamen tuta: Etenim præceptum de con-

sulendo

salendo propriæ incolumitati spirituali ad-
4 firmatiuum est; & proinde non eodem modo
obligat in eodem casu, sed varie pro ratione
circumstantiarum.

Dixi *ob aliquam circumstantiam grauem, vt, puta boni communis*, vt exempli gratia si electi vita futura sit multis subditis proficua, vel sit spes certa eum corrigere posse depravatos mores nonnullorum, vel posse obiurgare aliorum viuendi licentiam. Et huiusmodi&c.

Tertiò prænotandum est discrimen, quod
5 intercedit inter opinionem, siuè formidinem de peccato futuro, si quis maneat in periculo, & inter propositum peccandi in futurum. Primum enim potest esse sine secundo; potest namq; quis illud ipsum animo auersari, quod opinatur futurum: Quare qui in periculo existens opinatur se peccaturum; non idcirco est in peccato; cum ei possit nihilominus esse propositum vitandi quamcumq; culpam diuino fauente numine.

His positis, & prelibatis, quidquid dicat
6 Soto relatus, nec non sufficienter improbatus à Valent. *tom. 3. disp. 10. q. 3. vers. secundum dubium est*. Sit prima conclusio eum, qui probabiliter timet, nè Prælatura futura sit sibi occasio peccandi; & nihilominus eam quærit, & ambit, nulla graui circumstantia vrgente, à culpa graui, vel leui non excusari pro qualitate peccati quod timetur, si in eam se intromittat; tum quia assumens statum, vbi est periculum ad mortale, mortaliter peccat, vt est communis omnium sententia: tum etiam quia agit contra charitatem, quam quis tenetur erga se ipsum habere. Hanc conclusionem firmat omnium Doctorum concors authoritas.

Secunda conclusio est, eum qui omnino
7 desperat, & cui certum est se nullo pacto prælationis munus exercere posse absq; peccato, conscientiam suam lædere, si illud recipit, etiamsi id ei præcipiatur: atq; adeò obstringitur huiusmodi obedientiam abijcere: dummodò causam suæ resistentiæ, seu impossibilitatis prædictæ suo Superiori aperiat, & in dubijs stet eius iudicio. Hæc conclusio liquidò constat ex *c. nisi cum pridem §. propter malitiam de renunc*. Abulens. *in par. 1. Exod. cap. 18. q. 6.* & Cord. *c. 30. q. 7. p. 2. vers. secundo dic.*

Dixi *dummodò causam suæ resistentiæ Supe-*
8 *riori aperiat*, quod intelligendum est, nisi ipsa causa ortum ducat ex aliquo delicto occulto; tunc enim quàm cautissimè patefacienda est ipsimet Superiori, idest, per ali-

quas clausulas generales, quæ satis sint vt Superior re ipsa dispenset circa impedimentum, si potest, vel cesset ab iniungendo præceptum, vt rectè annotauit Valent. *vbi supra. §. vlt.* Et ratio est quia propriæ famæ est habenda ratio.

9 Tertia cóclusio bipertitò diuiditur. Prima pars est, deponendam esse opinionem de peccato futuro ei qui probabiliter opinatur se sæpè peccaturum esse in illo statu prælationis qui illi imponitur ob necessitatem boni communis. Nam Deus, qui ob dictum commune bonum ad Prælaturam eum vocauit, facili negotio potest eumdem ab omni culparum labe immunem reddere: Nó enim status Prælationis est necessaria causa peccati: sed potest quis in eo sanctissimam vitam ducere, vt latè ostendit D. Athanas. *in fin. epistol. ad Dracontium fugientem Episcopatum.*

Secunda pars conclusionis est, ei qui prædictam opinionem deponere non valet, acceptandam esse nihilominus Prælationem iniunctam in commune commodum, & ad firmiter secum statuendum non declinandi à regulari obseruantia, & agendi, vt dictum est in tertio prænotando. Quod patet ex secundo prænotando; nam talis circumstantia excusat eum, quò minus securissima via sibi cauendum sit; atq; ita conuincitur committere inobedientiæ crimen; nisi suscipiat Prælationem præfatam, si quidem licitè potest facere.

Hæc conclusio contra Sayr. *in claui reg. lib. 8. c. 5. num. 8. post med.* patet ex *c. aduersitas 7. q. 1.* Cord. & Valent. *vbi supra* & tandem ex verbis D. Petri *apud Clem. epist. 1.* vbi planè hoc videtur sentire, loquens namque Clementi sic inquit. *Si periculum peccati timens Ecclesiæ gubernacula suscipere refugis* (intellige potissimum in Ecclesiæ necessitate, prout supplet Valēt.) *certus esto, quod grauius peccas, quàm si populum Dei in mari fluctuantem, cum iuuare posses, subterfugis tuis tantummodo considerationem habens.*

DVBIVM XLIII.

An decretum electionis sit de eius substantia, & an plenam fidem faciat?

SVMMARIVM.

1 *Quid sit decretum electionis?*
2 *Non est de substantia electionis.*
3 *Plenam fidem facit quando habet omnia requisita ad scripturam publicam.*
4 *Secùs si sit scriptura priuata.*
5 *Quando decretum electionis dicatur littera testimonialis.*
6 *Non est credendum scripturæ alicuius in facto proprio.*
7 *In quo differat forma decreti electionis clericorum secularium, à forma Regularium.*
8 *Creditur scripturæ, & scrutatoribus in officio eis delato.*
9 *Decretum electionis præscriptum à Pio V. Canonicis Regularibus S. Saluatoris non facit plenam fidem.*
Forma decreti electionis.
10 *Est de substantia electionis vt omnia eius substantialia suo ordine seruentur, nec præposterentur in aliquo.*
11 *An decretum electionis possit confici per notarium laicum.*
12 *Prælati Regulares possunt creare notarios perpetuos.*
13 *Caritatiua & pia mens Pauli V. erga Religiosos, vt eius negotia, & lites celarentur tabellionibus laicis.*

1 DECRETVM electionis nihil
aliud est, quàm quædam scri-
ptura continens seriē electio-
nis à principio vsq; ad finem,
facta ad effectum in primis,
vt appareat formam fuisse seruatam in ele-
ctione, & etiam vt si quis elector vellet varia
re vota sua inciperet ei obuiare propria con
fessio; Dicitur decretum à *decerno decernis* à
quod idem est in casu, de quo agimus, quod
ordino, seu dispono: Vnde d. decretū est
dispositio, seu ordinatio totius electionis,
vel continens ordinem electionis *glos. in cap.
innotuit verb. decreto*, & Panorm. *num.* 13. *in
fin. de elect.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect.
num.* 279. quæ postea dispositio electionis
mittenda est ad Superiorem, qui habet con-
firmare talem electionem. Ant. à Butr. *in c.
bonæ* 2. *num.* 40. *de postul. prælat.* & Marc. *q.*
1312. *num.* 1. *p.* 1.

De hoc ergo decreto quærimus in præsen-
ti an sit de substantia electionis, & an plenam
fidem faciat?

2 Et quò ad primum attinet glos. *vbi supra*
asserit hodie ita esse de substantia, vt si non
fiat publicatio voluntatum, & inquisitio, &
collatio, & electio, subsequēter incōtinenti,
cassetur electio.

Glos. verò *in Episcopus verb. subscriptioni-
bus dist.* 61. & Hostien. *in d. cap. innotuit.* & com
muniter omnes teste Marc. *q.* 1359. *num.* 3. *p.*
1. negant esse de substantia electionis, sed sa-
tis esse, vt de ea possit aliter fides fieri. Et
Ioan. And. & Panorm. *vbi sup. num.* 16. ad-
dunt d. glossam *in d. c. innotuit vbi sup.* ineptè
loqui; nam quamuis ea quę ibi recitat sint
de substantia electionis, tamquam formam
concernentia; non tamen sequitur eam scri-
pturam esse de substantia.

3 Quò verò ad posterius quęsitum attinet,
an scilicet dictum decretum plenam fidem
faciat? Certum, & indubitatum est teste Ro-
ta *in Treueren. Abbatiæ S. Maximini* 20. *No-
uembris* 1614. *coram R. P. D. Coccino Decano §.
penult.* plenam fidē facere quando illud con-
tinens sigillum, & subscriptionem omnium
eligentium sit scriptum à publica manu te-
stante omnia gesta fuisse in sua præsentia, &
sit roboratum alijs requisitis ad scripturæ
publicæ substantiam, vt putà testium pręsen
tia, & huiusmodi Specul. *in tit. de elect.* §. 1.
vers. celebrata vbi latè de hac materia Innoc.
in d. cap. innotuit. num. 3. Ioan. And. *num.* 20.
Card. *num.* 7. *vers.* 6. *quæro* Ant. à Butr. Panor.
num. 15. Bellamer. *num.* 20. *vers. item dicit.*
Marc. *d. q.* 1359. *num.* 2. *p.* 1. Bursat. *cons.* 159.
num. 15. *lib.* 2. Siluest. *tit. electio* 1. *q.* 18. Biax.
in direct. elect. *p.* 3. *cap.* 41. Cuch. *instit. maior.*
4 *lib.* 4. *tit. de elect. num.* 282. Et per consequens
certum est quoque à contrario sensu plenam
fidem non facere quando non est cōfectum
per tabellionem, vt modò explicatum est,
sed solùm manu priuata licèt authoritate
capituli, eiusque sigillo munita, nec tunc ve-
rè potest dici decretum, sed potius quędā
5 litera testimonialis. Ita Innoc. Compostell.
Ant. à Butr. Panorm. & omnes *vbi sup.* & Ho-
stien. addit prima facie hanc literam testi-
monialem fidem facere quamdiu non dene-
getur per aduersarios. Quare autem ple-
6 nam fidem non faciat litera testimonialis si-
cuti facit decretum? dico id euenire quia in
facto proprio non est credendum scripturæ
alicuius vt notatur à Doctoribus *in cap.* 2. *de
fid. instrum. & in l. exemplo C. de proba.* Sed d.
litera testimonialis est scriptura inita per
capitulum, seu ipsius authoritate super fa-
cto eiusdem capituli. Ergo non potest face-
re plenam fidem.

Pro declaratione primi membri huius as
7 sertionis vbi cōclusum est decretum conti-
nens sigillum, & subscriptionem omnium

eli-

eligentium plenam facere fidem, quando est confectum per notarium publicum, &c. aduertendum est in decreto electionum non regularium quemcumque electorem apponere suam subscriptioné huiusce modi tenore verborum vt v. g. *Ego N. Canonicus S. Petri huic electioni interfui, consensi, & propria manu subscripsi*: Et hoc fit, vt dictum est *num. 1.* vt si quis eligentium electione peracta vellet variare votum suum, inciperet ei obuiare propria confessio. At hodie hæc sublata sunt ab electionibus Regularium per Conc. Tridentinum *sess. 25. cap. 6. de regul.* districtè præcipiens, *vt Regularium electiones ita per voces secretas procedant, vt nomina eligentium nunquam publicentur*, super quem locum Congregatio Illustrissimorum censuit, *vt si post factam electionem in bullis confirmationis, seu patentibus exprimerentur nomina eligentium electio esset nulla*, vt apertè colligitur ex bulla Pij V. *inter cæteras* de qua mox dicam. Et quamuis hæc ita sint in electionibus Regularium, non ex hoc tamen sequitur scripturam scrutinij confectam à scrutatoribus, & ab eis publicatam nō facere plenam fidem, ita vt electione peracta possint electores variare suum votum, licet non obuiet illis propria confessio supradicta, quam dixi obuiare in alijs electionibus non Regularium: & ratio est quia, non est credendum electoribus: sed scripturæ, & scrutatoribus in officio eis delato: singuli enim electores in suis testimonijs, & votis sunt singulares: scrutatores verò sunt contestes: est tex. expressus *cap. cum dilectus de elect.* & tradūt DD. quamplurimi infra allegandi *dub. 66. num. 9.*

Ex dictis apparet quid sentiendum sit de forma decreti quam præscripsit Pius V. Canonicis Regularibus S. Saluatoris per suam bullam *inter cæteras anno 1571. die 6. Decembris* nam cōcludendum est meritò illam non facere plenam fidem in totum, cum potius sit quędam littera testimonialis.

Si quis igitur velit decretum electionis tale quo plenam fidem facere possit, cum petitur confirmatio, vel possessio, aliusuè vsus venerit, qui probationem desideret, eidem curandum est, vt totus processus electionis pulchra serie, & ordine per tabellionem ad hoc munus lectum conscribatur, nempè vt præmissa absentium vocatione, & citationis relatione contumaciæ accusatione, Notarij testiumque constitutione, texetur deinde Notarius exemp. gratia dicendo *Præsentibus in capitulo prouinciæ N. omnibus qui debent, volunt, & possunt adesse, videlicet v. g. quinquaginta vocalibus in vnum congregatis in conuentu N. ad electionem canonicè celebrandam per formam scrutinij coram me notario infrascripto, & testibus quoq; infrascriptis ab omnibus de capitulo nemine dissentiente assumpti fuerunt tres scrutatores de collegio eodem videlicet N. N. N. qui scrutatores scrutati sunt prius se ipsos, nempè primò P. F. N. primus scrutator ita secreto, vt nec ab alijs duobus scrutatoribus videri potuerit scripsit, nomen eius quem elegit* (& sequetur narrando ordine quem posui *supra dub. 22. num. 8.*) *& denique primus secundus, & tertius scrutator scrutati sunt, & exquisierunt vota aliorum omnium de collegio ita sigillatim, & secretò, vt quisque elector de per se singulariter votum suum dederit ac detulerit ipsis scrutatoribus ita vt nec à me notario infrascripto, nec à testibus infrascriptis, nec ab alijs quibusuis, exceptis scrutatoribus auditum sit tale votum, & in scriptis ea redegerunt, (licèt nec ego nec testes viderimus redigere) moxque eadem publicarunt in capitulo idest P. F. N. primus scrutator alta, & intelligibili voce publicauit, & dixit P. F. N. habuit voces N. & P. F. N. habuit voces N. &c. & sicut publicatum est ab eo, ita quoque de facto scripturam quam in manibus tenebat, continere oculis proprijs legi, & vidi cum infrascriptis testibus, & statim collatio facta fuit numeri ad numerum eorundem votorum per P. F. N. in qua collatione cum inuentus fuerit P. F. N. habuisse maiorem totius capituli partem ex eo quòd habuerit voces N. illicò pulsata campana de eo fuit pronunciata electio à P. F. N. qui & ipse est de capitulo alta, & intelligibili voce in eodem capitulo per verba singularis numeri nomine totius capituli tenore sequenti, videlicet* (vt dictum est *dub. 40. num. 4.*) *Deinde ipse P. F. N. electus qui erat præsens genuflexit, & humiliter consensit electioni de se factæ. Quibus sic peractis fuit decātatus hymnus Te Deum laudamus, &c. altera, & clara voce à toto capitulo, hoc modo, videlicet intonarunt d. hymnum in loco capituli, & decantantes exierunt è loco capituli, & introierunt ecclesiam supradicti conuentus in quo celebrata est electio, & ibi ante altare maius R. P. F. N. præuio sermone, dedit, sigillum officij publicè ipsi P. F. N. iam electo. De quibus omnibus, cum ego N. notarius ita interfuerim cum N. N. testibus, vt tamen nemo nostrum sciat alicuius suffragium nominatim, fidem facio vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis prædicta omnia ita fuisse ordine quo narraui gesta. Et ita rogatus fui. Ideo in fidem præsens publicum instrumentum subscripsi, & subsignaui.*

Circa hāc formam Decreti electionis pri-

mo aduertendum est eam esse variandam secundum diuersitatem formæ, electionis per quam processerint electores, compromissi scilicet absoluti, vel limitati, quàm prudens, & doctus Lector eliciet ex hucusq; dictis, prout suis locis apertum est: Ego enim apposui hanc vtpote difficiliorem, quæ inseruiet quando procedetur per formam scrutinij viua voce, cæterasq; tanquam faciliores silentio inuolui breuitatis gratia. Deinde variandi erit quoq; forma decreti si aliquod non fuerit seruatum sicut debetur & ibi narraui; hæc enim forma supponit omnia ritè rectè, & canonicè fuisse executioni demandata, quæ in aliquo possent obstare electioni.

10 Secundò aduertenda sunt ea verba quæ posui in fine dicti Decreti *omnia ita fuisse ordine, quo narrantur gesta*, quia substantiale est vt in electione seruetur omnium ibi prædictorum substantialium ordo, successiuèq; omnia attendentur per ordinem substantialia si cut ibi sunt narrata Panorm. *in c. quia propter num. 16. vers. decimum octauum. de elect.* quem sequuntur Manual prælat. *tom. 2. q. 23. artic. 29. §. decimo octauo.* Siluest. *tit. electio 3. q. 10. vers. decimo octauo.* Tabien. *eod. tit. & vers.* & communiter omnes.

11 Tertiò aduertendum est controuerti inter DD. an dictus Notarius per quem conficiendum est hoc electionis decretum possit esse laicus secularis. Compostell. *in d. c. quia propter*, Ioan. And. *in c. 1. de procur. in 6.* Specul. *in tit. de instrument. edit. in §. restat, vers. quid ergo si tabellio*, & quidam alij affirmatiuam partem tuentur, quia Notarius scribendo nullam authoritatem exercet, nec aliquid spirituale ministrat; sed solùm præbet nudũ ministerium, seu officium, quemadmodum procurator in re spirituali non repellitur ab officio Procuratoratus ex eo quòd laicus sit vt *in d. c. 1. de procur. in 6.* Præterquamquod speciale videtur in causa hæresis vt clericus, seu persona religiosa possit esse Notarius vt decernitur *in c. vt officium §. verum quia de hæret. in 6.* Et ob has rationes Panorm. *in d. cap. quia propter num. 10. de elect.* censet hanc opinionem veriorem quàm contrariam Hostien. Abb. antiq. & aliorum quos ibi refert qui fundatur super *c. Massana de elect.* vbi reprobatur electio per interuentum laicorum. At quidquid sit de hoc in iure cum Additio ad eundem Panorm. *ibid. lit. a.* multis Doctoribus ad

12 ductis ei contradicat, censeo semper honestius esse vt Religiosi assumant aliquos ex suis in Notarios, sicuti ad hunc, & alios huiusmodi effectus concessit Pius V. per suum motum proprium *anno 1571. die 21. Martij.* Generali & Prouincialibus omnibus Ordinis Prædicatorum, vt possent in vnaquaq; prouincia aliquos dicti Ordinis Religiosos in Notarios creare, constituere, & deputare pro

13 ut plenè refert Rodriq; *tom. 3. q. 8. art. 1.* Hinc felicis recordationis Paulus Papa V. in bullis Illustriss. Protectorum hæc apponere consueuit prout apparet ex patente facta Illustrissimo Cardinali Lantes Protectori vigilantissimo Ordinis Minorum S. Francisci Conuentualium, quæ incipit *Cum ordo.* data *anno 1608. die septima Octobris*, cuius tenori omnes alias facultates Protectorum aliarum Religionum consonare testatur Collector bullarij *tom. 3. fol. mihi 235. Quando autem ab ipsis fueris requisitus, vt in ijsdem negotijs auctoritatem interponas, vel necesse fore cognoueris, vt eandem auctoritatem tuam in eisdem negotijs exerceas, tunc id liberè facere possis. Sed quoad poteris per te ipsum hoc facere curres, adhibito ad scribendum, quando opus fuerit in eisdem negotijs, seu causis loco notarij aliquo ex fratribus dicti Ordinis.*

DVBIVM XLIV.

An electus possit administrare ante confirmationem?

SVMMARIVM.

1 *Electus non potest administrare ante confirmationem.*
2 *Electio dat habitum, confirmatio exercitium.*
3 *An electus notetur ambitione, si confirmationem suæ electionis petat?*
4 *An electus ex consuetudine possit administrare ante confirmationem?*
5 *Quando consuetudo det iurisdictionem?*



1 RESPONDEO negatiuè *c. nosti, c. qualiter de elect. c. iam dudum de præben. & c. auaritiæ. de elect. in 6.* ac tenet communis opinio Doctorum teste Marescot. *lib. 2. var. resol. cap. 3. num. 44.* & ratio est quia electio dat habitum administrationis, & confirmatio exercitium glos. *in c. quanto dist. 63.* item glos. & Panorm. *in d. c. nosti. num. 2. de elect.* Oldrad. *cons. 146. factum tale est de consuetudine Ecclesiæ Eduensis num. 4.* Felin. *in c. ne Dei. num. 2. in fin. de sim.* Franch. *in c. quam sit. ver. electus. de elect.*

elect. in 6. Biax. in direct. elect. 9. 1. c. 8. Berbus in c. quoniam de offic. deleg. Dec. in c. postquam nu. 18. de elect. & Rota decis. 240. coram Greg. XV. Hinc electus non notatur ambitione si
3 confirmationem suæ electionis petat, cum non tàm proprium, quàm Ecclesiæ negotiũ confirmationem petendo agere videatur c. quam sit & c. cupientes. de elect. in 6. Panorm. in c. exhibita nu. 1. de iudic. Cuch. instit. maior. lib. 4. tit. de confirm. & confirm. potest. num. 8. Et hæc sunt certa apud omnes: sed meritò
4 vertitur in dubium. An teneat contraria consuetudo vt quis electus sine confirmatione administret?

Innoc. & Hostien, quos allegat, & sequitur Panorm. in c. transmissam. num. 3. vers. tertio casu. & in d. c. qualiter num. 21. & in cap. postquam de elect. Franch. in c. auaritia. colum. 2. de elect. in 6. Cuch. vbi supra de potest. elect. nu. 13. negatiuè sentiunt.

At Anchar. cons. 51. per totum. Imol. in d. c. nosti. & alibi Tusch. lit. E. concl. 90. Dec. in d. c. postquam num. 21. de elect. sequens Oldrad. d. cons. 146. quod consilium dicitur aureum à Felin. in capit. in nostra num. 16. vers. hoc autem quod debet. de rescript. affirmatiuam tutantur. Et ratio potest esse, quia ad confirmationem faciendam non requiritur necessariò verborum prolatio; sed satis est aliquis actus à Superiore manans, quo declaret
5 voluntatem suam, vt firmabitur dub. 46. nu. 3. Sed consuetudo est sufficiens signum iurisdictionis concessæ, vbi Superior ad quem confirmare spectat, non contradicit Bart. in l. 1. ff. de aqua plu. arcen. & idem Panorm. in c. cum contingat. num. 10. referens alios de for. compet. & fortiùs glos. ibid. verb. consuetudine vbi varia cumulat iura & Suar. tom. 4. disp. 27. sect. 3. num. 3. Ergo &c. Et confirmatur: Nam Decius in c. licet num. 46. de elect. inquit consuetudinem habere tacitum consensum, & posse iuri derogare. & Innoc. in cap. cum ab Ecclesiarum num. 3. de offic. ordin. per l. 3. §. vlt. C. de emanci. & c. 1. de ex. ess. prælat. Nauar. in c. nullam 18. q. 2. num. 52. ad fin. per c. duo simul. de offic. ordin. & Suar. de legib. lib. 6. c. 14. num. 11. aiunt consuetudinem non solum posse augere; sed etiam dare iurisdictionem.

CAPVT SEPTIMVM

De confirmatione & confirmati potestate.

DVBIVM XLV.

An electionis confirmatio sit necessaria?

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electionis est necessitatis, & debita.*
In necessarijs liberalitas non exercetur.
Non impendit beneficium, qui exhibet debitum.
2 *Quid si Superior ad quem spectat nollet confirmare electionem?*
3 *Ad confirmandum non est tempus à iure præfixum.*
4 *Confirmatio electionis regulatur sicut appellatio in deuolutione.*
5 *An sit confirmanda electio si post publicationem antequam confirmetur, pereant electores?*
6 *An sit celebranda electio ex illis votis in scrutinio publicatis si moriantur electores statim post ipsam publicationem?*
7 *Scandali vitandi causa non est confirmanda electio.*
8 *Propter scandalum multa licita dimittuntur, & receditur à iure.*

1 ONFIRMATIO electionis, nedum est necessaria ex parte electi, vt fusè dictũ est in superiori dubio; sed etiã ex parte Confirmatoris ita est necessitatis, & debita, cap. fin. de elect. in sexto capit. postquam vbi Ant. à Butr. num. 5. Panorm. c. in primo not. & Dec. num. 1. de elect. & Rota d. decis. 240. num. 20. coram Greg. XV. vt allegans contraria nõ sit audiendus glos. in c. vnico post figur. casus vers. nam confirmatio de postul. prælat. in 6. Vnde nullam liberalitatem in ea exercet Superior, quia in necessarijs liberalitas non exercetur l. rem legatam ff. de adim. leg. Nec impendit beneficium qui exhibet debitum l. si seruo §. 1. ff.

§.1.*ff.de reb.inst.l.proximè ff.de rit.nupt.* Bald. *conf.567.num.1.ad fin.lib.*5. Rota *vbi sup. co-*
2 *ram Greg. XV.* Immò si ipse superior ad quẽ spectat, nollet confirmare, potest compelli per suum superiorem, vel ei præfigi terminũ cum comminatione, sine intimatione quòd nisi intra talem terminum confirmet, superior iure deuoluto hoc faciet glos. *in rubr. de postul.prælat.in 6.* Panorm. *in c.nullus, & in c. pastoralis de iur.patr. & in cap.2.col.fin.de concess.praben.* Dec. in *d.c. postquam col.fin. in fin.* Cuch. *vbi sup. tit.de potest. elector.num.5.& tit.*
3 *de confirm. & confirm. potest. num.* 57. licet enim ad conferendum, & eligendum sit tempus à iure præfixum; tamen ad confirmandũ non reperitur tempus præfixum à iure, prout post Dominos de Rota testatus est Panorm. in *d.cap. postquam in fin. de elect.* & ideò
4 oportet vt modo explicato procedatur, cum confirmatio electionis reguletur sicut appellatio, quæ deuoluitur ab inferiore ad superiorem Rota *decis. 615. num. 3. coram Card. Seraphino.*

5 Sed rogabis num electio ita trahat confirmationem necessariò, vt etiam sit confirmanda si ea publicata omnes electores ex quadam v.g. ruina perierint, & mortui sint, antequam confirmetur? Respondeo affirmatiuè, modò eorũ loco alij successerint. Biax. *in direct.elect.p.3.c.44.* Firm. *in tract. de epist. lib.3.p.3.1.p.princ.num.4.* Cuch.*tit. de confir. & confirm.potest.num.7.* & videtur ad mẽtem
6 Bald.*in c.publicato num. 12. de elect.* vbi sustinet idem esse dicendum de scrutinio respectu electionis, vt scilicet celebranda sit electio ex illis votis in scrutinio publicatis, si eo publicato omnes electores ex quadã ruina mortui sint, dummodò eorum loco alij sint subrogati, & rationem dicit esse quia vnum erit semper v.g. capitulum prouinciæ Bononiæ licèt non sint ijdem numero electores, hoc enim non refert, cum ipsi iam functi essent officio suo eligendi eis à iure delato; vnde electio quæ postea cõmunis subsequi debet, non est amplius ipsorum singulorum, sed Capituli quod iam finctione iuris viuit *c. in genesi de elect.* & idem cum proportione dic de electione respectu confirmationis, quia iam capitulum v.g. prouinciæ Bononię functum est officio suo electionem celebrandi: Ergo si idem capitulum, iam subrogatum sit, vel saltem eadem prouincia per illud idem representata, cui præficiẽdus est ille electus Prouincialis, viuat finctione iuris, hoc satis est vt illa electio trahat necessariò à superiore confirmationem.

7 Et quamuis hæc dicta ex parte confirmatoris sic se habeant; attamen sunt limitanda, vt tunc electio non trahat confirmationem, quando aliquid iure naturali, diuino, vel humano obstaret, iuxta in sequenti dubio dicenda, vel quando aliquod scandalum sequeretur, quia non est eligendus nec confirmandus, qui scandalum in populo præbiturus est, etiam si nullum defectum patiatur Panor. *in c. 1. num.8.de elect. per c.cum teneamur, & c. nisi cum pridem, de renunc.* Romani *conf.531.in vlt. col.* Felin. *in c. nihil cum scandalo num. 2. vers. tertiodecimò propter scandalum de præscript.* Rota *decis.516.num.4. coram Card.Seraphin.* nam vt inquit Panorm. *in c.con-*
8 *sideramus num. 5. vsq; ad fin. de elect.* multa licita sunt dimittenda scandali vitandi causa, ex quo possunt omitti sine peccato, & adducit *c.fin. de bon. oper. nunc. c. nihil prodest de præscript. & cap. cum teneamur de præben.* Et scandali item vitandi causa à iure receditur, vt subdit Additio ad idem Panorm. *vbi sup.* afferens *cap.non potest.23.q.4.* & referens Card. *in clem.1.in princ.de pæn.*

DVBIVM XLVI.

Ad quem pertineat confirmatio electionis: Quæ eius forma: Quod munus confirmatoris: Et an cassata confirmatione, cassetur quoque electio alias canonica?

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electionis pertinet ad immediatum Superiorem.*
2 *A quibus confirmentur exemptorum electiones?*
3 *Generales Religionum à quo confirmentur.*
4 *Quomodo petenda confirmatio electionis ab Apostolica Sede?*
5 *Quæ nam forma confirmationis.*
6 *Vbi verba nõ sunt de substantia factum æquipollet verbis.*
7 *Confirmatoris est examinare electionis processum, & personam electi.*
8 *An in talis examinatione procedendum sit iudicialiter.*
9 *Quomodo examinanda electi Prouincialis Minorum à suo Gener...*

Quan-

10 *Quando nulla facienda sit examinatio?*
11 *Pœna imponenda Confirmatori si ob negligentiam, vel malitiam excesserit.*
12 *Vindicatur iuridica praxis, & Pater Rodriquez à reprehensione Miranda.*
Decretum irritans non ampliat principalem dispositionem.
13 *An Generales Minorum teneantur ad obseruantiam* c. fin. de elect. in 6. *in confirmatione Prouincialium?*
14 *Quando confirmatio facta post appellationem ad Apostolica Sedem, sit nulla?*
15 *An cassata confirmatione cassetur quoque electio?*
16 *Vtile per inutile non vitiatur.*
17 *Quando electio dicatur perfecta?*
18 *An vendito solo consensu partium perficiatur?*
19 *Si electio est nulla, irrita quoque est confirmatio. At non è contrario.*
An obiectio electionem nullam declarans admittatur post confirmationem?

1 RESPONDEO primò confirmationem electionis spectare ad immediatum Superiorem electi, vt rectè annotauit Panorm. *in c. monachi. §. prioratus numer.* 10. *de sta. monach.* per illum tex. & per *c. cum ad monasterium. §. nec alicui. eod. tit.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de confirmat. & confirm. potest. num.* 1. nisi aliud iure speciali, vel consuetudine cautum sit Paul. de Eleaz. *in rub. de elect. num.* 7. *in reuet. per c. mos antiquus. & c. quoniam dist.* 63. *c. duo simul. de offic. ordin. c. antiqua. cum simil. de priuil. & alia iura.* Marc. *q.* 930. *p.* 1. Tolos. *in*
2 *tit. de elect. c.* 19. *num.* 10. *&* 14. Exemptorum autem qui immediatè subsunt Papæ electiones confirmantur ab ipsomet Summo Pontifice, vel à Legato de latere, si quis est in illa prouincia *c. si abbatem de elect. in* 6. Ex his dictis infertur Prouinciales exemptos confirmandos esse à suo Generali, & non à Papa, quia non sunt illi immediati, sed dicto Generali. Siluest. *ait. confirmatio q.* 1. Mirand. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 32. *concl.* 2. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 16. *q.* 7. & in specie id statutum est de Prouincialibus Ordinis Minorum *in clem. exiui. §. demum de verb. signif.*

3 Infertur secundò Generales Religionum exemptarum confirmandos esse à Romano Pontifice, eò quod ipsi subsunt immediatè, vel à Legato de latere vt explicatum est. At hodie omnium ferè Ordinum Generales statim ac sunt electi remanent confirmati ex diuersorum Pontificum concessione, vt est vi-
4 dere apud Rodriq. *tom.* 2. *q.* 52. *art.* 3. Mirand. *concl.* 3. Si quis verò esset, qui huiusmodi concessionibus non frueretur; tunc tàm electus, quàm electores adstringerentur petere confirmationem à Summo Pontifice iuxta terminos *c. cupientes de elect. in* 6. *iuncto c. si postquam. eod. tit. & lib.* prout firmauit Rota in *Treueren. Abbatia S. Maximini* 20. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D. Coccino Deccano §. vlt.* & præ ceteris explicat Cuch. *vbi supra à nu.* 13. *vsq; ad nu.* 33. Ea tamen semper excipe, quæ sublata censentur per Concilium Tridentinum *sess.* 25. *c.* 6. *de regul.* districtè præcipiens, vt electiones Regularium ita secretò peragantur, vt nomina eligentium nunquam publicentur. Vnde iure merito per hoc decretum seruari non potest *d. c. cupientes. §. si verò.* vbi decernitur vt quando electio vna, vel plures celebratæ sunt in discordia transmittantur ad curiam duæ saltem personæ ex qualibet discordium parte: Et ratio est; quia si hoc fieret, publicarentur nomina eligentium, cum ignorentur partes, ex quibus mittendi sunt duo, nisi manifestentur ipsorum partialium nomina. Satisfieri autem videtur posse huic textui, & dicto decreto Concilij, si quatuor personæ v. g. eligantur per scrutinium secretum à toto capitulo ad hoc munus subeundum.

5 Respondeo principaliter secundò nullam formam confirmationis esse præscriptam in iure; sed sufficere aliquod siuè dictum, siuè factum, quo Superior declaret voluntatem suam confirmandi vt v. g. est installatio, siuè intronizatio, & huiusmodi &c. Oldrad. *cons.* 146. *nu.* 6. Rota *decis.* 16. *de concess. praben. in nou. & decis.* 261. *num.* 3. *coram Card. Mantic.* Quod ex eo maximè probatur, quia in talibus non refert quoquomodo Superior declaret volūtatem suam iuxta notata per Innoc. *de re iudic. c. cum Bertholdus. in glos. mirum vi-*
6 *detur* & per Archid. *de elect. in* 6. *c. vt quis dual. in glos. quis inter duos.* Vbi namq; verba non sunt de substantia non minus valet factum quàm verba Panorm. *in c. Ecclesia vestra* 1. *nu.* 3. *de elect.*

7 Respondeo principaliter tertiò munus cōfirmatoris esse diligenter examinare, & electionis processum, & personam electi, etiamsi nihil obijciatur electo *c. cum nobis & c. venerabilem vers. est enim generaliter de elect. & c. fin. de transl. episc. in fin. clem. Exiui. §. demum de verb. sign.* aliàs confirmatio viribus non subsistit *cap. nihil. est de elect. & cap. fin. eod. tit. in* 6. Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *quæst.* 6. &

Com-

8 Compil. priuil. *tit. electio numer. 8. in fin.*
Cuch. *vbi sup. num.* 38. Et in hac examina-
tione facienda interdũ potest procedi extra
judicialiter, & interdum, ac vt plurimum
processus fieri debet cum causæ cognitione
in contradictorio iudicio, & requiritur diffi
nitiua pronunciatio secundum casus, & oc-
casiones occurentes, & prout natura negotij
postulat, de quo videndum est dubium se-
quens *num. 4. & seqq.* Ita multis allegatis
tradit Gonzal. *sup. reg. 8. cancell. glos. 9. §. 1. in
annot. cont. nullit. & attent. in can. benef. num.*
43. Speciale tamen est in Ordine Minorum
9 vt non procedatur iudicialiter, præsertim in
confirmatione Prouincialium Ministrorum
d. clem. exiui § demum. vbi glos. vers. quintò not.
& Marc. *q.* 1360. *num. 3. p. 1.* habet enim tex-
tus *exceptione, seu contradictione quacumque
alterius partis non obstante.* Et si hoc proce-
dit quãdo electio celebrata est in discordia,
vt ibi dicitur, & explicabitur dub. sequenti,
quantò magis procedet quando fuerit cele-
brata in concordia? arg. *cap. fin. de elect. in 6.*
Immo addo posse Generalem fidem adhibe-
re soli famæ vel literis testimonialibus In-
noc. Ioan. And. *in cap. postquam de elect.* Cuch.
vbi supra num. 39. & maximè si non apparet
contradictor offerens obiectiones proban-
das: Panorm. *in d. c. postquam num. 5. de elect.*
10 Et quidem electus potest esse ita notoriè ido
neus vt nulla alia sit facienda examinatio.
Oldrad. *consil. 146. in fin. de consuetudine Eccle-
siæ Ed. . . ensis per c. de Petro dist. 47. & cap. qui
Episcopus iuncta glos. verb. examinetur dist. 23.*
Panorm. *vbi sup. per cap. nullus dist. 24. iuncta*
11 *glos. & per cap. constitutis 2. de appell.* Benè
verum est quòd si non extiterit prædicta fa-
ma, vel non fuerint exhibitæ literæ testimo-
niales, & tamen constiterit Generalem nulla
adhibita diligentia approbasse hominem
insufficientis scientiæ, vel inhonestæ vitæ,
vel ætatis illegitimę, nõ solũ deijciendũ esse
huiusmodi indignè promotũ, & confirmãtẽ
cõfirmandi primum successorẽ illius carere
potestate, verum etiam à perceptione pro-
prij beneficij suspendi, quousque (si ęquum
fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si ve
rò conuictus fuerit in hoc per malitiam ex-
cessisse, vtputa spernendo oppositiones
huiusmodi defectuum, quæ incontinẽti pro-
bandæ offerebãtur, grauiori subiacere vltio
ni, idest ad arbitrium Iudicis *d. c. nihil est iun
cta glos. verb. grauiori de elect.*

Sed his dictis obijcies dispositionem le-
gis continentem decretum irritans non pos-
se adimpleri per equipollens, vt probatum
est *dub. 8. nu. 2. sed in d. clem. ad fin.* appositum
est decretũ irritans his verbis *Porrò si quid
de huiusmodi Ministro prouinciali secus attenta-
ri fortè contigerit illud ipso facto sit irritum, &
inane,* vbi glos. hoc decretum appositum esse
scribit ijs quę de Ministro Prouinciali dicta
sunt in §. *demum, & duobus sequentibus.* Ergo
præmittenda erit semper diligens examina-
tio antequam confirmetur electio memora-
ti Prouincialis.

Respondeo verba dispositionis præfatæ
clementinæ in casu de quo agimus hæc esse
*Prius tamen ex officio prout spectat ad ipsum
diligenti examinatione præmissa confirmetur,
vel infirmetur;* Vnde quando ipse præmise-
rit examinationem eo modo quo limitatè
diximus, censebitur præmisisse eam exami-
nationem ex officio, prout spectat ad ipsum,
& per consequens satisfaciet illi dispositioni
etiamsi appositum sit illi recitatum decre-
tum irritans, cuius rei potissima ratio est,
quia illud decretum non ampliat principa-
lem dispositionem; ita vt cõpræhẽdat quod
non compræhenderet, si dictum decretum
non fuisset appositum. Rota *decis. 2. num. 2. de
concess. praeben. in nou.* Crescen. *decis. 7. nu. 11.
eod. tit.* Put. *decis. 1. num. 2. & 3. lib. 1. & de-
cis. 156. num. 7. lib. 2.* Rota *decis. 300. num. 6.
lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 569. num. 8. par. 2. in
recent.*

12 Ex his dictis apparet primò quàm imme
ritò Mirand. *tom. 2. q. 23. art. 28.* condemnet
communem praxim, & consuetudinem quæ
diu inoleuit apud viros graues, & doctos cõ
firmandi electiones Prouincialiũ nulla exa-
minatione facta, & adhibendi fidem famæ
ac literis testimonialibus. Itemque apparet
quàm irrationabiliter ipse Miranda repræ-
hendat Patrem Rodriquez. defendentem
tom. 2. q. 51. art. 5. illam praxim esse iuri-
dicam.

13 Secundò apparet Generales Minorũ non
teneri in confirmandis electionibus Prouin-
cialium eiusdem Ordinis ad obseruantiam
formę *cap. fin. de elect. in 6.* nec per hoc confir-
matio illa vllo modo viriabitur. Nam ea
forma præscribitur ad effectum, vt illi qui-
bus ius opponendi competit, opponere pos-
sint; Sed *in d. clem. exiui §. demum* habetur
14 electionem Prouincialis Minorum exceptio
ne seu contradictione quacumque alterius
partis non obstante confirmandam, vel in-
firmandam esse à Generali Ministro, vt la-
tius explicabitur *dub. 47. & 48.* Ergo ad prę
fatam formam non deuincitur. Benè, verum
est confirmationem illam inanem censeri,
quæ

quæ facta fuit postquam ab electione celebrata fuerit in scriptis appellatum ad Sedem Apostolicam ex causa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, nisi prius fuerit canonicè ab ipsa appellatione recessum, vt expressè cauetur *in cap. si postquam de elect. in 6.*

15 Sed pone (& erit resolutio vltimæ partis tituli quæstionis) pone inquam confirmationem cassari, vel cassam, irritamque nunciari, quia ipsa facta fuerit pendente appellatione ad Apostolicam Sedem, & propterea ipse qui confirmauit confirmandi non habuerit potestatem, quæritur an in huius facti contingentia infirmetur quoque electio, quæ aliàs est canonica? Respondeo negatiuè *c. si confirmationem de elect. in 6.* Tolos. *in tit. de elect. c. 19. num. 23.* & Rota *decis. 1274. num. 2. coram Card. Seraph.* Et ratio est quia electio, & confirmatio sunt actus diuersi, & à diuersis procedentes *d. cap. fin. de transl. episc.* vnde non sequitur quòd secundo amoto, amotus sit quoque primus, quia sunt secreta, idest separata, & secretorum, idest separatorum separata debet esse ratio *vt l. si maritus C. de dona. inter vi. & vxo. l. de bonis in princ. ff. ad carbo.* & alij textus benè deducti per Oldrad. *vbi sup. num. 4.* Nec item vtile per inutile debet viciari *cap. vtile de reg. iur. in 6.* vbi
16 Dyn. & in terminis asserit Monach. *in d. c. si confirmationem.*

17 Neq; his dictis obstat primò, me *dub. 14. num. 4.* sustinuisse de mente aliorum electionem non dici perfectam, quousq; fuerit confirmata: Nam respondeo cum eodē Oldrad. *vbi supra* illud intelligendum esse de perfectissima electione quæ sortitur suum intentum, quem ex confirmatione habet arg. *l. si qui quadraginta. § vlt. ff. ad l. falc.* Et hoc etiam
18 respectu venditio dicitur traditione impleri vt *l. si quis aliena. ff. de act. empt. & vend.* & tamen constat quantum ad perfectionem obligationis eam solo consensu esse perfectam *vt l. consensu ff. de act. & ob. & l. 1. §. vlt. de contrahen. emp. & ven. inst. de oblig. §. quæ ex consensu. in princ.* Bursat. *cons. 100. num. 10.*

Neq; obstat secundò confirmationem nō
19 posse esse validam, etiam si aliàs rectè fiat, vbi electio per se est nulla. Nam respondeo disparem esse rationem, quia cū actus prior idest electio sit inualidus deest fundamentum, sine quo actus subsequens non potest esse validus. Et hinc est vt etiam post confirmationem admittatur omnis obiectio (modò incontinenti probanda offeratur) quæ electionem nullam esse declaret, vt si per sīmoniam celebrata electio dicatur, vel non seruata forma *c. quia propter de elect.* vel Cōc. Tridentini *sess. 25. c. 6. de regul.* &c. Panorm. *in c. accedens col. fin. de accus.* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 45. num. 2. & 3.* Cuch. *vbi supra nu. 47.* At quando confirmatio est nulla, electio potest esse valida, si omnia alia requisita concurrāt, quia actus prior non pendet à posteriori. Ita Suar. *tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 4. c. 58. num. 7.*

DVBIVM XLVII.

An si vota in plures se diuiserint partes, ita vt nemo à maiori parte capituli electus sit, possit Superior ad quem spectat eligere aliquem eorum in quem suffragia diriguntur, & confirmare.

SVMMARIVM.

1 *Superior nequit confirmare electionem, in qua maior pars capituli non conuenit.*

2 *De iure naturali requiritur consensus eligentium ad electi onem.*

3 *Non decet eligentes habere electum quem nolunt, vel quem non expedit habere numer. 10.*

4 *Quando liceat superiori confirmare electionem quæ peccat in iure naturali.*

Diuisio votantium in duas partes æquales bono zelo facta præsumitur.

5 *Quid iuris? quando diuisio votorum malo zelo ducta creditur.*

6 *Vis & authoritas sententiæ diffinitiuæ.*

7 *Confirmatio electionis in contradictorio iudicio habet vim sententiæ diffinitiuæ.*

8 *Propter subiectam materiam de qua agitur sunt impropriandæ verba.*

9 *Quis præferendus à Superiore quando eligit in contradictorio iudicio.*

11 *Superior nequit confirmare electionem peccantem in iure naturali, quando in ea est seruanda forma* c. quia propter de elect. *Etiam in desperata eligentium concordia,* ibid. & num. 17. *Excipe tamen electione Prouincialis Minorum num. 13.*

12 *Dispositio legalis continens decretum irritans non potest adimpleri per æquipollens.*

Quid

Quid disponant statuta Cartusiẽsis Ordinis quãdo desperatur votantium concordia in electione Prioris conuentualis?
13 *Generi derogatur per speciem.*
14 *Explicatur §. demum. clem. exiui. de verb. sign. et vindicatur Siluest. et communis expositio à Mirand.*
15 *Approbatur constitutio PP. de Obseruãtia praefigẽs terminum electionibus in discordia celebratis, quo elapso dat electionem Praesidenti Capituli.*
16 *Quid iuris si fratres aliquibus conuentus non concordauerint in electione Discreti localis?*
17 *An sit valida constitutio quae dat Prouinciali et Diffinitorio electionem ita ab electoribus in discordia celebratam, vt nemo gaudeat maiori parte capituli?*
An huiusmodi electio possit compromitti.
Quid disponant statuta Cartusiensis Ordinis in huius facti contingentia?

1 RESPONDEO negatiuè si in primo, vel secundo, vel tertio scrutinio v. g. tantumodò haec diuisio votantium appareat; ita vt probabiliter conijciatur, moraliter loquendo, maiorem ipsorum votantium partem tandem consensuram esse in aliquem. Ita Innoc, quem sequitur Bald. *in c. nihil nu. 17. vers. quaero cum Innoc. de elect.* & ratio est quia talis

2 electio peccat in iure naturali ex quo non habetur in ea consensus maioris partis capituli, vt multis allegatis asserit Marc. *q. 784. num. 3. et q. 1200. p. 1.* & peccat in iure positiuo contra dispositionem *c. quia propter de elect.* Vnde Superior non potest eam confirmare, vt plenè c. adiui *dub. 3. per totum*, & merito, quia vt inquit Panorm. *in c. quoniam qui busdam num. 6. de iur. patr.* id in notabile de-

3 trimentum eligentium cederet, cum fortè haberent electum quem non vellent, vel non expediret habere *c. si fortè dist. 63.*

4 Respondeo autem affirmatiuè si ex pluribus terationibus scrutiniorum nunquam habeatur consensus maioris partis eligentium; ita vt ex probabilibus coniecturis desperetur moraliter loquendo eiusdemmet partis votantium concordia, vt v. g. Si Superior ad concordiam eos compellendo *infra. de satisda. tut. §. fin. autem* electoribus certum terminum praescripserit, quo elapso nondum concordent; quod totum intelligendum est, dummodò partes ipsae bono zelo ductae credantur, qui à Iis vt plurimum praesumendus est, quando vota se diuiserunt in duas partes aequales *d. c. si fortè dist. 63. et c. nec nonum. 8.* q. 1. Hanc assertionem sustinet Bald. *vbi supra.*

5 Dixi *dummodo partes bono zelo ductae credantur*, quia si malo zelo, temeritateq; votantium talis diuisio facta praesumatur, ita vt scandalum timeatur, tunc illa electio cassabitur *c. si duo dist. 79. et glos. in d. c. si forte verb. si diuiserint.* ac neuter eorum qui electi fuerunt, potest assumi, siue eligi in eadem vacatione eiusdem Ecclesiae *l.* nisi fortè post dictam cassationem omnes eligentes vnanimiter in alterum eorum consentirent *c. considerauimus de elect.*

6 Ratio huius secundae responsionis fit explanatae desumpta ex Bald. *vbi supra* est, quia definitiua sententia facit omnia esse rata inter litigantes *l. cum putarem. ff. fami. erc. l. eo tempore. ff. de pecul.* & eum qui non est filius facit filium, & eum qui non est Pater facit Patrẽ vnde dicitur sententia definitiua est altera natura, quia ius facit, & originem creat *l. 1. in fin. ff. de lib. agno.* & quo ad effectum mutat naturalia vincula, & connectit falsa in vera. idem Bald. *in c. in praesentia de probat.* Surd. *lib. 1. conf. 61. num. 2.* & ius facit inter partes Alex. *conf. 39. col. 2. vol. 6.* Surd. *vbi supra.*

7 Sed praedicta discordia, seu desperata eligentium concordia est contradictorum iudicium secundum quod patitur subiecta materia, & natura rei; & per consequens confirmatio tũc facta à superiore est definitiua sententia glos. *in cap. fin. verb. inanis de elect. in 6.* vbi quoque Domin. *col. 8.* Ioan. And. *in capit. auaritiae de elect. in 6.* Frãch. post Imol. & Panorm. *in c. constitutis 2. col. 5. de appell.* Felin. *in rubr. de feri. et re iud. num. 21.* Marc. *quaest. 1357. num. 3. p. 1.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 3. q. 2. art. 3.* Gonzal. *sup. reg. 8. cancell. glos. 9. §. 1. in annot. cont. nullit. et attent. in caus. bn. fic. num. 43.* Ergo facit de non electo electum, quia mutat naturalia vincula.

8 Dixi *secundum quod patitur subiecta materia*, quia propter subiectam materiam, & propter naturam rei, de qua agitur, sunt impropriãda verba à proprio significatu, quem habent; ita vt quando ad proprium sensum trahi non possunt, trahantur ad improprium *l. si vno anno. ff. locati l. flumimum §. hac stipulatio ff. de damno infecto* plenè Euerard. *in loco à subiecta materia num. 2. et per totum* Gonzal. *glos. 48. num. 58.* vbi Rotam, & plures DD. allegat. Vndè licet memorata confirmatio electionis facta à superiore in praefata discordia eligentium, nõ possit propriè dici factã in contradictorio iudicio; & maximè propter secretum quod obseruandum est in electionibus

ctionibus Regularium ex vi Conc. Trident. *sess. 25. cap. 6. de regul.* non ex hoc tamen ipsa amittit vim definitiuæ sententiæ.

Sed rogabis quis eorum sit tunc præferendus à superiore? Respondeo tunc præferendum esse eum qui à maiori parte respectu minorum partium electus fuerit, & id maximè procedit in electione Prouincialis Minorum sic in discordia celebrata *clem. exiui §. deinum*.

Si verò vota sint paria recurratur ad merita personæ, & ille præferatur, qui iudicio ipsiusmet superioris maioribus studijs innatur, & meritis *d. cap. si forte dist. 63.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 16. quæst. 4.* Sed si omnia sunt æqualia, vel ipsemet superior rem sorte dirimat, vt in Matthia *cap. clerus dist. 21.* iuncta glos. & in hoc sensu non videntur prohibitæ sortes Suar. *nu. 12.* & Sanch. *nu. 79. vbi infra.* Vel idem superior potest gratificari cui velit *cap. 1. de paroch.* vel præferatur ille qui antiquior est *cap. 1. 35. q. 6.* vel præferatur ille qui diutius militauit in ecclesia *cap. quid prodest. dist. 61.* vel potius ille qui semel malus fuit, & postea conuersus ad bonum, quàm qui semper bonus *cap. fideliter dist. 50.* vbi glos. Felin. *in cap.*
10 *per tuas 1. num. 9. de simon.* Illud semper alta mente reponendo non posse dari Prælatum omnibus eligentibus inuitis, vel vniuersitate subditorum renuente *d. c. si forte* vbi Gemin. & *cap. nullus dist. 61.*

11 Hanc secundam responsionem sic probatam, & explicatam in qua concludo posse superiorem in desperata maioris partis eligentium concordia eligere, & confirmare eo modo quo explicaui, limita vt non procedat in electionibus, in quibus est seruanda forma *capit. quia propter de elect.* quia per istud *cap. quia propter* correctum est *d. cap. si forte* teste Gemin. *ibid. dist. 63.*

Ratio huius limitationis eam esse existimo, quia dum partes sunt in contradictorio iudicio per consequens omnes tacitè consentiunt in illum quem eliget Iudex de illis electis à partibus in discordia; vnde si non immediatè consenserunt omnes vel maior pars capituli in aliquem ex eis, consentiunt postea mediatè, nempè mediante Iudice, & sic satisfaciunt iuri naturali, qui consistit in hoc; sicut dixi sup. vt electus gaudeat maiori parte suffragiorum totius capituli. At in electionibus, in quibus executioni demandatur dispositio *cap. quia propter de elect.* non potest consentiri mediatè, siuè per equipollens vt explicatum est, quod ex eo maximè probatur, quia in *d. cap. quia propter* disponitur idem quod disponit ius naturale, videlicet, vt is eligatur in quem maior totius capituli pars consenserit, & amplius subiungitur decretum irritans *aliàs electio facta nō valeat.*
12 Ergo non potest adimpleri per equipollens cum in lege continente decretum irritans magis attendatur forma legis, quàm verba legis vt prænotaui *dub. 8. num. 1.* Et hæc limitatio sic probata firmatur ex *cap. si cui de elect. in 6.* iuncta glos. *ibidem verb. præter, & verb. concilium* quam approbat Panor. *in cap. ecclesia vestra 1. num. 4. de elect.*

13 Ab hac tamen eadem limitatione excipe electionem Prouincialis Minorum vt in ea vendicet sibi locum dicta secunda conclusio sine hac limitatione; licèt enim in hac quoque electione sit seruanda dispositio *cap. quia propter de elect.* attamen excipiuntur quæ de huiusmodi Prouincialis electione sācita sūt *in clem. exiui §. demum de verb. signif.* cum generi derogetur per speciem *cap. generi de reg. iur. in 6.* Quæ autem ibi statuuntur ad rem nostram hæc sunt, nempè *vt cum ad electionem huiusmodi Prouincialis per formam scrutinij procedítur (votis in diuersa diuisis) electiones plures in discordia celebrari contingat; illa quæ à maiori parte capituli numero, (nulla zeli, vel meriti collatione aut consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione seu cōtradictione quacumque alterius partis non obstante per dictum Generalem Ministrum de consilio Discretorum de Ordine (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum diligenti examinatione præmissa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis secundū Deū visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata ad capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur.*

14 Nota ea verba *à maiori parte capituli numero*, per quæ dicunt speciale esse in electione Prouincialis Minorum vt electus à maiori parte respectu minorum partium confirmetur glos. *ibid. vers. sed nō vot.* Panorm. *in capit. Ecclesia vestra. 1. num. 6. vers. & fallit prima de elect.* Felin. *in c. cum omnes num. 28 de constit.* Marc. *relatus* à Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio c. 6.* Siluest. *tit. electio 2. q. 9. in fin.* Biax. *in dicta elect. p. 3. c. 35. num. 4.* & Coch. *instit. maior lib. 4. tit. de elect. num. 263.*

Vnde sensus huius clement. in recitatis verbis est vt quando Prouincialis electio fuerit celebrata in desperata eligentium concordia, vt explicatum est in conclusione confirmetur à Generali illa quæ à maiori parte respectu minorum partium fuerit celebrata, si bono zelo ductæ credantur partes: Si verò malo zelo, temeritateq; votantium illa diui-

ſio facta præſumatur, caſſetur electio &c. & fiat, vt dictum eſt in concluſione, & tunc electio huiuſmodi ad capitulum prouinciale reuertatur.

Ex his ſic latè dictis infertur primò immeritò ſanè reprehendi Silueſtrum *vbi ſup.* & per conſequens communem Doctorum à Mirand. *tom. 2. q. 23. art. 27. concl. 2. in fin.* eò quòd interpretati fuerint dicta verba clementinæ vt relatum eſt.

15 Secundò infertur validam eſſe illam conſtitutionem Toletanam PP. de Obſeruantia, quam refert Rodriq. *tom. 2. q. 92. art. 5. ad finem*, vbi ſic habetur: *Si tamen electores in vtera placita diuiſi in volut dici ſpacio non elegerunt, Præſidens Capituli poterit ſecundum iuris communis diſpoſitionem, quem voluerit ſecundum Deum eligere, etiamſi electio ſit Miniſtri Prouincialis.*

16 Tertiò infertur non videri generaliter approbandum quod ſubiungit d. Rodriq. *vbi ſupra* dicendo: *Notandum eſt tamen quod in electione Diſcretorum ad Capitulum prouinciale in noſtra Sacra Religione, etiamſi fratres conuentuales per vnum diem naturalem minimè concordêt, non deuoluitur ad Præſidentem in capitulo conuentuali prouiſio talis Diſcreti: ipſe enim Diſcretus mittitur à Conuentu vt Procurator, qui ſi non conſtituatur, videtur conuentus ſuo iuri renunciare. Et ita ego vidi in facto contingentia præſidente Reuerendiſs. P. noſtro F. Mattheo de Burgos in prouinciali capitulo prouinciæ Sancti Iacobi de Compoſtela.* At pace tanti Doctoris non videtur vnquam hoc dictum generaliter approbandum. Si enim malo zelo ducti credantur præfati electores conuentuales, veriſſimum exiſtimo quod aſſerit iuxtà ſuperius dicta *num. 5.* Sed ſi bono zelo ducantur, v. g. ſi vota in duas ſe diuiſerint partes, ex eo quod duo electi ſint præ cæteris digniores, nec inter eos dijudicari, ſeu diſcerni poteſt quis ſit dignior altero, quis hos electores audebit arguere, ita vt ſint priuandi iure ſuo quod habent in capitulo prouinciali? Cum Leo & Gregorius Pontifices Maximi dicant vt habetur *in c. ſi fortè & d. c. nec nouum*, id non eſſe nouum, irreligioſum, vel reprehenſibile, iuncta gloſ. *ibid. verb. nec reprehenſibile.*

17 Quartò infertur validas, & iuridicas eſſe conſtitutiones aliquarum Religionum in quibus definitur *quod ſi in electione Priorum ſeptem aut octo ſcrutinia peragantur & ſi in ijs omnibus minimè fratres concordauerint prouiſio Prioris ad Prouincialem, & PP. Prouinciæ deuoluatur.* Non ea quidem ratione quia fratres in vnum congregati in capitulo hanc electionem compromittant in dictos PP. vt ſibi gratis finxit Rodriq. *vbi ſupra*, obſtat enim ſacrum Concilium genera *in d. cap. quia propter* vt ſupra *num. 11. & 12.* explicatum eſt: Sed dicta electio deuoluitur ad dd. PP. & nullo modo in eos compromittitur quia ſicuti ad Superiorem poſt lapſum temporis deuoluitur eligendi poteſtas *c. 2. de conceſſ. præben.* ita ex eorum negligentia deuoluitur in præſenti caſu. Et ita tenent in terminis gloſ. communiter recepta *in c. penult. verb. tenea ntur de reſcript. in 6.* vbi quoq; Archid. Ant. à Butr. *in c. fin. num. vlt. de foreſt.* & ibi Hoſt. *num. 3.* Ioan. Andr. *num. 12.* Card. *q. penul.* Socin. ſen. *nu. 26.* Ananias, *num. 11.* Idem Card. *in c. licet cauſam ad fin. de probat.* Felin. *in c. capitulum. num. 21. verſ. ſed ſaluando ad fin. de reſcript.* & Suar. *tom. 3. de relig. tract. 3. lib. 2. c. 12. num. 6. & 7.* quos omnes approbat Sanch. *in præcep. decal. lib. 2. c. 38. num. 74.* Et deniq; idem apertis verbis decidunt ſtatuta Cartuſienſis Ordinis in puncto proprio de electione Prioris conuentualis *p. 2. c. 2. num. 32.* vbi ſic dicitur: *Et cum in ſupputatione votorum, & eorum qui electi ſunt numero publicè conſtiterit coram omnibus neminem eorum habuiſſe ſufficientem numerum: tunc ibidem coram omnibus comburentur ſchedulæ, & toties ſcribendæ, ſiuè facienda erunt noua donec aliquis ſufficientem numerum habuerit, niſi fortè toties effecta iam eſſent, vt iudicio confirmatorum deſperari de electione poſſet, & obſtinati apparerent animi. Quare contingente ceſſandum erit ab electione, ac per viam aliam ſcilicet, prouiſionis procedendum, vt negotio delato ad R. P. Cartuſiæ non in eum quidem compromittatur, hoc enim per decretum Sacri Concilij minimè licet, ſed expectetur quòd ille re intellecta reſpondeat, vel faciat.*

DVBIVM XLVIII.

An: A quibus: quomodo: & intra quod tempus poſſit opponi contra electiones, & prouiſiones Prælatorum Regularium?

SVMMARIVM.

1 *Poſt confirmationem factam repellitur contradictor. Explica vt num. 3. & Limita vt num. 5.*

2 *An poſſit opponi contra electionem Generalis, vel Prouincialis confirmati ſtatim ac eſt electus.*

Iura

Iura semper parificant electionem, & prouisionem.

Quid iuris de electione & de prouisione.

Vbi militat eadem ratio, militat quoq; eadem iuris dispositio.

4 *An possit opponi contra electionem Prouincialis Minorum ex eo quod sit confirmanda exceptione seu contradictione quacumq; alterius partis non obstante.*

Duplex exceptio, seu contradictio.

6 *Eligentes, vel electioni consentientes contra electum nequeunt opponere nisi ex noua causa, vel nouiter eis pandita.*

7 *Quibus competat ius opponendi.*

8 *Si obijciatur euidens defectus scientiæ vel personæ: in primis examinandus electus: & si falsum reperiatur, quomodo puniatur opponens?*

9 *Nec est locus pœnitentiæ oppositoris in præiudicium eius contra quem opponitur.*

10 *In quorum beneficiorum electione hæc habeant locum?*

11 *Forma obijciendi contra electionis, prouisionis, vel postulationis formam, aut personam eligentium, vel electi, siue illius cui erat prouisio facienda.*

12 *Et quod ibi præscribitur de præstando iuramento est ad vnguem obseruandum cum ad Sedem Apostolicam appellatur.*

13 *Item eamdem formam obijciendi seruare tenetur qui contra certam & nominatam personam ne ab alijs eligatur ad eamdem Sedem, antequam fiat electio, appellauerit.*

14 *Et nedum appellans ipse, sed eius procurator ad hunc effectum constitutus.*

15 *Et si criminum, vel defectuum expositorum debitas circumstantias omiserit obijciens non est postmodum audiendus etiamsi iuret eas ad se de nouo peruenisse.*

16 *Nec est principaliter admittendus alius superueniens in eadem causa eosdem articulos prosequendo.*

17 *Et etiam repellitur ab obiectibus in appellatione sua expressis obijciens si non obseruauerit dictam formam: quando procedit per viam querelæ simplicis.*

18 *Non tamen propter dictæ formæ omissionem infirmabitur probatio aliàs legitima de ipsis obiectis facta.*

Iudex potest supplere non solùm ea quæ sunt iuris; sed etiam quæ sunt facti.

19 *Dicta sunt obseruanda quando extra iudicium appellatur.*

20 *In quibus solùm obiectis sit seruanda dicta forma obijciendi?*

21 *Quando obiectio dicatur respicere ius Ecclesiæ, & quando ius opponentis?*

22 *Intra quod tempus possit opponi, vel appellari ab electione vel prouisione?*

Item intra quod tempus opponentes, vel appellantes se sistere debeant Apostolico conspectui?

An possint opponentes mittere Procuratorem?



ROBATVM est *dub.* 46. Generales Religionum ex diuersorum Summorum Pontificum concessione censeri confirmatos authoritate Apostolica statim ac sunt electi. Et item dictum est Prouinciales Minorum esse confirmandos à Generali Ministro exceptione seu contradictione quacumq; alterius partis non obstante. Modò vrget difficultas an amplius pateat aditus opponendi contra dictas electiones. Ratio dubitandi est, quia confirmatione facta non est quis
1 postmodum audiendus qui opponere velit. Panorm. *in c. fin. qui matri. accus. & in c. cum olim. de caus. possess.* Biax *in direct. elect. p. 3. cap. 45. num. 3.* Cuch. *instit. maior. tit. de confirm. & confirm. potest. num.* 43. & omnes DD. citati *dub.* 10. *num.* 4. Sed dicti Generales iam confirmati sunt, & Prouinciales contradictione seu exceptione quacumq; alterius partis nõ obstante sunt confirmandi. Ergo nullus videtur patere aditus ad opponendum contra ipsas.

2 His tamen non obstantibus quò ad Generalem spectat respondeo posse opponi, ac si non esset confirmatus, quod patet: nam cũ in casu, & ad effectum de quo agimus iura semper parificent electionem, & prouisionẽ vt perspicuum fit ex *clement. constitutionem. §. insuper de elect. c. 1. c. si postquã. §. fin. c. constitutio. c. procurator & c. vt circa de elect. in 6.* ex eo maximè quia is qui prouidetur ita vnico actu eligitur & confirmatur vt nullum intermediet tempus in quo possit opponi ante cõfirmationẽ glos. *in d. c. vt circa verb. electiones* & ergo dicam infra *dub.* 119. *num.* 4. Sed in casu nostro supponimus Generalem statim ac esse electum censeri quoq; in eodem instanti cõfirmatũ. Ergo quid iuris de electione quæ indiget cõfirmatione & de hac quoq; electione quę nõ indiget sed per se remanet confirmata vt nullus detur locus opponendi ante ipsam confirmationem: Vbi enim militat eadem omnimoda ratio, militat quoque iuris dispositio, vt fusè explicabitur *dub.* 123.

3 Et ad rationem dubitandi, quæ videtur

 obstare

obstare dico disparem esse opinionem illorum Doctorum à casu nostro: nam illi DD. ibi allegati quando asserunt neminem esse audiendum post confirmationem, supponũt, vt ex eorum fontibus expressè habetur, ipsã confirmationem factam fuisse elapsis terminis ad opponendum præfixis, & publicatis ixtà formam *cap. fin. de elect. in 6.* & in multis Religionibus seruatur, & maximè apud Carthusianos. Vnde tunc iure meritò postea non est amplius patefaciendus aditus ad opponendum cum in tanta dissidia non omninò malitia vacare præsumatur *d. c. fin. qui matri. accus. poss.* At in casu nostro nullus præcessit, aut præscriptus fuit terminus ad opponendum. Ergo dispar est opinio &c.

4 Quò verò ad Prouinciales attinet respondeo quoq; posse opponi: & probatur, nam si in alijs electionibus, in quarum confirmatione attenditur forma *d. c. fin. de elect. in 6.* potest etiam obijci post confirmationem quando obiectio declarans electionem ipso iure nullam incontinenti probanda offertur, vt probatum est *dub.* 46. quantò magis idem asserendum erit in casu nostro ante confirmationem, cum semper in illis alijs electionibus præsumatur malitia in opponentibus post confirmationem, vt supra dictum est.

Neq; obstant verb. *clem. exiui.* §. *demum de verb. sign. exceptione, seu contradictione quacũq; alterius partis non obstante confirmetur &c.* Nã respondeo ea intelligenda esse de exceptione seu contradictione quæ solum extennat zelum, meritum, vel authoritatem eligentium, seu electi; non autem de exceptione seu contradictione quæ nullum reddit ipso iure votum eius cui opponitur, vel nullam electionẽ quia tunc secus est dicendum. Et hoc totum indicant illa alia verba eiusdem clem. §. *demum vbi supra. Nulla zeli, vel meriti collatione aut consideratione habita exceptione seu contradictione quacumq; alterius partis non obstante confirmetur &c.* Et quod hic sit sensus prædictorum verborum pulchrè desumitur ex *c. si quando de elect. in 6.*

5 Immo addo non solum posse opponi ante confirmationem; sed etiam post ipsam, vbi nulla negligentia, aut culpa in ipsis opponentibus notari posset: vtputa quia fortè vel egritudine impediti fuissent; vel quia absentes electionem ignorassent nisi post confirmationem; & huiusmodi &c. & est optimus tex. *d. c. fin. qui matrim. accus. poss.* vbi DD. cum alijs supra in ratione dubitandi allegatis *nu.* 1. Benè verum est nullum locum opponendi post confirmationem esse, quando illud ipsum, quod opponitur iam ante confirmationem propositum, & discussum fuit, ac super eo pronunciatum. Biax. *in direct. elect. vbi supra p. 3. c. 45.* & Cuch. *num.* 4.

6 Ad secundam partem tituli quæstionis. A quibus, scilicet, possit opponi? Respondeo ita decretum fuisse à Greg. X. in Conc. generali Lugdunensi prout habetur *in cap. nulli de elect. in 6.* *Nulli licere decernimus postquam in scrutinio nominauerit aliquem, & electio fuerit subsequuta, vel postquam præstiterit electioni de ipso ab alijs celebratæ consensum, illum super electione ipsa nisi ex causis postea emergentibus impugnare, vel nisi ei morum ipsius antea celata de nouo pandetur improbitas, seu alicuius alterius latentis vitij, vel defectus, quæ verisimiliter ignorare potuerit veritas reueletur. De huiusmodi autem ignorantia fidem faciat proprio iuramento.* Ergo à contrario sensu huius textus illi qui

7 de collegio sunt, possunt opponere, & non solum illi qui sunt de collegio, verum etiã omnes subiecti, & quos Ecclesiæ illius cura tangit possunt opponere Gemin. *in c. vt circa* § 1. *de elect. in 6.* Felin. *in c. super his num.* 14. & 15. *post* Anan. *de accus.* Folle. *in praxi. crim. can. p.* 2. *iudic. vers. aut criminibus specificatis nu.* 6. Cuch. *vbi supra num.* 33.

8 His autem qui se ad hoc opus opponendi accingunt perpetuò ob oculos mentis versetur quod ab eodem Gregor. X. in d. generali Concilio Lugdunensi statutum est, vt refertur *in cap. si fortè de elect. in 6.* *Si fortè inter cætera quæ obijciũtur electo, aut postulato, seu alias promouendo ad aliquam dignitatem euidentem scientiæ vel aliam personæ defectum opponi contingat in discussione obiectorum illum statuimus ordinem incommutabiliter obseruãdum, vt promouendus super defectu ipso ante omnia subijciatur examini, cuius euentus examinãdis alijs aut dabit initium, aut negabit. Cæterum si præmissi examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opponentes omninò à prosecutione causæ, in qua talia obiecerũt excludimus & perindè puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium quæ obiecerunt defecissent.*

9 Et quod magis est non esse locum pœnitentiæ: Vnde *in cap. ab eo de elect. in 6.* sic decernitur. *Ab eo qui contra electum, vel postulatum, seu promouendum ad aliquam dignitatem inter cætera quæ obijcit euidẽtem notorium, seu manifestum scientiæ, vel aliam personæ defectum opponit: ipsius defectus oppositio vel eius qualitas, nequeunt postea reuocari; cum enim opponẽs si quod de defectu opposuit huiusmodi, destitui veritate contingat à prosecutione causæ debeat omnino excludi, & puniri, perindè ac si in probatione om-*

ne omnium, quæ obiecerat, defecrisset: iustam est, vt postquam ad oppositionem eandem procedit nequeat in præiudicium eius contra quem oppofuis vlterius permittere.

10 Circa hos autem textus nota illos non esse extendendos ad alia beneficia, quæ non sunt dignitates per illud verbum *dignitatem* vbi glos. *in d. cap. si fortè.*

11 Ad tertiam partem dubij quomodo scilicet sit opponendum? Respondeo d. Gregorium X. in eodem Concil. generali Lugdunensi, prout habetur *in cap. vt circa de elect. in 6. prouidisse edicto perpetao vt si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel prouisionibus se opponunt proponendo aliqua contra electionis postulationis, seu prouisionis formam, aut personam eligentium, vel electi, siuè illius cui erat prouisio facienda, siuè facta, & propter hoc contigerit appellari, appellantes in instrumento publico, seu litteris super appellatione confectis omnia, & singula exprimant, quæ in formam intendunt obijcere, vel personas, coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito iuramento, quod credant ea, quæ sic exprimunt esse vera, & se posse probare: Alioquin tàm opponentes quàm tempore appellationis interpositæ adhærentes eisdem obijciendi aliqua, quæ non fuerint in huiusmodi litteris, vel instrumentis expressa potestatem sibi nouerint interdictam nisi aliquid postea forsan emerserit, vel super antiquis superuenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentiũ notitiam de nouo peruenerint, quæ appellantes appellationis emissæ tempore verisimiliter ignorare potuerint, & etiam ignorarint. Super huiusmodi autem ignorantia, & superueniente facultate probandi fidem per proprium præstandum corporaliter faciát iuramentum, hoc adijciendo in iuramento eodem, quod ad ea probanda credunt se sufficientes probationes habere.*

12 Quod decretum amplia primò vt in eo quod dicitur de præstando iuramento &c. præscripta ibi forma sit ad vnguem adeò seruanda, cum ad Sedem Apostolicam appellatur vt non sit super obiectis, vel expræssis huiusmodi audiendus quis, & si hoc modo iurauerit, videlicet, quod illa quæ in appellatione sua expresserat, vel ea quæ de ipsis deberent sufficere vera esse credebat, & se posse probare; cum non simpliciter, vt ex prædicto Gregoriano, conciliariq; decreto tenetur iurauerit; sed indeterminatè, & disiunctiuè *c. is qui contra. de elect. in 6.*

13 Amplia secũdò vt procedat etiam si quis contra certam, & nominatam personam, nè ab alijs eligatur ad Sedem Apostolicam, antequam fiat electio duxerit appellandum: debet enim per omnia in appellando seruare formam dicti decreti, ac si electione iam facta eum contingeret appellare; Alioqui non obseruans pęnę constitutionis eiusdem se nouerit subiacere *c. qui contra. de elect. in 6.*

13 Amplia tertiò vt procedat nedum in ipso appellante; sed etiam in ipso Procuratore ad appellandum ab electione, postulatione, aut prouisione dato; ita vt non aliàs censeatur idoneus, nisi omnia quæ in formam, vel personas intendit obijcere, & propter quæ appellare destinat singulariter, & clarè sint expræssa in instrumento procuratorio, & nisi habeat speciale mandatum ad iuramentum corporaliter in eorum animas quorum Procurator existit, quòd ipsi credunt expressa eiuscemodi vera esse, & se posse probare *c. procurator de elect. in 6.*

15 Amplia quartò vt appellans non sit postmodum in prosecutione negotij audiendus, si criminum, vel defectuum expositorum debitas circumstantias exprimere omisit, etiã si postea iuramento affirmet ipsas criminum circumstantias, earumuè probationes ad se de nouo peruenisse *clement. constitutionem de elect. in 6.*

16 Amplia quintò vt si quis appellauerit opponendo crimina, vel defectus, forma dicti decreti omissa, ipso postea prosequente huiusmodi appellationem in his quibus prędicta forma violata non fuerit, alius superueniens qui nõ appellauerit nõ erit in eadẽ causa principaliter admittendus pro interesse communi eosdem articulos prosequendo, licèt appellanti, nè in specificatis colludat possit assistere: Non tamen ei propter hoc prosecutionem proprij interesse non negatur. *d. clement. constitutionem §. sanè.*

17 Amplia sextò, vt si appellans per viam querelæ simplicis causam agat, vel eam appellato agente defendat, repellatur ab obiectibus in appellatione sua expresfis, & alijs nisi constiterit ipsum formam seruasse prædictam, preterquam in casibus in præfato decreto exceptis, etiamsi appellationem suam non prosequatur, nec exhibeat, & illa se asserat nolle vti, dummtamen de ipsa coram Iudice fiat fides, quia per ipsam ius repellẽdi aduersario quęsitum est *d. clem. constitutionem §. insuper.*

18 Idem verò Decretum Gregorianum in Cõcilio generali Lugdunensi sic ampliatum limita primò vt licèt illius Decreti, formæq; omisfio repellat appellantem ab obiectibus in formam electionis, vel personas eligentiũ

vel electi propositis, vel proponendis, & eorum facienda probatione attamen probationem factam aduersarij confessione, vel aliàs legitimè non infirmet. *d. clem. constitutionem* §.*fin.* Et tunc Iudex poterit ex tali probatione per se cassare electionem, si non sit canonicè facta, vel si persona electi sit indigna, & ratio est, quia Iudex tunc potest supplere non solùm ea quæ sunt iuris; sed etiam ea quæ sunt facti glos. *in c. bona, 2. verb. curaui mus allegare de postul. prælat.* Panorm. *in c. cum nobis de elect.* Nauar. *lib. 1. conf. 2. num. 2. tit. de elect. in nou.*

19 Limita secundò vt locum sibi non vendicet, nisi solum cum in electionibus, postulationibus, aut prouisionibus extra iudicium appellatur. Quando enim in iudicijs in huiusmodi negotijs appellari contingit anteriora iura sunt obseruanda cum per illud nõ fuerint immutata *c. constitutio de elect. in 6.*

20 Limita tertiò, vt non procedat vbi ea quæ opponuntur ius Ecclesiæ, vel opponentis personæ directè respiciunt: Sed tantùm si in personam crimina, in formam defectus opponantur *d. clem. constitutionem.*

21 Ius Ecclesiæ obiectio dicitur respicere, vt puta si Ecclesiæ nomine allegetur eius quoq; suffragia in electione recipienda esse, vel de ipsius gremio esse aliquem eligendum, vel ad eam omninò ius prouidendi spectare, & huiusmodi &c. Ius verò opponentis respicere dicitur, vt quando asserit beneficium ad se pertinere, vel sibi debitum esse vel ad se prouidendi ius spectare putà iure ad ipsum deuoluto, vel quia se in suffragijs electionis ferendis contemptum queratur; alijsq; huiusmodis casibus &c.

22 Ad vltimam partem tituli quæstionis infra quod scilicet tempus possit opponi? Respondeo me circa hanc difficultatem nihil aliud statutum in iure inuenisse, nisi vt dicti opponentes deuinciantur ad obseruantiam *c. cupientes de elect. in 6.* in omnibus quę ibi perstringuntur quando ad Sedem Apostolicam appellauerint ab electione v. g. Generalis Ministri, vel à confirmatione Prouincialis, seu à prouisione facta de Prouinciali per ipsum Generalem vbi ad eum propter capituli prouincialis negligentiam deuoluta fuisset talis electio. Ita habetur *in c. si postquam de elect. in 6.*

Quæ autem ad rem nostram contineantur in *d. c. cupientes de elect. in 6.* hæc sunt, videlicet vt tam opponens, quàm opponentes, si duo tantùm, vel si plures duo ad minus ex ipsis opponentibus expensis ipsorum opponentiũ propriјs cum actis, & munimentis plenè instructi compareant coram Summo Pontifice infra idem tempus, infra quod electi ab ipsa S. Sede confirmandi venire obstringuntur, vt vel negotium plenariè instrui, vel Sedes eadem valeat per ipsos informari an Ecclesiarum vtilitate perpensa, & alijs inspectis circumstantijs super habendis aliquibus probationibus, seu quibuscumq; alijs sit alibi facienda commissio, Vel an æquitate suadente partes potius apud Sedem ipsam in probationibus, & alijs sint arctandæ, *d. c. cupientes* § *si verò*, vbi glos. *verb. compareant.*

Vnde tempus quod pręfigitur electis, &c. infra quod diximus teneri opponentes se sistere Apostolico conspectui est vt infra mensem vnum ad Sedem Apostolicam iter arripiant, post quod alterum quoq; spatium conceditur ex itineris longinquitate moderandum, ad effectum se præsentandi vt dictum est. Post quod item dantur viginti dies, vt in eis vel personaliter compareant, vel si impediti quo minus comparere possint, proponãt impedimenti causam, ad quam probandam permittuntur alij quindecim dies. Et si admittatur, Procuratorem postea sufficienter instructum mittent nisi cessaret ipsa causa, quia tunc accedere ipsimet personaliter tenerentur. Aliàs ipsi opponentes (quo ad se) à totali processus prosecutione priuantur & alijs pœnis puniuntur *in d. c. cupientes.* Vbi subditur nullum præiudicium generari electis in prosecutione sui iuris super hoc quod opponentes quò ad se à processus prosecutione priuentur.

DVBIVM XLIX.

An Prælati Regulares possint amoueri à suis Prælaturis, & dignitatibus ad libitum suorum Superiorum sine causa?

SVMMARIVM.

1 *Dignitates regulares electiuæ censentur perpetuæ.*

2 *Quod nam dicatur beneficium electiuum.*

3 *Beneficia regularia nõ electiua sunt manualia, nisi aliud exprimatur, vel cautum sit.*

4 *Regularis non potest amoueri à dignitate electiua sine causa.*

Pri-

5 *Priuatio tituli imponitur tantùm in casibus expressis in iure.*
6 *Id tamen fallit in Religiosis.*
7 *Religiosi possunt amoueri à dignitatibus manualibus, etiam sine causa.*
Nisi interueniat prohibitio vt est apud Monachos S. Bernardi in Italia Ordinis Cisterciensis.
8 *Nisi subsit malitia, vel præsumptio Odij.*
9 *Pendente accusatione vel inquisitione non potest priuari beneficiatus manualis.*
10 *Ex leuiori culpa inducitur priuatio beneficij manualis, quàm perpetui.*
Priuatio beneficij manualis non censetur grauis pœna.
11 *Quando inducatur consuetudo, vt Religiosi possint amoueri à Prælaturis manualibus etiam sine causa.*
12 *In actibus meræ voluntatis nunquam inducitur consuetudo.*
13 *Generalis Prouincialis, & Prior conuentualis Ordini Prædicatorum non potest amoueri infra tempus sui Officij sine iusta & rationabili causa.*
14 *Secus verò dicendum de Prioribus seu Guardianis qui per viam prouisionis instituuntur, & item de Prouincialibus & Rectoribus Societatis Iesu qui instituuntur à suo Præposito generali.*
15 *Quæ beneficia curata dicantur manualia?*



PRo maiori intelligentia eorũ quæ dicenda sint prænotandũ est in casu, & ad effectum de quo agimus nos posse considerare beneficia, & Prælaturas regulares dupliciter: vel vt scilicet sunt perpetua, vel vt sunt manualia, idest ad nutum Superioris amouibilia.

1 Perpetua censentur quæ sunt electiua. Panorm. *in cap. monachi num. 5. de stat. monach.* Selua *de benef. par. 3. quæst. 68. num. 2.* Cassad. *decis. 4. num. 3.* & Rota *decis. 296. nu. 7. coram* Coccino. & ratio est quia generaliter perpetua censentur quæ adimi nequeunt nisi certis de causis à iure concessis. glof. *in clement. quia regulares de supplen. negl. prælat. & in clemen. & si principalis verb. electio de rescript.* Nicol. Milis. *in verb. beneficium num. 18.* & alij quos allegat Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 1. quæst. 4. § quintò diuiditur.* Sed electiua sunt huiusmodi, *capit. monachi. in fin. de stat. monach.* Ergo &c.

2 Ad hoc autem vt beneficium dicatur electiuum duo debent concurrere. Primò vt procedatur in eo per electionem, quæ exigit confirmationem Superioris: nam secus esset si confirmatio Superioris necessaria non esset glof. *in verb. electionem in clem. quia contingit. §. vt autem* & ibi Card. *num. 2. de relig. dom.* Felin. *in cap. in nostrá num. 25. vers. hoc autem quod debet de rescript.* Tolos. *in tit. de elect. cap. 3. num. 2.* Gonzal. *supra reg. 8. cancell. glos. 19. num. 12. & 13.* vbi multos allegat. & Rota *decis. 1. de elect. in antiq.*

Secundò vt beneficium dicatur electiuum fieri debet electio per Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, vel Collegiatæ, siuè Conuentualis Gonzal. *vbi supra* & fuit dictum in *vna Calaguritana beneficij 2. Maij 1551.* teste Capucaq. *decis. 295. num. 1. & per totam p. 1.*

3 Manualia verò dicuntur cætera omnia beneficia regularia *clem. 2. vbi glos. verb. per electionem de rescript.* Egid. *decis. 203.* Rota *decis. 772. num. 1. p. 1 diuers. & decis. 20. num. 4. par. 1. in recent.* Hoc autem dictum limita, nisi scilicet aliud priuilegio, consuetudine vel statuto cautum esset Gonzal. multis allegatis *vbi supra glos. 5. § 6. num. 8. & 59.* Ratio horum dictorum est quia talis manualitas potius venit ex parte illa obtinentium, quia sunt Regulares professi, & quid propriũ habere prohibiti *cap. cum ad monasterium. §. talis de sta. monach.* quàm ex natura illorum beneficiorum Gambar. *in tract. de offic. & potest. leg. de lat. lib. 4. c. 1 num. 15. & 16.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 1. num. 3.* Garc. *de benef. in addit. ad nu. 78. cap. 2. p. 1.* & Rota *decis. 739. num. 6. & 772. num. 6. p. 1. diuer.*

4 His animaduersis dico primò nullum beneficiatum, siuè Prælatum Regularem possidentem beneficium, vel Prælaturam Regularem electiuam posse ab ea amoueri, nisi iusta, & rationabili causa existente. *cap. nullam potestatem. 18. q. 2. & c. monachi. in fin. de stat. monach. vbi* glos. *verb. non mutentur.* & Panor. *num. 8. vers. in glos. penult. ibi. qui per electionem.* Azor. *p. 2. lib. 3. cap. 16. quæst. 15.* & communiter DD. teste Rota *decis. 772. num. 3. par. 1. diuersorum.* & ratio est quia quamuis Religiosi quid propriũ habere nequeant, *vt supra* dictum est; attamen Superiores Religionum qui ius amouendi habere prætendunt, censentur prohibiti à Summo Pontifice per *d. c. monachi.* vt nõ possint amouere, nisi iusta, & rationabili causa existente: vnde quò ad amotionem illius Prælaturæ dicti Prælati sunt obedientiarij Papæ, vt non possint amoueri ab alio eidem inferiore, nisi iuxtà dispositionem *d. c. monachi.* In reliquis verò in omnibus & per omnia subiecti remanent dicio-

ni Prælatorum maiorum Religionis.

Dico secundò licèt pęna priuationis titu-
5 li nunquam veniat imponenda, nisi in casibus in iure expressis *c. satis peruersum. dist. 56. glos. verb. ex vi. iur. patr. in cap. fin. de iur. patr.* vbi Panorm. *num.* 8. Crescent. *decis. 9. num. 1. tit. de probat.* Caputaq. *decis. 98. num. 3. par. 3.* Rota *decis. 288. num. 6. coram Card. Seraphino & decis. 489. num. 2. in fin. p. 2. in recent. & fuit dictum in vna Asten. fructuum 27. Martij. 1613.*
6 *coram Manzanedo.* Attamen Prælati & beneficiati Regulares de facili, & ex leuioribus causis possunt amoueri à suis Prælaturis etiã electiuis. *cap. per tuas. 1. in fin. de sim. c. qualiter & quando 2. in fin. de accus.* glos. *in cap. porrecta verb. confirmantur de confirm. vtil. vel inutil.* Et hæc videtur esse ratio quare Prælati Regulares personaliter non confirmentur perpetuò à Sede Apostolica *c. ad nostram & d. c. porrecta de confirm. vtil. vel inutil.* quia si essent confirmati cum derogatione eiusdemmet *cap. ad nostram & d. c. porrecta*, nõ possent indè amoueri sine mandato Papæ *c. 1. & 2. eod. tit.* glos. *in d. c. porrecta.* Innoc. communiter receptus teste Nauar. *in c. non dicatis 12. q. 1. num. 66 vers. addo octauo in fin.* Panor. *in c. cum inter 1. num. 10. de elect.* Rota *decis. 6. de restit. spol. in antiq. & decis. 9. eod. tit. in nou.*

Dico tertiò Superiores Religionum posse
7 amouere, & spoliare beneficiatos, siuè Prælatos manuales de suis beneficijs, siuè Prelaturis manualibus quomodocumq; & quandocumq; ipsis placuerit etiam sine causa; nec ipsi Prælati manuales possunt conqueri, siuè agere quicquam contra spoliatores *cap. cum ad monasterium. §. tales in fin. iuncta glos. verb. perpetuò de sta. monach.* Et ratio est quia ipsi Prælati manuales per hoc non desinunt esse Religiosi, & obedientiarij Superiorum suorum: & ideò Superiores vtuntur iure suo, & non faciunt illis iniuriam. *l. iniuriarum. §. 1. ff de iniurijs. cap. cum Ecclesia Vulaterana. vbi glos. verb. in iuria. de elect.* Besignet. *decis. 2. de rerum permut.*

Hęc assertio plurib. auctoritatib. cũ cõmuni suadetur à Selua *de benef. par. 3. q. 68. in fin.* Nau. & Azor. *vbi sup.* Rota *decis. 6. de restit. spoliat. in nou. & decis. 1. num. 1. vers. nec seruamus eod. tit. in antiq. & decis. 778. num. 1. p. 1. diuers. vbi refertur id resolutum fuisse in vna Burgens. amotionis magistri capellæ 11. Decembris 1591. coram Card. Blanchetto.*

Et quamuis hæc eadem assertio sic se ha-
8 beat, vt dictum est, attamen est intelligenda vt prohibitione careat spoliator, aliàs secus esset dicendum, vt est v. g. in congregatione S. Bernardi in Italia monachorum Ordinis Cisterciensis regularis obseruantiæ in qua à Greg. XIII. per constitutionem *Romanus Pontifex §. 24. de anno 1578. die 23. Maij.* prohibiti fuerunt tàm Visitatores quàm Diffinitores amouere Pręlatos nisi ob notoria demerita, vel ob incursum aliquorum ex ibi scriptis & enumeratis erroribus. Vel vt absit malitia ab eodem spoliatore sicuti per Card. *in clem. 1. §. præmissa num. 4. ad fin. vers. ego puto. de suppl. negl. prælat.* vel vt non subsit præsumptio alicuius odij sicuti post Bartol. tenet Imol. *in d. clem. 1. num. 44. vers. D. Ant. credit.* Nauar. *vbi supra* Franch. *in cap. cum singula num. 1. circa med. vers. sed Imol. de præben. in 6.* Rota *d. decis. 778. num. 2. par. 1. diuers.* Et
9 de hoc posset aliquatenus apparere, veluti si Superior pendente accusatione vel inquisitione contra aliquem beneficiatum manualem cæpta, eum spoliaret beneficio. Ita Gonzal. *in reg. 8. cancell. glos. 5. §. 6. num. 48.* Dum enim Superior cæpit accusationem, vel inquisitionem contra subditum ad effectum spoliandi eum beneficio, tunc ipsa spoliatio superueniens non considerabitur, vt ius simplex, & imperium Superioris in subditum: sed vt pæna illius delicti, de quo ipse iam cæpit accusationem, vel inquisitionem: Sed huiusmodi pæna non potest imponi nisi prius probato delicto per concludentes probationes, vti dicetur *dub. 95. num. 9. & dub.* præsenti. *numer. 11.* Ergo præsumitur malitia, vel odium in spoliatore in tali casu.

Quod vero *in d. dub. 95.* & mox dicam non esse scilicet imponendam aliquam pænam maximè priuationis nisi prius probato de-
10 licto per concludentes probationes, limita nunc vt minor, siuè leuior causa, vel culpa sufficiens sit ad inducendam pænam hanc priuationis beneficij manualis, quàm beneficij perpetui, de quo ibi verba faciemus. Et ratio est quia priuatio beneficij manualis non censetur grauis pæna, quod vel ex eo maximè patet quia Prior de iure communi instituit, & destituit Monachos, neq; tamen de grauibus cognoscit, neq; dum destituit iudicialiter procedit. *cap. qualiter & quando 2. in fin. de accus.* Ita Rota *decis. 20. num. 4. par. 1. in recent.*

Sed eidemmet assertioni obijcies posse ius induci consuetudine vt beneficia manualia non amoueantur, cum consuetudo habeat vim legis vt per se notum est.

11 Respondeo cum distinctione nam aut sumus in consuetudine vel præscriptione intro ducta à tempore quo qui ius amouendi habere

here prætendit prohibitus est, & tunc currit, & valet obiectio: Aut sumus in casu in quo ille qui ius amouendi habere prætendit, nunquam fuit prohibitus, & tunc cum sit in eius facultate, licèt nunquam ea vsus fuerit, nec vnquam amonerit, etiamsi id per mille annos, nunquam tamen amittit talem libertatem, nec consuetudo introducitur, quia in
12 actibus meræ facultatis, & voluntatis non inducitur consuetudo prout in specie tradunt Panorm. *in cap. ad nostram num. 11. & ibi* Dec. *num. 6. vers. vlt.* Abbas concludit, *de confirm. vtil. vel inutil.* Rebuff. *de pacific. possess. num. 335* latè Gonzal. *in reg. 8. cancell. glos. 5. §. 6. num. 36.* & Rota *d. decis. 778. in fin. p. 1. diuers. & decis. 162. num. 10. coram Greg. XV.* vbi latè Additio *num. 16.*

13 Ex his omnibus sic latè probatis infertur primo Generales, Prouinciales, & omnes Prælatos Regulares, qui ad tales Prælaturas per viam electionis assumuntur vt sunt Priores conuentuales Ordinis Prædicatorum nō posse mutari, vel spoliari eisdemmet Prælaturis sine iusta, & rationabili causa existente: Et non quacumq; sed v. g. si pro necessitate maioris officij de consilio fratrum, fuerint transferendi, *d. c. monachi in fin.*

Nec item ex quocumq; delicto, sed verbi gratia ex incontinentia *cap. si quis Abbas. 18. q. 2. d. c. monachi.* vel ex dilapidatione bonorum monasterij aut tale aliquid egerint pro quo amouendi meritò videantur *d. cap. monachi. in fin.* vt est v. g. apud fratres Minores Capuccinos dilapidatio Sanctissimæ Paupertatis in qua est omne thesaurum, & omne bonum illius præclarissimi Ordinis *cap. exijt seminare. de verb. signif. in 6. clem. exiui. eod. tit.*

Nota ea verba *aut tale aliquid egerint pro quo amouendi meritò videantur.* Non enim de prædictis aut similibus defectibus debet cōstare taliter & qualiter; sed constare debet in tanto excessu, vt per illos dicti Prælati secundum dispositionem iuris communis fuerint digni priuatione vt eleganter sustinet in terminis Rota *decis. 234. num. 8. p. 1. in recent.* Et amplius cōstare debet per concludentes probationes *d. dub. 95. num. 9.* Vnde v. g. ad probandam dilapidationem bonorum monasterij concludens probatio non resultaret ex eo quòd monasterium fortè aliquo ære alieno sit implicatum, quia potest esse, quod illud æs alienum fuerit contractum ex iusta causa Imol. *in c. venerabilis num. 23. de offic. deleg.* Rota *vbi supra num. 11. in recent.*

14 Secundò infertur Prouinciales Rectores &c. Illustrissimæ Societatis Iesu, qui instituuntur à suo Præposito Generali, & item Priores, seu Guardianos aliarum Religionū qui prouidentur à suis Generalibus, seu Diffinitorijs posse mutari, vel spoliari ab eisdē suis Prouisoribus, seu Institutoribus etiam sine causa quomodocumq; & quandocumque id eis placuerit. Hi enim omnes censentur beneficia manualia Gonzal. *glos. 8. num. 50. & 51.* & ideò ad nutum Superioris amouibilia. idem Gonzal. *glos. 5. §. 6. num. 46. & seqq.*

Sed dices si de iure communi possunt Superiores amouere Prælatos, ac officiales manuales: Ergo frustra id explicarunt constitutiones d. Societatis Iesu. Et item frustra quò ad hanc partem fuerunt in forma speciali confirmatæ tales constitutiones à Gregorio XIV. in bulla *Ecclesiæ catholicæ, anno 1591. die 28. Iunij.* Et si hæc constitutio non est frustratoria. Ergo iure communi non licet talis facultas.

Ad hanc communem obiectionem, extat quoque communis responsio infra *dub. 55. num. 8.*

15 At huic eidem assertioni obijcies Regularia beneficia non solum censeri perpetua, quando sunt electiua; sed etiam quādo sunt curata Garc. *de benef. par. 1. cap. 2. numer. 66.* Gonzal. *vbi supra num. 60.* quem nouissimè sequutus est Beltram. *in annot. ad decis. 109. Greg. XV. num. 12.* Sed Prioratus vel alius qui non habet alium super se in eodem monasterio semper habet annexam curam animarū fratrum sibi subditorum. Ergo, talis Prioratus licèt non sit electiuus, censetur tamen perpetuus, & per consequens non est amouibilis ad nutum Superioris. Respondeo cum distinctione quam de mente Panorm. tradit Fuscus *de visit. Eccles. lib. 2. cap. 16. num. 18. & 19.* Nam aut loquimur de Ecclesijs parochialibus, quæ vel nullo, vel non pleno iure subduntur Regularibus, ad quas ipsi promouentur tanquam quilibet clericus secularis, *cap. si monachus cap. si clericatus cap. monachi vagantes & per alios textus 16. q. 1.* Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 2. q. 8.* & habetur in glos. *in d. cap. monachi. verb. parochiales. de stat. monach.* & tunc currit, & valet obiectio; quia tunc desinunt esse monachi monasterij, nec vllam amplius habent communionem cum eo *cap. ne pro cuiuslibet 16. q. 1.* Panorm. *in d. cap. monachi. num. 3.* vnde iure optimo non possunt amoueri sine consilio Episcoporum, qui eis talem curam animarum concedunt Innoc. *in d. cap. monachi* seclusis Religiosorum priuile-

uilegijs. Aut loquimur de Ecclesijs conuentualibus, quę subduntur Regularibus, vt est in casu nostro, & tunc non valet obiectio; quia earum Ecclesiarum Prælati per hoc non desinunt esse obedientiarij Superiorum suorum, si ab ipsis per prouisionem instituantur, vt dictum est *supra* Innoc. Hostien. Panormit. quos allegat, & sequitur Henrich. Boich. *in d. cap. monachi num.* 10. vbi adducit varia iura: & hinc d. Gonzal. *glos.* 8. *num.* 50. *&* 51. inquit Prioratus Religionum Sancti Augustini, & huiusmodi non censeri perpetuos & Clarius Panorm. *in lem. & si principalis num.* 6. *de rescript.* & Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *q.* 15.

DVBIVM L.

An Prælati Regulares teneantur professionem fidei emittere?

SVMMARIVM.

1 *Prouisi de beneficijs tenentur professionem fidei emittere intra duos menses.*

2 *Quod extenditur etiam ad Regulares:*

3 *An dicta professio fidei possit fieri per Procuratorem?*

Super regulis generalibus non est laborandum, quando adsunt decisiones in terminis.

Expedire consulentes per regulas generales est officium Procuratorum, & Doctorum positiuorum.

Regulæ generales sunt regula cantalicij.

Concludunt solùm hominibus rudis ingenij.

4 *An sit multiplicanda ad multiplicationem beneficiorum?*

5 *An Episcopo non impedito possit fieri coram eius Vicario?*

6 *An qui non emisit eam intra duos menses, teneatur amplius ad eam?*

7 *An teneat consuetudo, vt non emittatur dicta professio fidei?*

1 N Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* sic decretum est *Prouisi etiam de beneficijs quibuscumque curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram Generali eius Vicario, seu Officiali Orthodoxa sua fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant ac iurent.*

2 Circa quæ verba primò dubitari potest, an extendantur ad Regulares, cum videantur solũ loqui de clericis sæcularibus? Resp. affirmatiuè: Et ita tenent Nauar. *lib.* 2. *cons.* 10. *de iur. iur. in* 2. *edit.* Rodriquez *tom.* 2. *q.* 72. *art.* 1. Sanch. *in præcep. decal. lib.* 2. *capit.* 5. *num.* 3. Emanuel. *sū verb. fides in fin.* & Sayr. *decis* 12. *tit. de sum. trin. & fid. cathol.* per bullam Pij IV. quæ incipit *Iniunctum nobis* æditam *anno* 1564. *die* 13. *Nouembris* qua mandauit idem decretum Conc. Trident. etiam seruari per quoscumque quibus de monasterijs, conuentibus, domibus, & alijs quibuscumque locis Regularium quorum cumque Ordinum, & militiarum quocumque nomine, vel titulo prouidebitur.

3 Secũdò dubitari potest an fieri possit per Procuratorem? Affirmant Nauar. *lib.* 1. *cons.* 11. *num.* 2. *tit. de iur. iur. in* 2. *ædit.* Ledesm. *in sum. par.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *post.* 10. *concl. diffic.* 6. Azor. *par.* 2. *lib.* 7. *capit.* 2. *quæst.* 6. Sanch. *vbi sup. num.* 7. At meritò negant Gratian. *discept. forens. cap.* 166. *num.* 22. Garcia *de benef. par.* 3. *cap.* 3. cum Rota *in vna carthaginen.* 19. *Februarij* 1581. *coram Plato, & in eadem coram eodem* 1. *Iulij, & 22. Nouembris eodem anno*, & Sacra Congregatione sicuti etiam aduertit Sanch. quia certum est huiusmodi iuramentum præstandum esse corporaliter, vt tradunt DD. *in cap. ego N. de iur. iur. vbi* Panorm. *num.* 6. Quæ autem contra obijci possunt plenè soluta sunt *dub.* 26. *num.* 9. *& seqq. vsque ad fin.*

Nec me latet Barbosam *de offic. Episc. p.* 3. *alleg.* 60. *num.* 20. parui pendentem authoritatem Sacrę Congregationis, sacræque Rotę, dicere opinionem priorem de rigore iuris esse recipiendam, quia regulariter quicumque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem, nisi lex, vel canon. aliter constituat *l.* 1. *ff. de procurator cap. qui per alium, & cap. potest quis de reg. iur. in* 6.

At re vera miror hunc Doctorem, quem eius scripta accuratissimum, ac modestissimum indicunt, nunc eò hallucinatum fuisse vt quasi immemor reuerentiæ, & authoritatis, quæ Sacro Senatui Rotæ Romanę vbique terrarum defertur per dicta in præfatione *num.* 7. Immò modestiæ propriæ ausus sit opinionem eiusdem Rotę refellere per regulam generalem, quippe qui ignoraret super regulis generalibus nõ esse laborandũ, quando

do adsunt decisiones in terminis. Rota *decis. 256. num. 3. coram Greg. XV.* & expedire consultãtes per regulas generales esse officium Procuratorum, & eorum Doctorum quos vulgus positiuos appellat Felin. *in cap. cum ordinem ante num. 4. de rescript.* approbatus à Gonzal. *super reg. 8. cancell. §. 4. probamialis num. 42.* Et denique regulas generales esse regulas Cancellicij, vt vulgò dici solet, ac pertinere non ad perspicacissimum illud Excellentissimi Barbosæ ingenium; sed ad pauperes Doctor ellos, iuxta quas non est respondendum de iure; cum concludant solùm hominibus tardi, ac rudis ingenij, sed per speciales decisiones, vt dicit Felin. *in cap. 1. col. 6. post med. num. 6. in fin. de præscript.* Aret. *cons. 106. col. 4. post med. vers. venio ad tertium nu. 6. in fin.* & Gratian. *discept. forens. cap. 465. num. 17.*

4 Tertiò, dubitari potest an qui semel emisit professionem in adeptione alicuius ex sũ prædictis dignitatibus obstringatur denuò eam emittere in aquisitione alterius? Resp. affirmatiuè cum Garcia *num. 18* propter generalitatem verborum Concilij, & ita censuit Sacra Congregatio teste eodem Doctore.

5 Quartò, dubitari potest an possit fieri professio fidei coram Vicario, Episcopo nõ impedito? Resp. cum Garc. *num. 23.* affirmatiuè, quia verba illius textus solùm ponuntur ad monitionem, & denotandum conuenientius esse eam facere coram ipso Episcopo, cessante impedimento. Et ratio esse potest quia Vicarius, & Episcopus constituunt vnum, & idem tribunal, & ideò causa commissa decidenda Episcopo potest decidi per Vicarium. Veral. *decis. 139. par. 3.*

6 Quintò, dubitari potest. An qui intra duos menses à die adeptæ possessionis professionem non emisit, deuinciatur postea ad eam? Respond. affirmatiuè, nam licèt vbi tempus præfinitur ad finiendam obligationem, eo elapso, illa extinguatur *cap. sicut de spons.* vbi tamen præfinitur ad dilatandam, vel differendam executionem non terminatur per lapsum temporis; immò vegetior efficitur *l. celsus ff. de recept. arbitr. cap. cum dilecti vers. præterea de dol. & contum.* vbi Panor. *num. 13.*

7 Sextò dubitari potest an excusentur prædicti Prælati memoratam professionem non facientes in Religionibus in quibus consuetudo non viget? Respond. affirmatiuè cum Sorb. *in compend. tit. professio fidei* referente sic censuisse Sacram Congregationem, & respondisse doctissimos viros de hac re consultos. Hanc sententiam sequitur Sanch. quidquid dicat Ledesm. & ita obseruatur in praxi, quia vel supra relatum decretum in dictis Religionibus non est receptum, vel contrario vsu est abolitum.

DVBIVM LI.

An Prælati Regulares exempti iurisdictionem episcopalem; vel quasi episcopalem habentes possint in sibi subditos, si non sint prohibiti, quidquid potest Episcopus in suos?

SVMMARIVM.

1 *Quidam Prælati habent iurisdictionem episcopalem in propria diœcesi.*
2 *Alij verò in loco exempto solùm, qui licèt non sit de diœcesi, est tamen in diœcesi alterius.*
3 *Quomodo locus exemptus dicatur constituere territorium per se?*
4 *Quidquid potest Episcopus in sua diœcesi, potest & omnimodam iurisdictionem episcopalem habens in propria, præter ea quæ sunt Ordinis.*
5 *Et hi possunt cognoscere de causis matrimonialibus, & criminalibus.*
6 *Quando Prælati exempti iurisdictionẽ episcopalem habentes possint in sibi subditos, quidquid potest Episcopus in suos?*
7 *Et quando non?*
8 *Et hi exempti non possunt dispensare sicut Episcopi ex vi Conc. Trid. sess. 24. capit. 6. de reform.*
9 *Nec item valent agere causas matrimoniales & criminales.*
Dictio tantùm est exclusiua aliorum.
10 *Quarè loca exempta non possint constituere diœcesim per se?*
11 *Exempti, secluso priuilegio exemptionis, subijciuntur Episcopo.*
Episcopatus est vnum corpus, cuius caput est Episcopus.
12 *Quæ expressè non adimantur Episcopo per*

pri-

priuilegium exemptionis, censentur illi reseruata.
13 *Quomodo hodie omnes ferè Religiosi eximantur plenariè à iurisdictione Episcoporum?*
14 *Prælati Regulares iurisdictionem episcopalem habentes non possunt quidquid potest Papa, etiam si non prohibeantur.*
15 *Nec item Episcopus aduersus Rodriq.*
16 *An Religiosus exemptus possit se subijcere Episcopo de licentia suorum Superiorum?*



1 N duplici differentia se habent Prælati iurisdictione quasi episcopali gaudêtes: nam nonnulli eam habent in territorio separato, qd dicitur esse nullius diœcesis: ita vt nec in diœcesi, nec de diœcesi alterius sit; sed est propria diœcesis per se, respectu cuius ipsi quoque diœcesani vocantur Card. *in clem.* 1. §. *volumus q.* 4. *num.* 2. Imol. *num.* 38. & Panormit. *num.* 15. *de for. compet.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 16. *vers. ad* 1. *confirmationem, & lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 12. & Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap.* 51 *num.* 443. *& seqq. vsque ad* 453. & Rota *decis.* 324. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*

2 Alij verò territorium segregatum non habent; sed sunt in diœcesi alterius, vt exempti; licèt enim loca exempta non sint de diœcesi, sunt tamen in diœcesi, vt patet ex *capit.* 2. *de const. in* 6. *cap. cum episcopus, & ibi* Franc. *in* 2. *not.* & Gemin. *num.* 3. *de offic. iud. ord. eod. lib.* Puteus *decis.* 83. *lib.* 3. & firmauit Rota *decis.* 207. *p.* 2. *diuers.* & plurimis relatis *decis.* 324. *num.* 3. *par.* 1. *in recens. & decis.* 346. *num.* 8. *coram Coccino.* Idque ratione comprobatur, quia si loca non essent in diœcesi, frustrà impetraretur priuilegium exemptionis; tale autē priuilegium, solùm eximit à subiectione, non verò à situatione, & denominatione Vical. *in clem.* 2. *num.* 44. *de priuileg.* Franch. *vbi sup. vers. sed aduerte,* & Rota d. *decis.* 324. *num.* 4. & aliæ decisiones, quas refert, & sequitur Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 43. *num.* 187. *& seqq.*

3 Neque obstant Doctores quos cumulat Roland. *consil.* 13. *num.* 44. *& seqq. lib.* 3. dixisse locum exemptum constituere territorium per se: nam respōdeo illos loqui impropriè, & quò ad certos effectus, & per modū æquiparationis; pulchrè Felin. *in cap. graue num.* 2. *in fin. de offic. iud. ord.* Gonzal. *vbi sup. num.* 191. & fuit dictum in Rota d. *decis.* 207. *num.* 4. *par.* 2. *diuers. & in vna Salmatin. iurisdictionis* 14. *Decembris* 1579. *coram Card. Seraphino.*

4 Hac distinctione præhabita dico primò illis Prælatis habentibus omnimodam iurisdictionem Episcopalem in aliqua diœcesi per se, vt dictum est, si nō sint prohibiti, competere omnia, quæ possunt cōpetere Episcopo in sua diœcesi, præter ea, quæ sunt ordinis glos. *in cap. ordinarij, vbi* Domin. *de offic. ordin. in* 6. Sayr. inferiùs citandus Moneta

5 *d. num.* 455. Rota *decis.* 1386. *coram Card. Seraph. & decis.* 1052. *coram eodem* vbi pro hac conclusione affertur Sacræ Congregationis authoritas. Et tandem super §. *ad hæc capit.* 20 *sess.* 24. *de reform. Conc. Trid.* vbi decernitur, vt causæ matrimoniales, & criminales relinquatur Episcopis tantùm: Eadem Sacra Congregatio censuit sæpè sæpius ac resoluit hoc decretū non se extendere ad Prælatos inferiores, qui nullius diœcesos sunt. Item super illam clausulam *ibid. seu Archidiaconum. Hoc procedit in Archidiaconis, & Diaconis, qui sunt in diœcesi Episcoporum, non autem in illis qui nullius diœceseos sunt.* Et sic voluit Sacra Congregatio.

6 Dico secundò Prælatos exemptos habentes iurisdictionem episcopalem, vel quasi, si non sunt prohibiti, posse in sibi subditos, quę Episcopi in suos, vbi in concessione apparet sub nomine Episcopi intelligi omnes iurisdictionem episcopalem, quomodocumque habentes, & in hoc sensu accipiendi sunt, Innoc. *in capit.* 2. *de transac. glos. in clemen.* 1. §. *volumus in verb. diœcesanis de form. compet. & in clemen.* 1. *verb. proprij de reb. Eccles. non alien.* Panormit. *in capit. at si cle*[rici] §. *de adulterijs, numer.* 13. *in fin. de iud, vbi* quoque Felin. *numer.* 11. & Decian. *numer.* 137. item Panormit. *in capit. de monialibus in fin. de senten. excommun.* vbi loquitur de Generali Fratrum Minorum, & idem Felin. & alij *in capit. auditis de præscript.* Nauar. *capit.* 12. *numer.* 75. *& lib.* 1. *consil.* 36. *numer.* 1. *de tempor. ordin. in secunda edit.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 3. *num.* 9.

7 At vbi ex concessione notum est sub nomine Episcoporum non comprehendi omnes iurisdictionem episcopalem qualitercumque habentes; sed tantummodo eam possidentes in aliqua diœcesi; tunc manifestum

8 est appellatione Episcopi non contineri prædictos exemptos. Exemplum sit in Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* vbi conceditur Episcopis ampla facultas dispensandi quoscumque sibi subditos in diœcesi

cesi sua &c. ex quo loco non obscurè colligitur eam concessionem non extendi ad omnes iurisdictione episcopali quomodocumque perfruentes; sed ad eos dumtaxat, qui in aliqua diœcesi pleno iure exercent: & hoc propter ea Concilij verba *quoscumque sibi subditos in diœcesi sua*, vt benè inter alios annotarunt Sayr. *in clau.reg.lib.6.capit.11. numer.* 83. Auil. *de censur.par.7. disput.10. dub.6.* & Sanchez. *in præcep. decalog. lib.2. capit.21. numer.7. præsertim verb. lib.4. capit.38. num.19.* Victorel. *in addit. ad Tolet. capit.89. numer.5. in fin.* Duard. *in bull. can. Domini lib.3. §.2. q. cast.8. num.55.* Moneta *vbi supra nume.455.* & tandem magister Sacri Palatij *in indice librorum expurgandorum in expurgatione numer.6. pag.461.* Emanuelis sà. his verbis. *Prælati exempti habentes iurisdictionem quasi episcopalem in suos non possunt in eos quidquid possunt Episcopi in sibi subditos, nisi ex speciali indulto Sedis Apostolicæ.* Et Sacra Congregatio sic censuit *In hoc decreto non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem; sed tantùm Episcopi priuatiuè.*

9 Item exemplum sit d. §. *ad hæc.* vbi sermo habetur de causis remittendis Episcopis tantum, vt dictum est in priori conclusione ex quo loco liquidò constat per eam dictionem *tantùm*, quæ est exclusiua aliorum præter nominatos Rota *decis.9. num.2. vers. præterea de caus. poss. & prop. in nou.* Cassad. *decis.9. num.11. eodem tit.* & eadem Rota. *decis.348. num.2. coram Coccino* excludi omnes iurisdictionem episcopalem quomodocumque habentes aliter, quàm in diœcesi, quod tum notum fit ex secunda declaratione Illustrissimorum supra relata, tum etiam ex sequenti super idem § *ad hæc* nempè. *Quòd Decani, & cæteri hic nominati non possint cognoscere causas matrimoniales, hoc procedit, etiam si essent exempti.* Et denique Rota *in vna constantien. iurisdictionis Veneris 29. Nouembris 1617. coram R. P. Domino Ottombergo & decis.346. numer.8. coram Coccino.* resoluit in d. §. *ad hæc.* sub nomine Episcopi non compræhendi Abbates exemptos iurisdictionem quasi episcopalem habentes.

10 Harum autem declarationum, & decisionum ea potissimum ratio videtur fuisse, quia eo ipso, quòd huiusmodi loca sunt in diœcesi, vt probatum est, non possunt constituere territorium separatum per se; hoc enim idem esset, ac si essent extra diœcesim, quod sibi inuicem repugnat, & contradictionem implicat: vnde per consequens non solùm secluso priuilegio exemptionis,

11 exempti subiecti essent Episcopo de iure communi *capit. monasteria 18. quæst.2. capit. qui verè. 16. quæst.1. capit. omnes basilicæ 16. quæst.7. capit.1. de offic. ordin. capit. cum contingat. & ibi omnes Doctores de for. compet. capit. cum personæ de priuil. in 6.* Firm. *de episcop. lib.4. par.2. quæst.35. numer.80.* Decian. *in capit. tua nobis 4. notab. numer.4. de confirmat. vtil. vel inutil.* Marescot. *lib.2. var. resol. capit.34. num.125.* & Rota *decis.15. numer.2. par.1. in recentior.* Sayr. *de censur. lib.7. capit.7. num.23.* & Gratian. *discept. forens. capit.370. num.29.* sed etiam eodemmet priuilegio non obstante subijciuntur in aliquibus ipsi Episcopo, vt inquit Hostien. *in capit. cum contingat. numer.1. de for. compet. & in capit. quanto num.13. & in cap. quoniam. de offic. ordin.* cum Episcopatus sit vnum corpus, cuius caput est Episcopus: Si ponantur ibi duo Episcopi, fiet vnum corpus duo capita habens, quod est mostruosum, siuè prodigiosum quod natura abhorret, & ius respuit *capit. in apibus 7. quæst.1.*

12 Sed his omnibus obijcies hæc omnia procedere in illis exemptis, qui non plenè eximuntur; quia omnia quæ per priuilegium exemptionis Episcopo non adimuntur, censentur illi reseruata, ac manent sub eius iurisdictione. Anchar. *in capit. postulasti. numer.45. ante med. vers. quod probo. de for. compet. & in capit.2. num.10. ante med. vers. quod probo.* vbi etiam Franch. *numer.10. vers. quando Prælatus de const. in 6.* At hodie omnes ferè Regulares, ita plenariè eximuntur à iurisdictionali, & diœcesana lege Episcopi, vt excludatur omnis illius iurisdictio, mediata, immediata, principalis, vel accessoria in quauis causa ciuili, criminali, vel spirituali, vt videre licet *in compend. tit. exemptio.* & tradunt Panormit. *in d. capit. cum contingat. num.11.* allegans Rotam Nauar. *in cap. non dicatis 12. quæst.1. num.63.* & plenè, ac eruditè Henriquez *lib.7. capit.24 25. & 26.* & præsertim *capit.25. §.5.* Rota *decis.324. num.12. par.1. in recent.* alias decisiones cumulans, & præcitatum §. *ad hæc* Concilij Tridentini intelligendum est de secularibus; non autem de Regularibus, prout voluit Sacra Congregatio. Ergo &c.

13 Respondeo hæc ita accipienda esse, vt se explicant Panormit. *ibidem numer.18.* Rota *d. numer.12.* Henriquez *d. cap.25. §.2.* & confirmat Couar. *in capit. alma mater par.1. §.12. num.3. ad fin. de sentent. excommun. in 6.* & clarius Oldrad. *consil.172. nu.13.* vt eximantur quasi sub Episcopo; ita vt Episcopus habeat vniuer-

vniuersalem iurisdictionem saltem habitu, & iste Prælatus inferior habeat quasi sub eo, licèt exercitio excludatur Episcopus: vnde tanquam vnicum caput, & principalis Pastor coletur in sua diæcesi. Atq; adeò iurisdictionem etiam actu exercere valebit in multis casibus vigore Concilij Tridentini qui enumerantur ab Henriquez *d. capit.* 24. §.2.*in glos.liter.O.*& aliqui etiam à Marescot. *lib.* 2.*var.resol. cap.* 35. *numer.* 126.*& seqq.*& fuit resolutum in Rota *decis.*709.*par.*4. *num.* 3. *diuers*, tradit Gonzal. *vbi supra num.* 190. & Duard.*in bull.can. Domini lib.*1, *cap.*1. *q.* 3. *num.* 111.*& seq. vsq. ad fin.*

14 Ex dictis infertur non satis cautè. loquutum fuisse Rodriquez *tom.*1.*q.*17.*art.*6. asserentem Prælatos Regulares, si non essent prohibiti, nedum posse in sibi subditos quidquid possunt Episcopi in suos; sed etiã quidquid potest Summus Pontifex in vniuersa Ecclesia Dei, ea ratione, quia hoc possunt Episcopi: Ergo & Prælati Regulares eorum iurisdictionem habentes, cum sint pares.

Sed dicat mihi tantus Doctor, quomodo
15 id verum esse potest, si dicti Prælati vniuersaliter non valent quidquid possunt Episcopi, vt nunc probatum est. Præterea illud axioma *quidquid potest Papa in vniuersa Ecclesia Dei potest & Episcopus in suo Episcopatu, nisi prohibeatur* non videtur admittendum; atque adeò in rigore est falsum, absolutè loquendo nisi multipliciter limitetur; vt validè probant Suar. *tom.*5.*disp.*7.*sect.*4 *num.*5. *& de legib.lib.*6.*c.*14.*numer.*6. Salas.*de legib.disp.*20. *sect.*3.*num.*20.& alij.

16 Tandem hic esset decidenda illa celebris quæstio; An scilicet Religiosus exemptus possit de licentia sui Superioris cedere priuilegio exemptionis, & se subijcere Episcopo diæcesano, vt ab eo dispensetur, seu absoluatur in eo, quo nequit dispensari, seu absolui ab eodemmet suo Prælato; Et an idem iuris sit de ipso Prælato exempto. Sed eam breuitatis gratia omitto: Tum quia hæc fusè pertractata sunt à Sanch. *in præcep. decal. lib.*4.*c.*39.*num.* 27. *& seqq. &* 39. quem nouissimè sequutus est Duard. *vbi supra lib.*3. §.2 *q.*11. *num.*26. *& seqq.* Tum etiam quia videri possunt priuilegia, quæ Regularibus in hac parte fauent *in annot. Cord. ad compend. tit. absolutio ordinaria quò ad Fratres fol. mihi* 15. *additrix.*

Finis primæ Partis.

PARS SECVNDA

Quę continet canonica impedimenta, & eorumdem absolutionem, seu dispensationem, quæ per Prælatos Regulares impertiri potest.

CAPVT PRIMVM

De his quæ impediunt libertatem electionis.

DVBIVM LII.

Quæ coactio, seu restrictio libertatis vitiet electionem?

SVMMARIVM.

1 *Quæ libertas requiratur in electione.*
2 *An electio actiua possit restringi ad certum genus personarum?*
3 *An quoque passiua?*
Cuius iuris dispositioni aduersetur electio indigni?
4 *Quid si electores compellerentur ad eligẽdum aliquem certum, & determinatum?*
Etymologia nominis electio.
5 *Quid si electores coarctarentur ad tres vel quatuor?*
6 *Quid de electores coacto metu leui, vel graui ad ferendum suffragium pro aliquo certo, & determinato?*

1 N electione requiritur summa libertas; ita vt ab ea debeat longè abesse omnis coarctatio, & restrictio. *c. cum dilectus de consuet in fin. ibi liberã habeant, &c.* Vnde si facultas eligendi ita restringatur, vt certum genus personarum, immò vna persona eligi non possit, non dicitur libera electio *l. nec solum l. immò ff. de option. legata* Bald. *in tract. de schismat. quem posuit post titulum C. si quis aliquem testari prohibuerit num. 12. versic. est & tertium, & in l. fin. §. sed & si quis num. 26. C. comm. de legat.* Gonzal. *sup. reg. 8. cancell. glos. 53. num. 25.* & fuit dictum in Rota *decis. 65. num. 6. par. 1. in recent.*

2 Hæc conclusio præsertim locum sibi vendicat in electione actiua pertinente ad totam Congregationem, quia non potest restringi talis electio ad certum genus personarum illius Congregationis, aliàs electio est nulla, vt v.g. electio Generalis pertinet de iure communi ad totam Congregationem, si verò restringeretur v.g. ad eos solũ qui oriundi essent ex ciuitate Mutinensi vel ex prouincia Bononiensi profectò nõ valeret talis electio. Ratio est, quia, cum capitulum seu congregatio habeatur pro vnica persona vt probaui *dub. 3. nu. 1.* hoc esset vnam, & eamdem personam in partes scindere, quod fieri non potest, vt benè post Lap. *in clem. plures num. 4. in fin.* Card. *in §. quibus nu. 3. in tertia quæst. de iur. patr.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. par. 2. quæst. 3. art. 6. in fin.* declarat Rota *in Vallesoletana præeminẽtiarum 29. Martij 1604. coram Pamphilio.*

3 Quamuis autem vt dixi hoc veritatem habeat in electione actiua, quò tamen ad electionẽ passiuã spectat, si electores metu cadẽte in virum constantem, statuto, vel approbata cõsuetudine compellãtur ad eligẽdũ ex certo genere personarum, valet electio, & ratio est quia non adimitur omninò libertas eligendi Panor. *in cap. licet num. 12. de elect. in cap. 2. num. 13. de his quæ vi met. cau. fiun. & in cap. cum terra num. 3. de elect.* Dec. *in d. c. licet, num. 46.* Siluest. *tit. electio 1. q. 23.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 23.* Ioan. Calder. *in c. cum in iure num. 9. de elect.* Anchar. *in c. cum terra num. 2. eod. tit.* Præposit. *in c. cum locum num. 8. de spons.* Biax. *in direct. electionis par. 1. cap. 6.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num.*

num. 106. Tusc. *lit.* E. *concl.* 62. Alter. *de cens. tom.* 2. *de susp. disput.* 13. *cap.* 5. §. *post pœnam impositam*. Nauar. *lib.* 1. *cons.* 7. *de const. in* 2. *edit.* qui benè subiungit *num.* 2. posse profectò eligi alium extra dictum genus personarum, vbi intra illud non reperiretur dignus, quia nunquam eligẽdus est indignus. D. Thom. 2. 2. q. 63. *art.* 2. & hoc certissimũ est rum per *l. honor.* §. *gerendorum ff. de mun.* & *honor.* Bal. *cons.* 318. *in princ. lib.* 3. Tusch. *lit.* E. *concl.* 73. *num.* 4. Tum etiam quia eligere indignum est contra ius diuinum, naturale, & Pontificium teste Salon. 2. 2. q. 63. *art.* 2. *contron.* 3. *post secundam conclusionem*.

4 Si verò electores compellerentur statuto, vel consuetudine eligere aliquem certum, & determinatum; ita vt pœnes capitulũ nõ resideret potestas eligendi: sed penderet ex voluntate tertij; talis electio est ipso iure nulla, & illud statutum est quoque nullum, nec valet talis consuetudo *capit. cum terra de elect.* Panorm. *in c. ex ore sedentis num.* 3. *de his quæ fiũt à ma. par. cap.* Anchar. *in c. sacrosanctæ num.* 2. *de elect.* Ioan. Cald. *in d. cap. cum in iure num.* 9. *de elect.* Paris. *de resignat. benef. lib.* 13. q. 2. *num.* 15. Et idem iuris est si metu cadente in virum constantem ad idem compellerentur electores per *cap. vbi periculum* §. *cæterum de elect. in* 6. *glos.* 4. *in cap. bona verb. metuebant de elect.* Panorm. *in cap. quisquis num.* 5. *de elect.* Alex. *cons.* 98. *col.* 3. *num.* 9. Rebuff. *tom.* 2. *constit. gallicarum tit. de rescis. contract. artic. vnico glos.* 22. *num.* 6. Gutierez. *cons.* 16. *nu.* 11. prout refert Bertachin. *in suo repert. verb. electio qualiter versic.* 35. Nauar. *lib.* 1. *consil.* 5. *num.* 2. *tit. de elect.* Suar. *tom.* 3. *disp.* 3. *sect.* 3. *num.* 14. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 1. *num.* 18. & Alter. *de cens. vbi supra* Rota *in d. Valleroletana præeminentiarum* 29. *Martij* 1604. *coram Pamphilio*. Ratio huius dicti est quia adimuntur substantialia electionis: non est enim electio, vbi adimitur libertas eligendi; quia eligere est vnum ex pluribus capere, vt ipsum vocabulum sonat.

5 Hoc ipsum dictum ampliant Rodriq. *tom.* 2. *quæst.* 42. *art.* 11. & Manual prælat. *tom.* 2. *quæst.* 23. *conclus.* 3. vt non solùm procedat si coarctatio fiat ad vnum determinatum, vel ad duos ob verba tex. *capit. cum terra de elect. ibi duas personas*; sed etiam esse ipso iure nullam electionẽ, si coarctatio fiat ad tres, vel quatuor certas, & determinatas: Et insuper aiunt si electores eligant alium extra dictos tres, vel quatuor certos, & determinatos, electionem valere: quod sanè verissimum est, dummodò memorata coarctatio non proueniat ex voluntate eligentium, vel ex accidenti: tunc enim potest etiam electio restringi ad duos, vt v. g. si electio deberet fieri de certo gremio personarum ex vi alicuius statuti, seu approbatæ consuetudinis vel ex priuilegio *d. cap. cum dilectus de consuet.* & *cap. abbate de verb. signif.* & non essent ibi nisi duo idonei; tunc profectò compellerentur electores ad vnum ex illis duobus eligendum: Ità Franch. *in cap. constitutis num.* 2. *vbi quoq; communiter DD. teste Præposit. ibid. num.* 11. & Alex. *de Neuo num.* 19. *de appell.* Et ita intelligendum censeo Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 12. *num.* 20. *vers. non obstant*, aliàs minimè placet ibi dictum. Pro hac doctrina vide *dub.* 13. *num.* 3. & *seqq.*

6 Dixi *num.* 3. *si metu cadente in virum constantem electores compellerentur ad certum aliquem, & determinatum eligendum talem electionem esse nullam, &c.* Nam secus dicendum esset, si metus esset leuis non cadens in virum constantem, vt ex *dub.* 54. latè constabit. Immò addo si quis tantummodò singularis elector, vel alqui pauci electores metu cadente in virum constantem cogerentur ferre suffragium in aliquem, non esse ipso iure nullam electionem: sed in hoc casu concludendum est proportionabiliter quod de non vocatis vocandis conclusum est *dub.* 10.

DVBIVM LIII.

An abusus potestatis sæcularis vitiet electionem?

SVMMARIVM.

1 *Quid sit eligere per abusum potestatis sæcularis?*
2 *Electio celebrata per sæcularis potestatis abusum est ipso iure nulla, Limita vt num. 6.*
3 *Quibus pœnis afficiatur consentiens huiusmodi electioni?*
4 *Quid importet verbum præsumpserint?*
5 *Dignitas quæ propriè dicatur.*
6 *Potest induci consuetudine vt requiratur consensus Principis in electione futuri Prælati, de honestate num. 8.*
7 *Ad petitionem Principis est irritanda electio Prælati qui sit ei suspectus.*



1 LIGERE per abusum potestatis sæcularis importat electionem celebrari quidem ab electoribus Ecclesiaticis, cum aliquo tamen abusu Principis sæcularis vt v.g. cum clerici eius præsentiam tali electioni requirunt, vel eius consensum super certis personis eligēdis, vel vt aliquod mutans in ea exerceat: ita Innoc. glos. Panorm. Ant. à Butr. & Anchar. *in cap. quisquis de elect.* Suar. *tom. 5. disp. 31. sect. 3. num. 13.* & Alter. *de cens. tom. 2. de suspens. disp. 13. cap.*
2 *5. vers. pœna igitur.* In hoc ergo casu, quando, scilicet, electio celebratur per abusum potestatis sęcularis scienter, & sponte dico esse nullam ipso iure, & electores esse priuatos ipso iure eligendi potestate per triennium; ita vt non sit expectanda alia senten-
3 tia iudicis. Et qui huiusmodi electioni de se factæ scienter cōsenserit ipso iure est ineligibilis ad quamlibet dignitatem *d. c. quisquis* vbi Panormit. & DD. Biax. in director *elect. par. 1. cap. 10.* Cuch. *institut. maior lib. 4. tit. de electione num. 104.*

Dixi *scienter, & sponte per verba d. capit. quisquis. Quisquis electioni de se factæ per sæcularis potestatis abusum consentire præsumpserint. Et qui electionem huiusmodi*
4 *præsumpserint celebrare* quod verbū *præsumpserint* importat dolum perinde ac scienter, & sponte Cardin. *in clem. 1. num. 22. de priuil.* Nauar. *cap. 27. num. 155. & 156.* Multis allegatis Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 32. num. 38. & 40.* & Rota *decis. 200. num. 2. par. 2. in recent.* Vnde meritò si electores per vim, & metum cadentem in virum constantem admittant præfatum sæcularis potestatis abusum non erunt priuati vt supra, nec electio erit irrita, si eo metu non obstante liberè fiat electio. Et ratio est, quia vbi abest dolus, ibi non intelligitur delictum *l. 1. §. dictus ad leg. Cornel. de sicar.* & vbi non adest delictum, ibi non infligitur pœna *l. sancimus C. de pœn.* Ita Rota *decis. 668. nu. 3. coram Card. Seraph.* Sed hic supponimus longè abesse dolum, & per consequens delictum. Ergo abest quoque pœna. Hæc conclusio non solùm elicitur ex *d. c. quisquis de elect.* & eam apertè sustinent omnes præallegati DD. *num. 1.* Sed etiam tuentur, Henricus Boich. *in d. capit. quisquis* Biax. *in direct. elect. par. 1. c. 10. num. 1.* Sayr. *in clau. reg. lib. 3. cap. 9. num. 34. vers. ex dictis sequitur.*
5 Nota in eligibilem esse ad quamlibet dignitatem, qui dictę electioni de se factę consenserit: vnde infertur non esse ineligibilem ad Discretatum, & aliud id generis officiū, quod non sit dignitas, vt perspicuum est ex Panorm. & Alter. *vbi sup.* Et quamuis alias officia, & personatus dicantur quandoque etiam dignitates: Attamen illud accipiendum est in materia fauorabili teste Tusch. *lit. P. concl. 321.* referente Oldrad. *cons. 150. vers. si autem sumatur largè num. 3.* & Federic. *de sen. cons. 25. num. 21. in fin. in verb. videtur saluo.* Hic autem cum simus in materia pœnali, debet hoc nomen *dignitas* strictè, & propriè intelligi, vt probat Panormit. *vbi supra.* Communiter verò, & propriè dicitur habere dignitatem qui iurisdictione gaudet glos. *in c. 1.* vbi Archid. *num. 2.* Anchar. *num. 6. de consuet. in 6.* Panorm. *in cap. de multa num. 21. de praben.* & Azor. *par. 2. lib. 3. capit. 13. quæst. 5. §. cæterum.* Ergo non est ineligibilis ad illud munus, quod non est dignitas propriè sumpta.

6 Tandem hanc conclusionem sic explicatam limitant primò, vt non procedat si id memoratis laicis competat ex priuilegio: Ita Innoc. Panormit. Alter. & communiter omnes.

7 Secunda limitatio est posse introduci ex consuetudine vt non procedatur ad electionem priusquam electores denuncient Principi mortem Prælati, & petant ipsius assensum in electione futuri Prælati, idest vt potestatem comitiorum habendorum faciat arg. bonum *in cap. lectis. dist. 63.* vel vt consentiat electioni iam factæ Innoc. & Panormit. *in cap. quod sicut de elect.* Item Panorm. *in cap. cum terra de elect. & cap. quod super his de accus. & in cap. 1. num. 9. de elect.* Biax. *in direct. elect. par. 1. quart. requisit. num. 2.* Siluest. *tit. electio 1. quæst. vlt.* Item Innoc. *in d. cap. quod super his* Roman. *sing. 296.* Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 14. quæst. 6. post med.* Quod in vsu obseruari etiam interdum fortè plusquam par est videmus, vt ait Cuch. *institut. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 108.*

Hanc limitationem intellige de honestate: nam vt benè aduertit Panor. *in d. cap. quod sicut §. super eo num. 7* aduersus Innoc. non videtur posse induci consuetudine vt electio retractetur, quando non fuit petita dicta licentia à Principe, quia talis vsus potius est dicendus abusus, & corruptela, & pro hoc facere dicit, illud *§. super eo in verb. & si secus aliquando per vsurpationem.* Benè verum est, tunc esse retractandam, & annullandam electionem ad petitionem Principis, quando ipse probaret v.g. electum esse sibi suspectū. Plurimùm enim interest Principis, ne eliga-

tur aliquis sibi suspectus, qui possit reuelare secreta regni sui Innoc. Panorm. Auan. & Felin. *col. 4. in d. cap. super his de accus.* glos. *in cap. 1. dist. 62.* Biax. Siluest. & Azor. *vbi sup.* Folle. *in pract. crim. can. part. 2. indic. vers. aut criminibus specificatis num. 6.* Vnde meritò dixi requiri consensum Principis de honestate; non enim requiritur, vt talis consensus habeat præstare robur; sed vt ipse in futurũ non possit opponere contra electum, vel electionem, vt dictum est. At si sine causa legitima dissentit non debet induci retractatio vllo modo, quando tamen secluso scandalo fieri potest, vt probatum est *dub. 45. num. 7.*

DVBIVM LIV.

Qui metus dicatur cadere in virum constantem ad annullandam electionem?

SVMMARIVM.

1 *Primus requisitus metus cadentis in virum constantem.*

2 *Quæ mala relinquantur iudici ad arbitrandum an sint grauia?*

3 *Secundus requisitus metus cadentis in virum constantem.*

4 *Ad dijudicandum metum cadentem in virum constantem consideratur persona, quæ illum patitur.*

5 *Sola reuerentia per se non inducit sufficientem metum nisi iunctis adminiculis.*

6 *Quæ mina cum reuerentia inducant sufficientem metum.*

7 *Reuerentia cum seueritate, vel terribilitate illum inducit.*

8 *Item cum indignatione.*

9 *Item cum precibus importunis, & sepiùs repetitis.*

10 *Respectu quarum personarum detur metus reuerentialis.*

11 *Tertius requisitus iusti metus.*

12 *Metus incussus consanguineis electoris censetur incussus eidem electori.*

13 *Et idem iuris est de arctissimis amicis.*

Quid sit amicus?

14 *Metus durat quamdiu durat eius causa, & durant impedimenta quibus à reclamando impeditur.*

15 *Quod dicitur de metu, dicitur quoq; de eius suspicione.*

16 *Compromissarij respui possunt, si suspicetur metus ab eis.*

17 *Ex præsentia Superioris, siuè Iudicis excluditur metus, & eius suspicio.*

Nisi qui incusserit metum contrahenti incuteret etiam ipsi Superiori.

18 *Quando excommunicationem incurrant qui grauant electores.*

19 *Valet argumentum à matrimonio vel à professione ad electionem.*

1 D hoc vt metus dicatur cadẽs in virum constantem ad prædictum effectum, tria præcipuè requiruntur. Primò vt malum quod timetur sit graue *l. metum. 1. ff. de eo quod met. caus. iuncta glos. in princ.* nõ quidem respectu ad minus malum; sed in se cõsideratum, vt egregiè docuit Sot. *4. dist. 29. q. 1. art. 2. vers. secundo per accidens.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 12.*

2 Quale autem malum in præsenti censeatur graue, relinquitur arbitrio iudicis in facti contingentia definiendum *l. metus autem causa. ff. ex quib. cau. maio* Panorm. *in c. cum virum num. 8. de regul.* glos. *in c. penult. de ijs quæ vi met. cau. fi.* Dec. *in c. 1. num. 1. & 8. de appell. & cons. 218. num. 3.* Couar. *in epitom. 4. decretal. p. 2. c. 3. §. 4. nu. 8. pluribus relatis* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 135. numer. 3.* Gaspar. Ant. Thesaur. *qq. forens. q. 51. nu. 22.* & Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 5. num. 1. vbi de communi, quem sequuta est Rota decis. 374. num. 12. coram Greg. XV.* & ratio est, quia vt optimè aiunt Bald. *in c. 2. de his quæ vi. met. ad fin.* Franciscus Duarenus *in l. in actionibus. in verb. licuit. ff. de inreiur.* Iacob Beluisius referens Thomã Parpaleam *in l. 1. num. 45. ff. solut. matrim.* Iudicis arbitrio ea relinquuntur, quæ sub certa regula comprehendi nequeunt ob humanam varietatem, vt notauit *l. non possunt ff. de legib.* Hinc fit vt Iudex iure merito leges auxilium appelletur ab Eguinario Barone *de diuid. & indiuid. c. 4. num. 11. quem refert & sequitur* Menoch. *de arbitr. iudic. in probam. num. 5.* Vnde in præsenti arbitrium Iudicis non ad ea requiritur mala, quæ iure constat esse sufficientia ad metum viri constantis; sed ad ea quæ reducuntur ad damna expressa in iure, & ad discernendum an sit probabilis æstimatio illorum, vt docent Bald. *in c. 1. §. item sacramenta num. 1. de pac. iur. firm.* Couar. *in epit. lib. 4. decret. p. 2. c. 3 §. 5. num. 10.* Silu. *tit. metus q. 1.* & Rota *decis. 112. numer. 13. coram Card. Mantic.* Exemplum sit. Inter plures casus, qui in iure habentur enumerati á Sanch. non

imme-

immeritò sibi locum vendicat metus infamiæ grauis per *l. nec timorem ff. de eo quod met. caus.* Bonus autem Iudex arbitrabitur v. g. metum non amouendi ab officio, (si talis amotio præseferat infamiæ grauis notam) esse metum cadentem in virum constantem, quod & innuit d. Sanch *d. disp. 5. num. 28. in fin.* sequens Imol. *in c. cum dilectus num. 9. de his quæ vi met.* & apertè tradunt Tusch. *lit. M. concl. 216. in fin.* & Less. *de iust. lib. 2. capit. 17. numer. 35.*

3 Secundò ad hoc, vt metus dicatur cadere in virum constantem, desideratur, vt dictum graue malum probabiliter, & rationabiliter pertimescatur *l. metum 2. ff. de eo quod met. cau.*

Ad cuius secundi requisiti rectam considerationem, aduertendum est, inspiciendam esse qualitatem personæ tam incutientis, quam patientis metum, vt tradit Cald. *cons. 1. circa princ. vers. secundo quod metus tit. de his quæ vi met. cau. ff. cum alijs relatis à* Tiber. Deciano *cons. 30. num. 24. lib. 4.* Surd. *decis. 194. num. 3.* Tusch. *lit. M. concl. 215. num. 4.* & dixit Rota *decis. 326. num. 8. & decis. 374. num. 6. coram Greg. XV.*

4 Multum ergo attendenda est qualitas personæ metum patientis, vbi de eius iustitia agitur, vt liquidò constat ex *d. decis. 326. nu. 24. coram Greg. XV.* Vnde tanquam certum statuendum est metum cadentem in virum constantem dici respectiuè, & proinde metum qui respectu vnius est cadens in virum constantem, non esse talem respectu alterius qui fortior, & robustior est: Hinc minor metus requiritur in minore, quàm in maiore, & perfectæ ætatis, vt dictum fuit *in d. decis. 326. vbi refertur* Paul. de Castr. Purpur. & Rimin. sen. Item minor exigitur in eo, qui est animo vili, & imbecilli, quam qui fortis animi magnitudine roboratur. Quare dum dicitur metus cadens in virum constantem, intelligitur nomine *viri* animi robur pro cuiusque condicione.

Hanc sententiam apertè tuentur Innoc. *in c. cum dilectus quod met. cau.* Dec. *in c. fin. nu. 1. de appell.* Tiraquel. *de leg. connubia l. 9. numi 120. & 121.* vbi multa egregiè congerit Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cap. 135. numer. 4.* Alba *cons. 77. num. 4.* Paris. *cons. 26. num. 64. lib. 3.* Ita etiam tenent Couar. *d. §. 4. nu. 9.* Nauar. *c. 22. num. 5. vers. sextum* Sot. *de iust. lib. 7. q. 2. art. 1. ad secundum vers. haud tamen* Heriq. *de matrim. lib. 11. c. 9. num. 4.* Salon. *2. 2. q. 62. art. 2. contron. 5. in confir. 3. conclusionis* Sanch. *vbi supra disp. 4. num. 4.* Less. *vbi supra* & Gaspar. Ant. Thesaur. *qq. forens. quæst. 51. numer. 23.*

5 Quò verò ad qualitatem incutientis metum spectat, notandum est, licèt sola reuerentia non inducat per se sufficientem metum, vt est communis opinio, prout testantur Tusch. *lit. M. concl. 219. in fin.* Gaspar. Ant. *vbi supra num. 3.* Suar. *tom. 3. de relig. lib. 6. c. 4. num. 16.* & Rota *d. decis. 120. num. 22. coram Greg. XV.* Attamen negari non posse quin propter huiusmodi reuerentiam minor metus postuletur, quam si ipse metus incuteretur ab alio, cui nulla debetur reuerentia. Sanch. *disp. 6. num. 16. vers. ad confirmationem* & Rota *in Toletana professionis 19. Nouembris 1614. coram Vbaldo & d decis. 374. num. 14. & decis. 326. num. 21. coram Greg. XV.* vbi quoque dictum fuit iustum metum incutere metum reuerentialem iunctis adminiculis ex sententia Alciat. *cons. 1. num. 14.* & eiusdem Rotæ *in Valentina professionis 27. Aprilis 1570. coram Card. Lancellot.* a qua sententia nec discrepare videtur Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 136. num. 10.*

6 Hinc primò infertur eum, cui reuerentia debetur, inducere metum viri constantis si minatur, & potens sit minas exequi, vt multis allegatis asserit Sanch. *d. disp. 6. numer. 20.* Suar. *vbi supra num. 17.* & firmat Rota *decis. 771. num. 9. coram Card. Seraph. & d. decis. 326. num. 18. & decis. 374. nu. 24. coram Greg. XV. & decis. 259. num. 7. coram Card Mantic.* Hoc autem dictum meritò temperant Panormit. *in c. causam matrimonij num. 5. de offic. deleg. & in c. cum virum num. 8. de regul.* Couar. *in 4. decret. p. 2. c. 3. §. 6. num. 3.* & alij relati à Sanch. *num. 21.* & à Gaspar. Ant. *vbi supra num. 9.* vt procedat solùm, vbi minans solitus est minas exequi, & vbi etiam vocatur in dubium an solitus sit: tunc enim quoq; dicendum est incutere iustum, & sufficientem metum, vt latè probat Berous *in c. 1. num. 19. de offic. delegat.* & ipsemet Sanch. *num. 22.*

7 Secundò infertur reuerentiam cum seueritate, vel terribilitate sufficientem esse pro iusto metu Panorm. *in d. c. cum virum* Felin. *in d. c. causam matrimonij num. 4. de offic. deleg.* & fuit dictum *in vna Neapolitana professionis 15. Iunij 1598. coram Gypsio quam refert, & approbat d. decis. 326. num. 12. & 374. num. 16. coram Greg. XV.* Hinc notabiliter dixit Bald. *in c. 1. §. iniuria col. penult. de pace firm.* vultum potentis terribilem incutere iustum, & sufficientem metum, quia virtute clauduntur ibi minæ. Sequuntur Decius, Berous, Sigismundus Loffredi *inter consilia feudalia, & alij* relati

relatis à Sanchez. *num.* 13.

8 Tertiò infertur reuerentiam cum indignatione plurimum conferre ad iustum, & sufficientem metum vt fuit dictum *in Valentiniana professionis coram Card. Pamphilio quam refert, & sequitur eadem Rota d. decis.* 326. *num.* 14. *coram Greg. XV.* Vnde Sanch. *num.* 14. subdit iustum timorem incuti, vbi est spes certa talem indignationem diuturnam fore; secus verò, si breuis.

9 Quartò infertur præces importunas quando sumus in persona, cui debetur reuerentia iustum metum inferre, & vim coactionis habere Innoc. *in c. petitio de iureiur.* Soc. *cons.* 263. *num.* 8. *lib.* 2. Curt. *iun. cons.* 41. *numer.* 18. Aym. *cons.* 12. *num.* 17. Apostil. ad Panorm. *in c. suam. de ae. & qualit. lit. b.* & fuit dictum *in Romana legatorum* 13. *Nouembris* 1595. *coram Orano. & in d. Valentiniana professionis d. decis.* 326. *coram Greg. XV.* Less. *vbi supra* Tusch. *lit. M. concl.* 217. *num.* 22. *& concl.* 219. *num.* 3. & & tandem in terminis de elect. docet glos. *in c. sunt qui opes. verb. non iudicio* 17. *q.* 4. *& in c. tua verb.* importunitatem vbi quoq; Host. *in initio.* Imol. *num.* 2. *de praeben.* Rebuff. *tom.* 2. *constitutionum regiarum tit. de rescript. art.* 2. *glos.* 3. *vers. item non valet electio.* & Biax. *in directo. election. p.* 1. *c.* 6. *num.* 5. Maluerim tamen cum Sanch. *disp.* 7. *num.* 8. non quascumq; præces assiduas dici importunas; sed quæ sunt instantissimę, vt ipse ait, & sępius repetitæ, & inculcatæ.

10 Sed statim rogabis respectu quarum personarum detur metus reuerentialis? Respondeo in specialibus casibus à iudicis arbitrio non esse recedendum: vniuersaliter verò dico dari in eo, qui iure aliquo subiectionis alteri subest, vt in Monacho respectu Abbatis. Et in hoc conueniunt omnes DD.

11 Tertiò ad hoc vt metus dicatur cadere in virum constantem requiritur vt timens non possit facilè occurrere malis, quæ timentur. Si enim possit alia ratione ea à se facili negotio repellere, vt implorando alicuius auxilium, vel adeundo Superiorem, &c. non esset metus cadens in virum constantem: inconstantis enim est, & timidi ea metuere mala, quæ paruo labore vitare potest; & immeritò sibi persuadet illud malum euenturum. Hæc tertia condicio apertè colligitur ex *reg. damnum de reg. iur. in 6. l. fin. in princ. ff. quod met. cau.* Bellon. *cons.* 18. *num.* 14. Tusch. *lit. M. concl.* 215. *num.* 20. Sanch. *disp.* 2. *num.* 23. Duard. *in bullam cœnæ Domini lib.* 3. §. 8. *q.* 1. *num.* 20. *vers. hac autem.* & ex dictis *in d. decis.* 326. *num.* 24. *coram Greg. XV.*

12 Tandem circa præsentem materiam metus ad effectum de quo agimus notandum est: Primò ad iustum metum incutiendum non requiri, vt mala prædicta timeantur in persona propria: sed satis est, si timeantur in persona consanguineorum, quod probatur ex *cap. sciant cuncti de elect. in 6.* quem textum Iason *in l. de pupillo §. si quis ipsi num.* 12. *ff. de oper. non. nunciat.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariae num.* 99. *de const.* Franch. *in cap. sciant cuncti num.* 2. *de elect. in 6.* asserunt esse notabilem ad probandum metum illatum consanguineis electoris ad incutiendum ei timorem, censeri illatum eidemmet electori Duard. *in bull. cae. Domini lib.* 3. §. 8. *q.* 1. *num.* 15. referens D. Thom. & Siluest. Et pro hoc facit quædam decisio Rotæ quam approbat Padilla *in l. interpositas num.* 10. *C. de transactio.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib.* 12. *quaest.* 1. *num.* 158. *vbi quoque de communi.* & Felin. *vbi sup.* in qua resolutum fuit resignationem beneficij factam ob metum illatum cõsanguineis clerici esse rescindendam, ac si ipsi clerico metus incuteretur. Hanc autem consanguinitatem putant glos. *in capit. postremò verb. consanguineos de appell.* Sanch. *disp.* 4. *num.* 12. *versic. vnde existimo.* extendi vsque ad quartum gradum, sicut vsque ad illum perseuerat naturalis affectio, & vltra illum non censentur illi consanguinei, nec grauiter quis læditur ex timore incusso cõsanguineo vltra illum gradum, nisi esset timor rei vergentis in non leuem, immò grauissimam iacturam honoris; ita vt cederet in contumeliam, & dedecus totius prosapiæ, etiam vltra eum gradum: tũc enim iam in propria persona damnum pertimesceretur.

13 Et iuxtà eundem Sanch. *num.* 9. quod dictum est de consanguineis, asserendum est quoque de personis arctissimo necessitudinis vinculo coniunctis electori, quia amicus est alter ego Arist. *lib.* 9. *ethic. c.* 4. & D. August. *lib.* 4. *conf. ss. cap.* 6. & Horat. *lib.* 1. *Ode.* 3. appellat amicum dimidium animæ amici, & idem Aristot. *l.* 2. *Rethor. cap.* 4. ait amicorum esse animum vnum in corporibus duobus habitantem. Et tandem pro hoc facit Alex. de Neuo *in cap. cum locum num.* 12. *de sponsal.* vbi scribit esse metum cadentem in virum constantem sufficientem ad annullandum contractum, si inferatur alijs, de quibus rationabiliter debet timere cõtrahens, ne offendantur: quod dictum sanè nemo vocabit in dubium, quin procedat in arctissima amicitia coniunctis.

14 Secundò notandum est metum durare,

quam-

quamdiu durat eius causa; quamuis in actu externo appareat omnimoda libertas: vnde quicumque actus fiat, etiamsi præseferat liberam voluntatem, & lætum iucundumque animum; nedum metum nō purgant Panor. in c. 1. *de his quæ vi met.* Natt. *cons.* 451. *num.* 3. Couar. *in epitom.* 4. *decret. par.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 1. Menochi. *præsumpt.* 4. *num.* 23. *lib.* 3. & Sanch. *disp.* 18. *num.* 7. Rota *decis.* 705. *num.* 1. *decis.* 463. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* & præsertim *decis.* 643. *num.* 4. *par.* 1. *in recent. decis.* 771. *num.* 8. *& decis.* 863. *num.* 1. 2. *& seqq. coram Card. Seraphino.* Sed potius eum magis confirmant, vt dixit eadem Rota *in Neapolitana professionis* 26. *Iunij* 1598. *coram Orano, & decis.* 392. *num.* 3. *coram Greg. XV.* & hoc procedit quamuis quodcumque temporis spatiū intercedat inter actum, & metum incussum ad illius effectum Bal. Aret. Dec. & alij per Sanch. Gaspar. Ant. *nu.* 19. *et* Rota *decis.* 392. *coram Greg. XV.* Nec sufficit causam metus cessare, nisi quoque cessent impedimēta quibus à reclamando impeditur: poterit namque reclamare longè post cessationem metus, si longo tempore illa durarent. Sic Sanch. *num.* 8. & Nauar. *comment.* 4. *de regul. in cap. statuimus num.* 71. referens Panormit. & Felin. & in terminis de professione metu emissa Barbos. *de offic. episc. par.* 3. *alleg.* 104. *num.* 18. vbi varios DD. & Rotam allegat, & denique Rota *in Vallisoletana præeminentiarum* 23. *Ianuarij, & in eodem causa* 29. *Martij* 1604. *coram Pamphilio.* Si verò non reclamet postquam cessauit causa metus, vel dicta impedimenta cessarunt: tunc meritò ex gestis post huiusmodi cessationem, excluditur metus, vt sensit Rota *d. decis.* 463. *num.* 3. multis allegatis.

Tertiò notandum est non solùm hæc di-
15 cta in præsenti dubio veritatem habere de metu; sed de eius suspicione; nam iusta, & probabilis suspicio metus habetur pro metu Bald. *in l. fin. num.* 7. *C. de iur. delib.* Rimin. *sen. cons.* 15. *num.* 16. Alban. *cons.* 77. *num.* 11. Gram. *decis.* 5. *num.* 7. *cum duobus seqq.* quos omnes refert, & sequitur Rota *d. decis.* 374. *num.* 18. *coram Greg. XV.* & sic satis est ad rescindendum actum, vt subdit Sanch. multis cumulatis *disp.* 2. *num.* 27. Hinc apparet quā
16 rectè optimè aduertant Host. *in sum. tit. de elect.* §. *qualiter faciēda vers. qui secretò* Ioan. And. Panorm. *in cap. quia propter num.* 1 *quasi fin. de elect.* Siluest. *tit. electio* 2. *q.* 10. *verb. quintum* Tabien. *eod. tit.* 1. *num.* 20. & Biax. *in directi elect. par.* 3. *capit.* 25. *num.* 3. respui posse compromissarios, siuè scrutatores, instantque causam appellandi censeri, si ipsi tales existant, vt timorem electoribus incutere valeant.

17 Quartò notandum est ex præsentia Superioris, siuè Iudicis excludi nedum suspicionem metus, iuxtà Bartol. *in l.* 2. *num.* 4. *C. de præd. decur. l.* 10. Paris. *cons.* 10. *nu.* 35. *lib.* 1. & Rota *decis.* 120. *num.* 25. *& decis.* 188. *num.* 9. *coram Greg. XV.* Sed & ipsum metum excludi secundum eumdem Bart. & DD. *in l. transactionem C. de transactio.* Iason. *in l. interpositas num.* 5. *de transactio.* Aym. alijs relatis *consil.* 114. *num.* 2. Sanch. *disp.* 27. *num.* 2. & Rota *decis.* 184. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* Vnde si v.g. Prouincialis præesset alicui capitulo locali congregato ad electionē Discreti celebrandam, & in eo quis electorum sileret non audens obijcere contra fratres in scrutatores eligendos propter probabilem suspicionem metus sibi à Guardiano incutiendi, si obijceret: tunc post factum non est locus appellationi, quia ex præsentia Prouincialis excluditur illa suspicio metus. Et idem iuris est in dando suffragio, & in omnibus actibus capitularibus, quando adest Superior ei, qui electoribus intulit metum. Cuius doctrinæ communiter receptę rationem autumo esse; Quia tunc metus non dicitur cadere in virum constantem, vt *sup. num.* 11. explicatum est. Hoc tamen quartum notandum intelligit regulariter; nam si ille qui incutit metum contrahenti, esset talis, vt grauem metum etiam incuteret Superiori præsenti tunc ex præsentia illius Superioris non excluderetur metus, vt rectè cum multis alijs aduertit d. Ant. Gaspar. *d. q.* 51.

18 Tandem in fine dubij notanda sunt verba Greg. X. in Generali Conc. Lugdunen. quæ & habentur *in capit. sciant cuncti de elect. in* 6. *Sciant cuncti qui clericos, vel quaslibet alias personas ecclesiasticas, (ad quos in aliquibus Ecclesijs, Monasterijs, aut alijs pijs locis spectat electio) pro eo quod rogati, seu aliàs inducti, eum pro quo rogabantur, siuè inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos eorum, aut ipsas Ecclesias, monasteria, seu loca cætera beneficijs, seu alijs bonis suis per se, vel per alios spoliando, siuè aliàs iniustè prosequendo grauare præsumpserint, se ipso facto excommunicationis sententia innodatos.*

19 Sed forsan his omnibus hucusque in hoc dubio dictis obijcies multa allegata ex præcitatis Doctoribus dicta esse in terminis matrimonij, vel in terminis professionis multoties, & non semper in terminis de electione? Respondeo requiri consensum liberum in electione, & in professione, sicut in matri-

monio

monio carnale, & ideò quò ad hæc valere argumentum à matrimonio ad electionem *c. sicut vir. c. sicut alterius 7. q. 1.* Pan. *in c. & si vnanimiter num. 5. de postul. præl.* glos. *in c. bona de elect.* Ant. à Butr. *in c. licet nu. 2. de transl. episc.* Biax. *in direct. elect. p. 1. cap. 6. num. 3.* Euerard. *in suis topicis loco à matrimonio spirituali ad carnale* Nauar. *lib. 1. cons. 5. num. 2. de elect. in 2. edit.* & Suar. *tom. 3. de relig. lib. 6. cap. 4. num. 16. ante med.* vbi testatur hos actus quò ad hoc æquiparari ab omnibus ferè Iuris peritis, nec posse verisimilem rationem differentiæ assignari.

§. De subornatione.

DVBIVM LV.

Quæ subornatio vitiet electionem?

SVMMARIVM.

1 *Quid & quotuplex sit subornatio?*
Malæ subornationis genus dicitur minus propriè simonia.
2 *Quando subornatores peccent, & non peccent?*
Eleganter explicatur materia subornationis in statutis Ordinis Cartusiensis.
3 *Electio habita per ambitiosum tractatum est annullanda.*
4 *Conuentiones de eligendo aliquo determinato sunt illicitæ.*
Quid sit captatoria voluntas?
Donatio captatoria est nulla.
5 *Tractatus pro electione habendi non prohibentur in electione Romani Pontificis.*
6 *Tractatus est vnum de substantialibus electionis.*
7 *Demandato vno, censetur demandatum omne aliud per quod deuenitur ad illud.*
Subornationem bonam permittit Greg. XIII. monachis S. Bernardi in Italia Ordinis Cisterciensis regularis Obseruantiæ.
8 *Priuilegio frustra impetratur quod iure communi conceditur.*
Limita vt non procedat quando impetratur ad tollenda dubia, & scrupulos.
9 *An subornatio occulta præsumatur mala?*
10 *Quæ vitia dicantur nota ad effectum ea manifestandi in subornatione bona?*
An possit institui inquisitio tendens ad examinanda merita eligendorum, si nulla eorum præcedat infamia?
11 *An subornatio bona habita in Religione quæ eam admittere non consueuit, præsumatur mala?*
12 *Admonitio subornatori.*

1 
VBORNATIO iuxtà significationem vocabuli, & doctrinam Card. *in clem. 2. not. 4. de testib.* est suasio, qua suadetur verum, vel falsum in bonum vel malum finem, ex qua definitione duplex nobis innuitur subornationis genus, bonæ scilicet, & malę, vt rectè annotauit Nauar. *lib. 5. cons. 20. num. 8. tit. de sent. excom.* quem sequitur Rodriquez *tom. 1. s. q. 56. art. 1.* illa, enim, qua in alicuius animũ inducitur verum in bonum finem, est bona; illa verò, qua consulitur falsum in malum finem, est vtiq; mala atq; adeò Diabolica, & ex qua multa sequuntur inconuenientia, quæ recenset idem Nauar. *comment. 3. de regul. vers. secundo quod experientia circa med.*

Hæc mala subornatio subdiuiditur; nam aliquando fit verbis, vt dictum est: aliquando verò fit muneribus; idest quando dantur munera electoribus, vt eorum beneuolentia, & gratia aucupetur ad effectum consequendi ipsorum suffragia: Et de hoc genere subornationis potest intelligi illud Exod. 23. *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.* Etenim, vt inquit Eutym. teste Barrad. *tom. 2. lib. 10. c. 2. in fin.* repleto ventre omnia subornatis ille erit, qui donis subornarit, & quacumque dignus dignitate iudicabitur. Et deniq; hoc posterius malæ subornationis genus dicitur quoque minus propriè simonia, vt patet ex Rodriq; *tom. 3. q. 63. art. 4. circa fin.* Sorb. *in expos. tituli constitutionis Clem. VIII. de largitione munerum.* Et ex eademmet constitutione edita contra huiusmodi subornatores per dicenda *dub. sequenti* in qua hæc habentur in §. 16. *Nec non vltra huiusmodi pœnas etiam tanquam contra furti, & simoniæ criminum reum .... condignisq; supplicijs affici debent.*

2 Suadere igitur electoribus virtutes veras, quibus eligendi ornantur, & vitia vera, & nota, quibus notantur, vt dignus indigno, & dignior minus digno præferatur est sanctum, teste Nauar. *vbi sup. cons. 20.* Et è contra suadere virtutes falsas, & dissuadere vitia nota, vel donis subuertere mentes electorum quò indignus digno, minusque dignus digniori anteponatur, est impium, & inde vitiatur electio.

Hu-

Huius assertionis vtraque pars declaratur, & probatur ex authoritate statutorum Sacri Ordinis Cartusiensis *p. 2. c. 2. num. 15.* vbi pro electione Prioris conuentualis, hæc habentur. *Et quoniam sunt aliqui interdum, qui non cognoscunt personas, & libenter per alios informarentur, sed putant non licere: Declaramus quòd omnes qui in hoc pia intentione ducuntur licitè possunt; immò etiam potius debent interrogare illos, qui & melius cognoscunt personas, & meliores etiam, & aptiores Pastores secundum Deum habere desiderant: Nam qui cognoscunt quidem meliores, sed eos nolunt, volunt autem Priores prurientes auribus, & qui sunt vitæ larga, & relaxata, isti interrogari non debent: quia potius darent consilium conforme suæ inordinatæ cupiditati.*

Sicut autem plurimum commendandi sunt, qui piam solicitudinem pro bonorum Pastorum electione gerunt; ita illi sunt magnopere culpandi, qui pro eligendis deterioribus statim inter se secreta conuenticula faciunt, & vt omnes ad suam cupiditatem trahant, conantur quantum possunt per se, & per interpositas personas non precibus modò; sed interdum etiam, quod est deterius, muneribus, promissionibus, & bonorum maledicentijs, & detractionibus multis obtinere quod volunt. Quam perniciem, vt omnes diligentissimè caueant, Vicarius quanta poterit maiori efficacia debebit omnibus persuadere. Nam qui talibus medijs inducunt, aut inducuntur ad consentiendũ scienter in personas non tales, quales ius commune, & nostra instituta necessariò requirunt, mortaliter peccãt, & vitium simoniæ, saltem mentalis committunt, & Spiritum Sanctum à tali electione, & à domo sua expellunt.

3 Insuper posterior pars eiusdem met assertionis confirmatur quoq; ex communi *in c. si papa. dist. 79. & in c. bonæ de elect.* quæ scribit teste Menoch. *cons. 96. num. 21.* electionem factam ab illis, qui ambitiosè conuenerunt de eligendo aliquem, atq; ita malo zelo; annullandam esse, quia omnis tractatus ambitiosus prohibetur Ioan. And. *in d. c. bonæ. col. 2. ad fin. de elect.* & Menoch. *vbi supra* & facit *c. per nostras de iur. patr.* cum alijs iuribus, & DD. allegatis *dub. 61. num. 1.*

4 Et multò magis erit annullanda electio, si electores non solùm habebunt consilium de eligenda persona; sed deliberauerint de ea Biax. *in direct. decl. elect. par. 3. capit. 4.* quia tractatus de eligenda persona est quidẽ semper permissus, vt modò probabimus; at conuentio de tali eligendo est illicita. Imol. *in d. cap. bonæ 2. num. 5.* vbi quoque Card. *quæst. 6. de elect.* Et firmauit Rota *decis. 516. coram Card. Seraph.* Sed cum hæ deliberationes, siuè conuentiones propriè Simoniæ rationem habeant: idcircò de eis suo loco dicemus. Tantũ hic addo pro hoc facere videri quod de captatoria volũtate siue institutione quã constat esse nullam, notãt communiter DD. *in l. captatorias C. de milit. test.* Propriè namque captatoria voluntas est illa per quã quis alium quærit inducere, vt sibi vel alteri commodum in vltima voluntate relinquat: inde dicta, quia captare est veluti aucupari aliena. Couar. *in c. cum tibi num. 1. de testam.* Sarmient. *lib. 2. select. opin. cap. 4.* & multis cum communi recentiorum relatis Rota *in Roman. legati re. 5. Iunij 1616. corã R. P. D. Martino decis. 359. num. 11. & 12. corã Card. Seraph.* vbi decisum fuit *num. 13. 14. & seqq.* donationem factam causa mortis Titio, qui instituerat suum hæredem dictum donantem esse nullam tãquam captatoriam: Et captio consistebat in hoc, quia in dicta donatione fuerat facta adiecto hoc pacto quod in euentum in quem testamentum reuocaretur, ipsa quoque donatio reuocata censeretur: vnde hæc condicio imponit necessitatem causatiuam non reuocandi testamentum.

5 Ad prioris verò partis assertionis confirmationem plurimum conducit constitutio Greg. XV. de electione Romani Pontificis, quæ incipit *Aeterni Patris* ædita *anno 1621. 14. Nouembris.* quæ constitutio quamuis in his regularibus electionibus non liget; fortissimum tamen præbet argumentum ad effectum de quo agimus: Nam illa ad hoc promulgata fuit, tum quò nihil omittatur eorũ, quę ad electionem Romani Pontificis negotium cautius, & meliùs transigendum conducunt, vt in eiusdem constitutionis principio dicitur: tum etiã quò si talis electio per scrutinium, seu scrutinium, & accessum celebrari contingat, secretissimè transigatur, vt propè finem eiusdem met constitutionis habetur. Et quamuis in hunc finem hæc constitutio emanarit, vt dictum est. Attamen postquam ferè omnes speciales subornationis casus, enumerauit, ac eos districtè inhibuit, subdit *Tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus.* Quantò magis ergo id asserẽdum erit de quibuscumq; alijs electionibus, in quibus non agitur de eligendo digniore ad vniuersale regimen S. R. E.

6 Ratio autem horum omnium dictorum est quia tractatus est vnum de substantialibus electionis. Ant. à Butr. *in cap. cum inter. num. 7. & in c. in causis de elect.* Immò dicunt glos. *in capit. cum in veteri verb. in tractatu de elect.*

elect. & in cap. in nomine domini verb. tractantes dist. 23. Tolos. in tit. de elect. cap. 15. in fin. electionem nõ valere, nisi praecesserit tractatus adducens cap. in genesi de elect. Et probatur nam certū est nos teneri eligere digniorem, vt latè firmatum est dub. 32. per totum, & sum per dimittere indignum de iure diuino, naturali, & positiuo Salon. 2.2. quaest. 63. art. 2. controu. 3. post 2. conclusionē. Et per consequēs sub poena lethalis culpae deuincimur ad notitiam morum, & virtutum eligēdorum dub. 34. num. 3. Sed hoc vix, atque adeò impossibile est fieri posse, moraliter loquendo, vt ait glos. vbi supra in capit. cum in veteri absque eo quòd electores colloquātur, vel tractent inter se aliquando qui nam sint digni munere, de quo agitur, vel quis dignior alio, cum multos suffragatores saepè saepiùs lateant vitia nota, vel virtutes eligendorum. Ergo demandata electione dignioris, & exclusione indigni, demandatur etiam tractatus per quem deuenitur ad hunc finem. Ergo tractatus est vnum de substantialibus electionis.

7 Quòd demandata electione dignioris, & exclusione indigni, demandetur quoq; tractatus &c. probatur ex illo vulg. axioma, quòd scilicet demandato vno, censetur omne aliud demandatum per quod deuenitur ad illud c. praeterea c. suspicionis de offic. deleg. l. 15. ff. de iurisdict. omn. iud. l. 3. § fin. ff. de pan. leg. l. veteres, & ibi glos. & Bart ff. de itin. actuq; priu. Rota decis. 66. in fi. coram Greg. XV. Quae iura exponuntur à DD. vt sub vno concesso, pariter cō cedantur non solùm necessaria; sed etiam valdè commoda, per quae deuenitur ad illud teste Suar. tom. 4. disp. 49. sect. 1. num. 17.

Hinc Greg. XIII. in bulla *Romanus Pontifex* edita anno 1578. die 23. Maij pro electione Praelatorum Congregationis S. Bernardi in Italia Monachorum Ordinis Cisterciensis Regularis obseruantiae, haec habet in § 18. *In faciendis autem electionibus capitularium seruatorum, Diffinitorum, Visitatorum, Praelatorum, & Praesidentis, quoniam difficillimum, & quasi impossibile foret votum aliquando non communicari; liceat vnicuique pro exoneratione suae conscientiae ante votum suum ferendum aliquem magis instructum consulere, & per modum informationis, & consilij vocem suam, si ita videbitur, accommodare absq; alicuius censurae, aut paenarum incursu.*

8 Sed dices si de iure communi licitus est hic bonae subornationis vsus. Ergo frustra concedit Summus Pontifex hoc speciale priuilegium l. 1. ff. ad municipialē, & tradit glos. in cap. 2. de rescript. Et si hoc priuilegium non est frustra concessum. Ergo iure communi non licet illud quod in eo conceditur.

Ad hanc communem obiectionem primò est communis responsio Nauar. lib. 3. consil. 48. num. 5. de regul. in antiq. non esse quidem necessarium impetrare in priuilegium speciale quod iure communi conceditur, & hoc probant iura in obiectione allegata: frequentissimè tamen impetrari, concediq; consueuisse à S. Sede Apostolica ad tollenda dubia, & scrupulos, vt per varia exempla monstrat d. Nauar. vbi supra, & de hor. canon. c. 3. num. 57. Et nouum non est quod idem bis repetatur, ratione tollendae dubitationis l. 1. §. sed sciendum vers. ego puto ff. de edil. edict. Rota decis. 20. num. 2. in fin. par. 2. in recent. Et haec communis responsio optimè adaptatur casui nostro, in quo ex testimonio Patrum Carthusiensis Ordinis in supra recitatis verbis multi putant non licere, &c.

9 Secundò respondeo superfluitatem cessare ex hoc, quod licet in foro conscientiae veritatem habeant quae de hac subornatione bona tradidimus; Attamen in foro externo si occultè fiat, vt fieri solet, meritò probabilem suspicionem inducit d. 19. can. anastasius 18. q. 3. can. perniciosam, & cap. vnic. vt eccl. benef. & per consequens praesumptionem facit 32. q. 1. can. dixit cap. literis de praesumpt. l. vlt. quod met. cau. Cum ergo praefata concessio Pontificia, tollat hanc praesumptionem in foro externo, per consequens satis super ius commune operatur; ita vt non possit vllo modo dici superflua.

Dixi denique in assertione *suadere electoribus . . . . . vita nota esse sanctam, &c.* ad excludenda secreta, & penitus occulta, quae nullo pacto detegere licet. Vt autem nota dicantur, sufficit esse publica in aliquo monasterio, idest, vt sit famosum, notorium, vel manifestum maiori parti monasterij, dummodò in eo monasterio commorentur saltē decem fratres. Nauar. cap. 2. num. 73. & cap. 27. num. 255. Suar. tom. 5. disp. 41. sect. 3. nu. 6. Say. de cens. lib. 4. cap. 17. num. 22. & lib. 7. c. 13. num. 12. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 34. num. 55. & in praecep. decal. lib. 2. c. 11. nu. 19. Emanuel sà verb. Episcopus num. 33. Duard. in bull. can. Domini lib. 3. §. 2. q. 11. num. 5. Et quamuis Sanch. vbi supra in praecep. decal. non approbet opinionem Suar. tom. 4. disput. 30. sect. 2. num. 2. in fin. dicentis quòd alicubi publicum est, simpliciter esse publicum, & non occultum; Nam Sanch. num. 20. asserit delictum publicum in aliquo loco, non censeri publicum in alio loco ita distanti, ad quem

non

10. non est spes fore, ut tacite fama perveniat. attamen quicquid sit de fore in terminis absolutionis à [illegible] à quibus [illegible] absolvere, quicquam ex ui Concilii Tridenti: ubi ibi [illegible] loquitur; illud mihi certum est in terminis nostris de electione contraria sententia suam esse veriorem et tutiorem per ea, quae congessit [illegible] Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 31. n. ij. et seqq: in terminis Matrimonij, et regula patet, quia valet argumentum à Matrim.º ad Electionem ut in fine praecedentis dubbij probatum est; et eandem confirm[illegible] sona sigillat, et [illegible] sicut [illegible] [illegible] can [illegible] [illegible] [illegible] opinione facit, quod scribit Panormit. in cap. [illegible] n. 34 de praesumpt. [illegible] et inc. [illegible] nobis n. 4. de elect. et [illegible] de Just. l. 2. c. [illegible] n. [illegible] [illegible] est Arching.º Romer. in [illegible] [illegible] Jud: per Regularis, p. 2. c. 6. in fin: nempe licet Judicem non posse instituere inquisitionem tendentem ad punitionem delicti, nisi praecedat aliqua infamia Auctoris. Attamen bene posse instituere inquisitionem tendentem ad examinanda merita, vel demerita eligendi ab ipsismet Judice, etiamsi nullus exiet rumor de Auctore, [illegible] omnis [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] ministris.

Tandem firmamus hoc omnia [illegible] quae dicta sunt in hoc dubio [illegible] se habeat attamen admittendum esse [illegible] subornationis officium [illegible] [illegible] subornator [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] ut explicatum est in praecedenti dubio: vel si subornatio [illegible] bona sit apparenter mala in foro externo ob [illegible] circumstantias eam comitantes: vel quod huiusmodi subornationis usus non vigeat in aliqua Religione et ideo poena mul[illegible] [illegible] subornator.

[illegible] [illegible] [illegible] subornationis usus non vigeat in aliqua Religione, quia sunt nonnullae Religiones, quae non [illegible] non [illegible] electionis quibus nullus [illegible] tractatus sed etiam nullo pacto [illegible] tractatus admittere consueverunt, imo semper male sentiunt de quibusque subornationibus. Unde cum talis [illegible] consuetudo teneat merito [illegible] [illegible] in huiusmodi Religionibus puniuntur. Quod autem talis consuetudo teneat patet: nam etsi admittamus eam contra [illegible] militare, attamen valet [illegible] dicenda [illegible] 108. n. [illegible] et eo magis quo ipsa [illegible] non ducit ex malo fine, vel quasi ex causa urgenti et verisimiliter [illegible] [illegible] à Canone, [illegible] [illegible] subornatio bona in se mala [illegible].

Sed quia cum non lucinsa retrina-tionis sint udes expositur sit fa-mis. periculo incidendi in malam vala nationem, ut pius sit maxima prudentia, mulaque circumspectione regitandi, idcirco bene potest inda-ce contraria consuetudo, quæ sit va-lida vel periculum mali, ut indi-mile de prohibitione contra licitu doctrinam expositam tamen mul-tis periculis adesit, ex nar. tom. 4. disp. 83. sect. 1. n. 4. ad fini, ex cap. fixi disp. 31. n. 3.

22. Secundo advertendum est ei-dem subornatori invigilandum esse, ne ipse pravis animi impetu affe-ratur in mala subornationem, sed illud in primis sibi proponat, ut, atque ob oculos proponat honor. ut magis dignis occupentur aditus ad dignitates et officia, et careant dignioribus, qui Religionis bonum inde sumat augmentum.

Ac proinde curat ipse quasque hu-manas affectiones et studium inde ut Animum eorum iustum, me-mor nihil prodesse homini, si uni-versum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.

Dubium LVI.

Quibus pœnis afficiantur subornatores in electionibus Regularium.

Summarium.

1. Pœnæ in Sacra Subornatoribus,

cuiuscumque ordinis.

2. Ut in constitutio Papæ derogata censeatur per non usum, et contrariam consuetudinem.

3. Quando constitutiones Papales dicantur non receptæ.

4. Quando requiratur expressus consensus Papæ ad tacitam constitutionem abrogandam.

5. Bulla de Largitione munerum lata fuit contra Subornatores.

6. An pœnas communes faciat Subornationem et Aleviationem venditio.

7. An bulla de largitione munerum sit in usu apud omnes Religiosos.

~~[illegible]~~

Probatio est et admodum est multum difficilis.

8. Variæ bullæ contra subornatores diversarum Religionum in specie, quæ tamen non extenduntur ad omnes alios numero ita.

9. An ex paritate rationis fiat ex-tensio de pœnis ad alios non ex-pressis in re in alius.

10. In materia pœnali verba sump-ta strictè, et proprie.

An sub nomine monachorum veniant omnes Religiosi.

11. An prædictæ pœnæ contra subor-natores possint dispensari a Prælatis Regularibus.

1. In Decreti generali edito Anno 1599. die 25. Julij pro Reformat.

Regularium tam Monachorum, quam mendicantium, cuiuscumque Ordinis, et Instituti à Clemente VIII, hoc habent. § 22. Et omnis officiorum ambitus occasio praecludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta votorum, seu suffragiorum procuratione tam pro se ipsis, quam pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in caeteris, praesertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, praeter alias poenas, et censuras hactenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incidant, et ad futura quaecumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à nobis, vel à Successoribus nostris, et pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Praedictas omnes poenas ad complices, et adiutores, scientes, et non revelantes extendimus.

2 Quae Decreta cum fuerint innovata Anno 1624. die 21 Septembris à Sacra Congregatione de expressa mente S. D. N. Urbani VIII. merito circa ea nihil aliud in praxi posse dubitari videtur, nisi hoc. An scilicet ad hoc ut obligent requiratur necessario ut usu acceptentur à Religiosis?

Respondeo negative, nam vel intelligitur praecise necessario requiri, ad integritatem Constitutionum Papalium, ut non, et moribus approbentur à subditis, ut tenet Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 26. n. 2. et seqq. et multi alij Doctores, quos citat, et confutat Suar. de leg. l. 4. c. 16. n. 11. et seqq. vel intelligitur ut contrarijs actibus eiusdem Constitutionibus non contraveniatur. Sed neutrum horum requiritur. Gonz. in c. ult. n. 7. vers. unde ibi. detenens et rac. Felin. in c. 1. n. 6. vers. lex nova, eodem tit. Rota decis. 191. n. 3. p. 9. in Recent. et fuit confirmatum decis. 221. n. 1. eod. tom. Tolle requisitum, et observantia ibi requisita in Constitutionibus Papae de forma substantiali. Felin. d. c. 1. n. 13. col. penult. bene facit Rota, ubi supra d. decis. 191.

3 Et quod non requiratur secundum patet, nam eo ipso, quod constitutiones Papales promulgatae sunt, habentur pro effectuatis, et usu receptis. Rota decis. 213. n. 1. ubi supra unde Vacante, qui restatur de e.

Com. in leg. de preib. n. 3. ff. de leg. Alex. cons. 136. n. 19. l. 2. et Rota ubi supra n. 2. afferunt numquam illi dictas Constitutiones fuisse in usum.

Quod vero nec quia requiratur in usum, quia auctoritas Papæ præstat somnum c. nouit. de iudic. Rota de cis. 10. de consuetud. in tibus in antiq. quod eius Constitutionibus non est inferioribus sine eius permissione contravenire c. consequenter dist. Pa nor. in c. cum n. 4. uers. unde ita de reng. et pac. Pazzositus in c. in istis §. leges n. 3. uers. nisi dato consensu Papæ. Rota d. decis. 219. et d. decis. 191. n. 3.

4. Et ne dum licet inferioribus contravenire Constitutionibus Papæ sine eius permissione, et expressa scientia, sed nec etiam sine eius interpretatio consensu. et quod non sufficiat tacitus, sed requiratur expressus, dicunt Franch. in c. cum de beneficio n. 4. de preb. in 6. cum aliis ibi per eum allegatis, et ita decidit Rota n. 2. uers. nec mirum, quos sequitur Rota d. decis. 2. n. 5. par. 2. in recent. Quæ omnia sine contradictione uidentur locum habere in casu nostro, in quo agitur contra statum dimidiatæ innouationem, et noua publicas ... decretorum. Præterea non est tam breui temporis spatio non posse induci consuetudinem

rationabilem contrariam ... uocatus c. fin. ubi gloss. ... de consuet. in 6. ... est ... de Quinquennio ... n. nou. secunda ... deceninaspe- rennis sufficiat ... concernentibus ... Principatibus ... et muneribus ... quinquen... hiatus ... Regularibus ... in quo ... Sect. 16.

* Quod ... regularibus uniuersaliter ... cuiusque gradus, ... nationes ... hominum ... stabilis ... per non obtenta dignitate, gradibus, muneribus, et officiis ... ac ... similia in ... habilis perpetuo ... ac perpetua infamia ... existat. Et praeterea ... ac ... et ... ab ... uindicta ... Quod autem ... constitutione ... contra eos, qui ... electionis muneribus ... patet ex ... tom. ... 27. ... circa finem, dicens ... Sanctam constitutionem ...

mod.

dicuntur loqui—eo modo de donationibus gratiosis, & ambitionis gratia factis. Item patet ex rubrica secundum quòd eam exponit Sorb. §. *secundo aduertendum*. Et denique patet ex eadem constitutione. §.8. vbi sic dicitur *Ita vt inter ipsos quoq; Religiosos(ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur)quæcumq; largitio, aut donatio (nisi rerum minimarum de licent. expressa, & in scriptis Superiorum) sit pænitus interdicta.*

6 Nota ea verba *Nisi rerum minimarū, &c.* Nam videri potest paruum munus non inducere subornationem. Consequentia probatur, quia quæcumque largitio, seu donatio est interdicta, excepta rerum minimarum. Ergo, &c.

Sed contra obijcies. Non datur paucitas materiæ in peccato Simoniæ; ita vt semper non sit peccatum mortale, vti probabitur *dub.57.num.8.* At subornatio, quæ fit donis, & muneribus dicitur Simonia non purè mentalis per dicta in superiori dubio *num. 1. in fin.* & clariùs explicabitur *dub.79.num.2.* Ergo etiam quodcumque minimum munus facit subornationem.

Distinguo: Aut enim nos loquimur in foro conscientiæ, quod sola veritate nititur *cap.tua de sponf.* Aut loquimur in foro externo, quod præsumptionibus procedit in similibus. Si primo modo, currit, & val t obiectio. Si verò posteriori modo, dico quando datur paruum munus, quod votum recipientis inclinaret, vel mouere non debet. Ecclesiam Romanam non consueuisse interpretari accipientem, vel donantem in his delinquere *cap. & si quæstiones de simon.* quem tex. præ cæteris egregiè exponit Suar. *tom. 1. de relig tract. 3. lib. 4. cap. 36. num. 10. vsque ad fin. & cap. 38 num 2. in fin*

7 An hæc bulla *de largitione munerum* liget nunc omnes Regulares ad effectum de quo agimus? Illud mihi certum est, fuisse, scilicet, receptam apud multos. Cęterum an postea tractu temporis fuerit inducta contraria consuetudo, ignoro: Vnde benignum Lectorem moneo, qui vsu rerum propriæ Religionis magis valet quàm ego, vt examinato huiusmodi vsu doctrinis, quæ de consuetudine traduntur à DD. & maximè vltra supra præallegatos à Marescot. *lib. 2. var. resol. cap. 100. ferè per totum, præsertim verò num. 24.* & aliquid à Rota *decis. 4. in num. 4. coram Cardin. Mantic. & decis. 162. per totam coram Greg. XV.* consulat, siuè decidat quod sibi æquum videbitur, semper memor non ita de facili induci consuetudinem contrariam iuxta Iason. *consf. 192. in fin. l. b. 2.* cum eius probatio fit multùm difficilis Fulgos. *conf. 6. in fin.* Dec. *conf. 215. num. 2. in fin.* Aymon. *consil. 325. num. 1.* Multa namque per patientiam tolerantur, quæ si fuerint in iudicium deducta exigente iustitia tolerari non debent *e. cum iam dudum de præben.* Aym. *conf. 96. num. 7.* Ita Rota *vbi sup. coram Greg. XV.*

8 Tertiò principaliter extat bulla Clem. VIII. quæ incipit *quoniam nemo* edita *anno 1604. die 23. Iulij* côtra fratres Ordinis Cruciferorum, qui pactis pollicitationibus palā, vel occultè procurauerint obtinere, &c. Itē bulla *cum nihil magis* Greg XIII. ampliata à Clem VIII. per bullam *Religiosos viros*, & roboratam à Paulo V. per bullam *admonemur pastoralis* editam *anno 1608. die 7. Ianuarij* contra fratres Ordinis Sancti Dominici qui per mendicatos fauores, & suffragia sibi procurant, &c. Item bulla *ambitiosam honorum* eiusdem Clem. VIII. edita *anno 1596. die 3. Septembris* contra Monachos Congregationis Camaldulensis Ordinis S. Benedicti qui pactis, pollicitationibus palam, vel occultè procurauerint obtinere, &c. Item eiusdem ferè tenoris extat alia bulla *quoniam nemo eiusd mmei* Clem VIII. contra fratres Ordinis B Mariæ de monte Carmelo *edita anno 1593. die 21. Maij.* Item alia bulla *ambitiosam honorum* edita *anno 1600. die 23. Decembris* contra fratres Eremitas S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis. Item extat eiusdem tenoris bulla *quoniam nemo* Pauli V. *edita anno 1616. die 27. Augusti* contra Monachos Ordinis S. Benedicti congregationis Cœlestinorum. Item bulla *Nihil in vna quaque*. Greg. XIII. edita *anno 1574. die 17. Aprilis* contra Monachos Congregationis Casinensis aliàs S. Iustinæ Ordinis Sancti Benedicti. Item bulla *Alias per nos* Pauli V. edita *anno 1613. die 30. Martij* contra Monachos Sanct Bernardi Congregationis Cistercienfium Italiæ. Item bulla *Pastoralis officij* edita *anno 1571. die 28. Maij* Pij V. contra fratres Minores de obseruantia Sancti Francisci Moderata per aliam bullam *consueui Romanus Pontifex* Greg. XIII. editam *anno 1593. die 8. Septembris* quarum explanationē tradit Rodriq. *tom. 2. quæst. 56. art. 1.*

9 Circa quas omnes bullas meritò vocatur in dubium; An extendantur ad alios Regulares? Pro resolutione dubij aduertendum est cum Suar. *de legib. lib. 6. cap. 3. num. 12.* Illud quod aliquando disponit lex canonica

in vna Religione mendicante, quod posset similiratione generaliter disponere; non extendi ad alias si lex specialiter loquatur de aliquibus Religiosis vt v.g. *in cap. non solum de regul. in 6.* prohibentur fratres Minores, & Prædicatores recipere nouitios ad professionem ante annum probationis elapsum: Modò hæc constitutio extensa est postea ad alios Regulares à Bonifac. VIII. *in cap. constitutionem de regul. in 6.* Et addit *Nos pari similitudine rationis in tuli.* &c. clarè ostendens anteà non habuisse locum extensionem illam non obstante similitudine rationis, vt benè aduertit glos. *ibid. verb. prorogamus.* Et id maximè procedit in materia pœnali, in qua verba strictè, & propriè sumuntur *cap. statutum. de elect. in 6.* Quantum tamen patitur prudens dispositio, vel iustitia legis, vt limitat Suar. *de legib. vbi sup. cap. 4. num. 3.* Hinc docent Panorm *in cap. ex parte num. 1. de postul.* & Duard. *in bull. can. Domini lib. 2. c. 17. quæst. 8 num. 5.* licèt sub nomine Monachorum veniant omnes Regulares, vt asserunt communiter canonistæ *in c. quia in insulis de regul.* attamen secus est dicendum, si constitutio loquatur de monachis nigris, vel aliam qualitatem apponat, per quam necessariò restringatur ad monachos tantùm.

10 His suppositis dico illas bullas contra subornatores aliarum Religionum in specie, & nominatim emanatas non extendi ad alios côtra quos nô fuerunt specialiter, & nominatim latæ. Et ratio est quia specialiter illæ bullæ loquuntur de specialibus Religiosis: vnde tanquam pœnales non comprehêdunt alios; quamuis enim vnicum sit mendicitatis institutum omnibus mendicantibus, & vnica viuendi forma omnibus fratribus Minoribus: tamen non conueniût in re per nomen, siuè clausulam v.g. *S. Francisci de Paula*. Vel *Fratrum Minorum de obseruantia*, significata: quia varia illos disiungunt exercitia, iuxta quæ diuersæ quoque insurgunt Religiones, & nomina: & ideo sub nomine v.g. *Minimorum S. Francisci de Paula*, Vel *Minorum de obseruantia* nunquam intelliguntur alij.

11 Vltimò aduertendum est tenorem dictarum constitutionum esse diligentissimè inspectandum ab illis contra quos latæ fuerint. Si enim non fuerit expressè commissa dispēsatio eorum Prælatis super inhabilitatem, vel alias pœnas, quas incurrunt & ad sui abolementum requirunt dispensationem, & non absolutionem; profectò non poterunt dispensari ab eis per dicta à Rodriquez *tom. 1. q. 2. quæst. fin. circa med.* vbi scribit delictum subornationis esse grauissimum, & allegat Sotū probâtê esse crimen côtra Republicā, sicut est crimen læsæ maiestatis. Vnde cum sit per consequens grauius adulterio, non possunt in eo dispensare prædicti Regulares Prælati vt fuse explicabitur *dub. 98.*

§. De simonia.

DVBIVM LVII

Quod precium inducat simoniam in electionibus?

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendam simoniam punibilem debet necessariò præcedere pactum illicitum.*
2 *Verba generalia indicantia animum gratum nullam probant Simoniam.*
3 *Diuisio sufficienter comprehendens precium simoniæ.*
4 *Quid sit munus à manu, munus ab obsequio, et munus à lingua?*
5 *Quomodo contrahatur simonia per munus à manu?*
6 *Quomodo per munus ab obsequio?*
7 *Quomodo per munus à lingua?*
8 *An in peccato simoniæ detur paruitas materiæ?*

1 Ic non inquirimus de simonia in ordine ad culpā, quia ad præsens institutum nostrum non spectat; sed inquirimus de simonia, in electionibus in ordine ad pœnam Ecclesiasticam, quatenus scilicet, ei constitutæ sunt pœnæ ab Ecclesiastico iure; quamuis enim nullus simoniacus diuinam mulctam effugere nequeat: At multi sunt simoniaci quibus Ecclesia nullam indicit pœnam, & de hac non quærimus; sed benè de illa alia supradicta quæ & simonia punibilis dicitur à Doctoribus.

Ad hanc ergo simoniam punibilem incurrendam non solum debet necessariò interuenire pactum, seu conuentio illicita inter emptorem, & venditorem pro re spirituali, siue annexa spirituali; sed etiam necessariò requiritur vt tale pactum, seu conuentio illicita precij præcedat electionem, ad hoc vt dicatur inducere simoniam, aliàs nunquam in-

inducitur *c. Artaldus, 8. q. 3. glos. in c. quam pio. verb. postmodum. 1. q. 2.* Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 35. nu. 24.* & tradunt communiter DD. *in c. veniens de testib.* cum Dec. *cons. 118. num. 4.* Put. *decis. 171. num. 9. lib. 2.* & alijs quos refert, & approbat Rota *decis. 1029. num. 8. coram Card. Seraph. decis. 165. nu. 9. p. 2. in recent. decis. 238. num. 9. & decis. 517. num. 11. coram Greg. XV.*

2 Hinc si eligendus diceret electori se non fore ingratum, cum hæc verba sint generalia, & nullum arguant pactum, nullam probant simoniam, vt per Sotum *de iust. & iur. lib. 9 q. 8. art. 5. concl. 3. & fuit dictum in vna Britonorien. pensionis coram Gypsio quam allegat & sequitur eadem Rota d. decis. 1029. num. 9. coram Card. Seraph.* Neq; obstat ea verba innuere electum non immemorem fore beneficij sibi collati ab electoribus, & per consequens se eis obligatum agnoscere. Nam etiamsi eligendus agnoscat se obligatione antidotali (quę ex virtute gratitudinis oritur) adstrictũ, & aliquid postea electori det, vt huic obligationi satisfaciat; non erit Simonia, vt rectè annotauit Nauar. *c. 23. num. 106. & Couar. lib. 1. var. resol. c. 20. num. 4. quos citat, & approbat* Less. *de iust. lib. 2. c. 35. num. 115.* Et ratio est, quia simonia, requirit vt ex pacto, seu obligatione iustitiæ detur: latè Suar. *de Religione tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 45. num. 4. & seqq.* vbi de communissima opinione Rodriq. *tom. 3. q. 63. art. 4. in fin.*

Si verò aliquis eligatur cum ea conditione vt postea teneatur tales remunerare, seu, vt dicunt, recompensare: erit quidem simonia Roman. *cons. 359.* Petr. Greg. Tolos. *in tit. de elect. c. 9. num. 7.* si præcesserit tale pactum electionem. Sed si fuerit factum post electionem, secus est dicendum, vt apertè habetur ex *d. decis. 1029. & alijs supracitatis in fine præcedentis numeri.*

3 Hoc prætium de quo hucusque disserimus agi in præsenti, dicitur esse munus à lingua, vel ab obsequio, sicuti est etiam pecunia, vel qualibet alia res exterior, quæ pertinet ad munus à manu *can. sunt nonnulli 1. quæst. 1. can. saluator circa med. vbi communiter canonistæ 1. quæst. 3.* & D. Thom. *2. 2. quæst. 100. art. 5. in corpore quæst. in fin.* quem omnes Theologi communiter sequuntur. Et sub hac tripartita diuisione sufficienter continetur prætium simoniæ, vt latè probat Suar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 37. per totum.*

4 Munus à manu, vt dicit Greg. *in can. sunt nonnulli 1. quæst. 1.* est pæcunia. Hinc cum quæcumque homines possidet in terra, quorum domini sunt, pecunia dicatur, vt habetur *in can. totum 1. quæst. 3.* & supponitur in multis decretis de simon. *vt in cap. & si quæstiones cap. tua nos c. ex tantum* vbi de equo, de vacca, deque omnibus bonis sermo est: rectè statuendum est per munus à manu intelligi pecuniam, & omne donum prætio æstimabile, quod datur electori vt v. g. equus, torques, annullus, liber, vestis, &c. Azor. *par. 3. lib. 12. cap. 2. quæst. 2.* Les. *vbi supra num. 115.* & latè Suar. *cap. 38. per totum.*

Per munus ab obsequio intellige omne obsequiũ præstitum Ecclesiæ, vel collatori, seu electori, vel eorum amicis, &c. Azor. Les. *num. 117.* & Suar. *cap. 39. per totum.*

Per munus denique à lingua intellige fauorem, vt inquit Greg. in *d. can. sunt nonnulli* idest humanas præces, laudes, commendationes, & similia Suar. *c. 41. num. 12.* Azor. & Less. *num. 118.*

5 Ex dictis infertur primò simoniam committi, quando datur aliquod munus à manu alicui hoc pacto, seu hac conditione expressa, vel tacita, vt eligat, vel pręsentet, seu prouideat, &c. hunc vel illum *c. nobis c. de regularibus c. Matthæus de simon.* Et hæc illatio est certa apud omnes. immò ampliatur, vt etiã contrahatur simonia si quis ex electoribus contradicens electo pecunia accepta, etiam ab amico electi cesset à contradicendo debetq; renunciare electus electioni in hoc casu *d. c. Matthæus* Tolos. *vbi sup.* & Azor. *par. 3. lib. 12. c. 7. q. 1. vers. quæres quid dicendum.*

6 Infertur secundò obsequium alicui præstitum pacto, seu conditione tacita, vel expressa, vt eligat hunc, vel illum, esse simoniacũ, quod multò magis locum habebit si in pacto interueniat promissio beneficij, vt quis eligatur *c. de hoc de simon.* D. Thom. *vbi sup. ad secundum in fin.* Azor. *vbi sup. vers. est itidem simoniaca.* Item si dicam Elige tu v. g. me, vel meum nepotem in Prouincialem, & ego eligam te vel tuum Nepotem in Præpositum Rebuff. *§. 1. verb. simoniacis de electionis derogatione in concorda.* Selua *de benefic. par. 1. q. 7. num. 64.* Tolos. *vbi sup.* Angel. *tit. simonia 3. §. 3.* Siluest. *eod. tit. q. 13. num. 4.* Nauar. *cap. 23. num. 100. §. secundò quod duplex.* Rodriq. *tom. 3. q. 63. art. 4. circa fin.* Emanuel Sa *verb. simonia num. 3.* Suar. *cap. 31. num. 13. & 14. & cap. 39. num. 13. in fin. & num. 14.* Azor. *vbi sup. q. 3. in fin.* qui addit item vitio Simonię non carere, qui diceret; Nunquam v. g. me viuente fiet Prior Pater F. Caius, nisi fiat P. F. seius, pro quo ego rogaui. Vel si dicat tu exauditus es in electione v. g. Caij, ego quoque

exaudiri debeo in electione Titij, & allegat Siluest. *verb. simonia q. 13. vers. 4.* Quod tamen dictum meritò temperat cum eodem Siluest. *verb. simonia vbi supra* vt non procedat vbi consuetudine receptum esset, vt exaudito vno in vna electione alter quoque exaudiretur in alia: tunc enim absque simoniæ labe posset quis instare, vt huiusmodi consuetudo seruaretur.

Ratio huius illationis est secundum Nauar. & Rodriq. *vbi supra* quia id tanquam simoniam meritò prohibet Ecclesia: nam in his omnibus datur, vel relinquitur ius spirituale cū onere, vt fiat aliquid quasi pro precio rei spiritualis, vel causa principali immediata eam habendi, quod prohibetur *in c. sicut 9. & cap. non satis de simon. can. quam pio 1. q. 2. cap. fin. de pact.*

Infertur tertiò simoniam esse si quis suf-
7 fragetur alicui cum pacto, seu condicione tacita, vel expressa obligandi illum ad laudes, commendationes, seu preces fundēdas pro se, vel pro suo agnato, seu amico, & cæt. apud fratres, seu apud Superiores, &c. Ita communiter DD. teste Less. *num. 118.* Suar. *cap. 41. num. 12. & 14.* cum alijs plurimis relatis, & approbatis à Garc. *de benef. par. 8. c. 2. num. 120.*

Tandem has omnes illationes amplia, vt procedant etiam in quacomq; minima materia, cum in hoc peccato simoniæ non attendatur paruitas materiæ, ex eo quòd rei spirituali planè arrogetur iniuria, eam pretio æstimando, immò quò minori pretio datur, eò vilius æstimatur Nauar. *cap. 23. num. 101. circa fin. & in extrau. de dat. pro inst. vel grat. notab. 10 num. 20. vers. per quæ omnia, & lib. 5. consil. 52. num. 3. tit. de simon. in 2. edit.* Suar. *vbi sup. cap. 3. num. 5. & cap. 38. num. 2.* vbi multos allegat Hugol. relatus, & approbatus à Sanch. *in præcep. decal. lib. 2. capit. 4. num. 3.*

Obijci verò solet *cap. & si quæstiones de simon.* sed in eo textu non dicitur paruum munus non sufficere ad simoniam, si pro precio detur, sed dicitur quando datur paruum munus, & non constat datum esse pro precio, tunc Ecclesiam Romanam non consueuisse interpretari accipientem in his delinquere, vel donantem. Ita pulchrè, & latè Suar. *vbi sup. cap. 36. num. 10. vsq; ad fin. & cap. 38. nu. 2. in fin.*

DVBIVM LVIII.

An simonia dirimat electionē?

SVMMARIVM.

1 *Diuisio simoniæ in mentalem conuentionalem, & realem.*
2 *Quid, & quotuplex simonia mentalis?*
3 *Quid, & quotuplex simonia conuentionalis?*
4 *Quid sit simonia realis?*
5 *Simonia mentalis nullam inducit priuationē.*
6 *Simonia conuentionalis nullas inducit pœnas ipso iure.*
7 *Simonia conuentionalis, vel realis inhabilitat ad beneficia nondum obtenta: sed non ipso iure.*
8 *Simonia realis sola, priuat beneficijs obtentis ipso iure.*
9 *Quod intelligitur de beneficijs tantùm super quibus versata fuit simonia.*
10 *Et id postea procedit etiam in simoniaco occulto.*
11 *Et etiam si commissa fuisset simonia cum vno solo ex electoribus. Atque adeò si cum amico, seu consiliario electi. num. 13.*
12 *Etiam ignorante electo. Quod intellige de priuatione solùm: secus verò de alijs pœnis num. 17.*
14 *Nisi forsan fuisset commissa ab inimico electi in fraudem, & odium electi.*
15 *Vel nisi constaret de contradictione electi ante electionem.*
16 *Vel nisi iam per triennium pacificè beneficium possederit.*
18 *De quibus dignitatibus officijs, vel beneficijs hæc omnia dicta procedant.*



1 Vm diuidatur communiter à Doctoribus simonia in mentalem, conuentionalem, & realem, prius nobis declarādum est quid per vnamquamq; earum sit intelligēdum; vt indè etiam clarius, & distinctius respondeamus ad propositam difficultatem.

2 Simonia igitur mētalis adhuc duplex est, vna *purè mentalis*, altera *non purè mentalis*. Prima est illa, in qua neq; iniqua volūtas emendi, vel vendendi spirituale, seu spirituali annexum exprimitur neq; quicquam exterius recipitur, aut datur. Secunda est propositum internum, quo quis dum confert alterī spirituale intendit illum obligare ad reddēdum temporale: vel è contra dum confert temporale intendit obligare ad reddendum spirituale; sine vllo tamen pacto externo. Et hæc explicatio sumitur ex *cap. tua nos, & cap. fin. de simon.* & clarè traditur ab Azor. *par. 3. lib. 12. cap. 2. q. 1. vers. nos verò.* Valent. *tom. 3. disp.*

3.*disp.6.q.16.par.5.verf. primò enim.* Suar. *tom.1.de relig. tract.3.lib.4.cap.41.nu.3.* Lef. *de iust.lib.2.cap.35.num.35.* Reginald. *in praxi for.pœnit.lib.10.num.429.* & communiter ab omnibus.

3 Simonia conuentionalis, & ipsa quoque duplex est; purè, scilicet, *conuentionalis,* & *conuentionalis mixta.* Primo modo est quando exprimitur quidem verbo, aut figno, vel nutu, &c. iniqua voluntas emendi, vel vendendi spirituale; sed non peruenitur ad actum exteriorem dandi, vel recipiendi: vnde vtrinque consistit solùm in promissione. Secundo modo, est quando ex vna tantùm parte deuenitur ad actum exteriorem dandi vel recipiendi: ex altera verò non.

Et hic notandum est nihil referre maximè ad effectum de quo agimus, vtrum detur spirituale, & promittatur temporale, quia nunquam est nisi simonia conuentionalis, vt rectè contra Sot. & Caiet. notauit Nauar. *c.23.num.103.* Vgol. *de cens.tab.3.cap.5.* Azor. Valent. Lef. Reginald. *vbi sup.*

4 Simonia denique realis est quando ex vtraque parte completum est pactum: hoc est, quando vltra conuentionem, & pactum siuè expressum, siuè tacitum tam spirituale, quàm temporale datum, & acceptum est: Et in hoc conueniunt omnes. Vide omnes præcitatos DD. quibus adde Rotã *decis.405.p.1.diuers. quam refert,* & *sequitur* Gonzal. *sup.reg.8.cancell.glos.15.num.69.*

5 His sic breuiter diuisis, & explicatis ad clariorem distinctionem solutionis propositæ difficultatis; respondeo primò simoniam mentalem esse quidem peccatum mortale Nauar. *capit.23.num.100. in principio,* & Rodriq. *tom.3.q.63. art.1.* non tamen inducere nullitatem, nec simoniacum mentalem teneri ad resignationem, vel restitutionem *capit. fin.de simon.* vbi DD. teste Garc. *de benef.par. 8.cap.1.num.45. vsque ad num.54.* vbi multis cumulatis cum Rota testatur de communi, & refellit opiniones, & obiectiones contrarias. Hoc autem dictum intellige de simonia, vt simonia est: nam simonia non purè mentalis, vt quoddam subornationis genus est, inducit nullitatem per constitutionem Clem. VIII. *de largitatione munerum* de qua egimus *sup.dub.56.num.5.* & *seqq.*

6 Respondeo secundò per simoniam purè conuentionalem non incurri censuras inhabilitates, vel priuationes (si quæ sunt) ipso iure latas contra simoniacos. Hæc est communis sententia Theologorum, & Iuristarum teste Suar. *vbi sup. capit.55.num.12. vsque ad num.16.* vbi postea addit idem iuris esse etiã de simonia conuentionali mixta, in qua datum est præcium; sed res spiritualis non est data, vel acceptata: Et licèt *d.num.17.* & *18. vsque ad finem cap.* & *per sequentia capita* dubitet de illa simonia, in qua data est res spiritualis; præcium autem non est datum cum effectu, sed tantùm promissum: Attamen *c.57.num.51.* idem etiam tenet de hac simonia cum Naua. & alijs adducens stylum Curiæ, & consuetudinem.

7 Respondeo tertiò simoniam siuè conuentionalem, siuè realem reppellere simoniacũ ab assequutione beneficij nondum obtenti, & reddere inhabilem non solùm ad illud super quod facta fuit conuentio, verum etiam ad alia obtinenda. Biax. *in direct.elect. par.2. cap.28.* Caffad. *decis.5.de const.* Sarnen. *de triennali q.12. in fi.7.* fol. *in praxi Episcop. par.1. verb.simonia* § 9. Nauar. *in repet.cap.fin.num. 28.de simon.* & *in cap. si quando except.4.de rescript.* & *cap.23.num.103.* & *in varijs consil. de simon.* Gonzal *pluribus relatis vbi sup. num. 70.* Rota *decis.83.lib.1.* & *decis.145.* & *150. lib.3.par.3.diuersorum* & *alibi sæpissimè.*

Hanc conclusionem intellige (quò ad simoniam conuentionalem spectat) non ipso iure, sed per sententiam, per dicta in superiori conclusione.

Dico *quò ad simoniam cõuentionalem spectat* quia id de simonia reali est valdè dubium stando in iure communi. Immò hodie est certum contrarium per constitutionem Pij V. quæ incipit *cum primum* editã *anno 1567. K.lend. April.* vbi expræsè inhabilitantur ipso iure simoniaci reales. Attamen in foro conscientiæ talis pœna non est vsu recepta, & est derogatum contraria consuetudine illi constitutioni in hac parte, vt non incurratur dicta pœna saltem ante sententiam declaratoriam, prout testatur Nauar. cui adhærent Suar. *c.58.num.11.* & *c.61. num.11.* & Garc. *p.8.c.1.num.71.*

8 Respondeo quartò omnem electionem, seu prouisionem, nominationem, institutionem, vel collationem, qua quis ad beneficiũ Ecclesiasticum per simoniam realem assumitur, esse ipso iure nullam, & inanem, & per cõsequens huiusmodi sic simoniace prouisum, seu electum priuari ipso iure beneficijs; ita vt impetrari possint etiam absque alia declaratione, quæ post impetrationem fieri posset Extrau. *cum detestabile de simon.* Extrau. *Mart. V.* quę incipit *multa in* Cõc. Cõstã. *sess.43.* & *alia extrau. eiusdem Pontificis* cuius initium *dam nabile.* Azor. *p.3.c.20.q 8.* Et ita cum eodem hanc

hanc assertionem sustinent Felin. & alij *in c. insinuatum nu. 5. & in c. de simoniacè num. 6. de simon.* Rebuff. *in praxi tit. de simon. in resignat. num. 7. 8. & seqq.* Quaranta *tit. simonia in addit. & allegat* Rocam, Gonzal. *vbi supra d. nu. 69.* Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 35. num. 11. & seqq.* Suar. *c. 57. num. 22.* & est communissima sententia.

9 Huic assertioni vnica tātùm limitatio est adhibenda, quadruplex verò ampliatio. Limitatio est, hanc assertionem procedere tantummodò in priuatione eorum beneficiorum super quibus versata fuit simonia, non verò in alijs super quibus versata nō fuit, & ita procedit *extrau. cum detestabile. de simon.* vt per Felin. & Paris. relatos, & approbatos à Rota *dec. 411. p. 3. diuers. et per* Suar. *c. 58. per totū* vbi de communi canonistarum quidquid immeritò congerat Garc. *c. 1. d. num. 20. vsq; ad 40.* contra Nauar. & alios ferè innumerabiles ibi allegatos. Et illæ decisiones Rotæ quas adducit *num. 31. & 34.* non solum huic limitationi aduersantur, sed re vera fauent, vt patet ibi legentibus.

10 Prima verò ampliatio est dictam assertionem sibi vendicare locum tàm in simoniaco occulto, quàm notorio, vt apertè habetur ex littera *d. extrau. cum detestabile. ibi tàm manifestum, quàm occultum* & confirmant Rebuff. *vbi supra num. 12.* Selua *de benef. p. 3. q. 2. num. 58.* Suar. *c. 57. num. 27.* & Marescot. *vbi supra num. 12.*

11 Secunda ampliatio est vt dicta assertio procedat etiamsi simonia commissa fuisset cum vno solo ex multis electoribus, quorum maior pars aliàs eumdem quoq; elegisset *d. c. nobis* vbi Panorm. *num. 2. de simon. & in cap. cum super num. 4. de confess.* Rota *decis. 516. nu. 1. coram Card. Seraph.* & Nauar. *multis allegatis c. 25. num. 113.* qui meritò addit secus esse dicendum in foro conscientiæ. Concordat Garc. *d. c. 1. num. 10.*

12 Tertia ampliatio est eandem assertionem procedere etiam si simonia commissa fuisset cum electoribus, vt huc vsq; dictum est, ignorante electo *d. c. nobis de simon.* Suar. *c. 57. num. 35. & seqq.* vbi de communi Less. *de iust. lib. 2. c. 35. num. 142.* Rota *in vna Mossanen. cappellan. coram Vortio & decis. 191. num. 5. p. 1. diuers.* quas refert cum multis alijs Garc. *num. 6.* Et nedum procedit vt dictum est, sed etiā

13 si simonia commissa fuisset cum amico, seu consiliario electorum, vel alicuius electoris ignorantibus & electo, & electoribus Somma corona *p. 3. tract. de simon. numer. 30.* & Garc. *num. 9.* vbi quoq; addit hæc omnia veritatem habere, licèt electores aliàs essent, vel fuissent electuri eumdem, si etiam moti fuerunt consilio, & intercessione illius, & allegat glos. & Felin. *in d. c. nobis in fin.*

14 Quamuis autem hæc tertia ampliatio sic se habeat, vt explicatum est, attamen tripliciter est temperanda primò iuxta Panorm. & Felin. *in c. de simoniacè de simon.* Azor. *par. 3. lib. 12. c. 22.* & omnes precitatos DD. maximè verò Less. *vbi supra num. 143.* & Suar. *d. c. 57. d. n. 28. vsq; ad 33.* vt nō procedat vbi quis pecuniam daret occultè per fraudem, vt collatio, seu electio de te habenda esset inualida, & tu inhabilis *d. c. nobis & c. sicut tuis de simon.* Nemo enim debet de fraude sua commodum reportare *l. hæres meus. § quod infra. ff. de condit. demonstrat. c. ex tenore de rescript. & c. vt circa vbi glos. verb. malitijs de elect. in 6.*

15 Secundò temperanda est hæc tertia ampliatio vt non procedat si *v. g.* tu metuens, nè quis pecuniam pro beneficio tibi conferendo daret, expresse contradixisti *d. c. sicut tuis.* Hæc tamen contradictio tūnc nihil prodesset, quando, si ea non obstante, ante collationem scias pecuniam re vera datam esse, & nihilominus beneficium acceptes.

16 Tertiò temperanda est vt non procedat vbi ille qui sic ignoranter per simoniam beneficium adeptus est, & per triennium illud pacificè bona fide possederit; quia tunc non potest amplius contra eum admitti actio, neque lis super beneficium per regulam de triennali quæ refertur à Quaranta *in summa bull. tit. reg. cancell. reg. 36.* vide Gomes. *q. 12. in eamdem reg.* Vgol. *tab. 4. c. 6. § 9.* Suar. *vbi supra num. 39. &* Less. *num. 140.*

17 Sed huic tertiæ ampliationi sic explicatæ & temperatæ objicies. In ignorantem non cadere simoniam *c. nobis de simon.* Sarnen. *ad reg. de immunit. q. 12. vers. & illa quæ dicta fuerunt* Nauar. *cons. 60. num. 2. de simon.* & de communi testatur Paris. *q. 24. num 44.* & Rota *decis. 166. num. 2. p. 2. in recent.* Ergo falsa sunt hæc omnia dicta in hac tertia ampliatione.

Respondeo nedum inhabilitatem incurri ipso iure à Simoniaco reali, sed etiam excommunicationem *d. extrau. cū detestabile extrau. multa & extrau. damnabile.* Azor. *p. 3. lib. 12. c. 20. q. 6.* & Rota *decis. 244. nu. 1. coram Card. Seraph.* Gomes. & iterùm Rota cū alijs quos refert cum stylo Curiæ & cōsuetudine Suar. *c. 56. num. 33.* Et item incurritur infamia, licèt non ipso facto, sed tantùm post latam Iudicis sententiam *c. sane 15. q. 3. c. inquisitionis de accus. & c. fin. 1. q. 3.* Azor. *q. 7.* Suar. *cap. 56.*

num.

num. 21. Garc. *vbi supra* cum multis alijs ab his allegatis.

Quando igitur te ignorante commissa est simonia, incurris quidem inhabilitatem, vt dictum est; sed non incurris excommunicationem, neque alias pœnas. Et ratio differentiæ est, quia inhabilitatem incurris non tantùm in pœnam tui; sed etiam in pœnam illorum qui te simoniacè promouere voluerunt *c. nobis & c. sicut tuis suntsa glos. de simon.* Sed excommunicationis vinculo non illaquearis, quia illa in ignorantem non potest ferri. Suar. *d. c.* 57. *num.* 38. & Less. *d. c.* 35. *num.* 142. Et ita intelligendi sunt DD. in obiectione citati, qui in hoc sensu loquuntur, vel saltem de pœnis attributis in genere simoniacis, quas verissimum est non incurri ab ignorantibus; sed cum distinctione vt explanatũ est.

18 Quarta, & vltima ampliatio d. tertiæ assertionis est eam procedere in simonia commissa in quibuscumque dignitaribus, personatibus, beneficijs, officijs Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quæ per electionem, postulationem, prouisionem, seu quamuis aliã dispositionem canonicam assequuntur, quod patet ex *d. extrau. cum detestabile de simon.* ibi namque habetur. *Per electiones verò, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omninò careant in Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs Ecclesiasticis, & quibusuis beneficiis, &c.*

Vndè tanquam certissimũ inferunt DD. dictam assertionem tertiam militare, & extendi ad Priores Abbates Guardianos Prouinciales, Generales, & similes, &c. quia sũt propriissimè officia Ecclesiastica, de quibus d. extrau. Ita Sorb. *in annot. ad compen. tit. simonia vers. secundò notandum* Rodr. q. *tom.* 1. q. 20. *art.* 13. *in princ.* Less. *num.* 137. & Suar. *d. cap.* 57. *num.* 47. referens Caiet. Armil. & alios. Et idem colligitur esse dicendum de Definitoratu, quia hic etiam meritò comprehendi debet sub nomine officiorum, seu personatuum, vt alibi *dub.* 63. *num.* 4. dicetur; & ex eius venditione non minora detrimenta sequuntur Ecclesiæ quod etiam videtur innuere Suar. dum *num.* 40. *in fin.* asserens illas voces dignitates, personatus officia, & beneficia, &c. in illa extrau. accipienda esse in tota sua latitudine, & proprietate.

Vnum tantùm officij genus inuenio exceptum à DD. illud scilicet officium, quod solùm est commissio pẽdens ex arbitrio delegantis, vndè dicta quarta assertio non extenditur ad Vicariam etiam à Prouinciali, vel Generali delegatam: Ita omnes DD. recentiores, & antiquiores cum Nauar. teste Suar. *num.* 49. & ratio est quia non comprehenditur sub nulla earum dispositionum canonicarum de quibus *d. extrau. cum detestabile.*

DVBIVM LIX.

An Prælati Regulares iurisdictionem quasi episcopalem habentes possint dispensare in foro externo sibi subditos à simonia in beneficio?

SVMMARIVM.

1 *An Prælati Regulares possint absoluere ab excommunicatione lata contra simoniacos in beneficio?*

2 *Item an possint dispensare super infamiam, quam contrahunt ijdem simoniaci?*

3 *An electio simoniaca ipso iure nulla possit fieri valida per superuenientem dispensationem?*

4 *An ijdem Prælati possint habilitare ad beneficia super quibus commissa fuit simonia?*

5 *Item an possint dispensare ad alia obtinenda super quibus non fuit versata simonia?*

6 *Vindicantur Panor. & alij à Suar.*

7 *Quæ forma sit seruanda in huiusmodi dispensationibus?*

1 VLTAE quæstiones possunt excitari sub hoc titulo. Et prima est. An excommunicatio Papalis, qua innodantur simoniaci in beneficio, vt in præcedenti dubio dictum est, possit tolli per dictos Prælatos? Respondeo huiusce quæstionis solutionem apertè haberi ex dicendis *dub.* 69. *ferè per totum* nam cum ibi probandum sit eosdem Prælatos posse absoluere à quibusuis censuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis virtute suorum priuilegiorum; Nec excommunicatio supradicta censeatur habere singularem aliquam rationem, ob quam sub generali concessione non comprehendatur, vt inter alios benè aduertit Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 4. *in fin.* consequẽs est eos posse absoluere ab hac

eadem

eadem excommunicatione sicut, & ab alijs, de quibus *d. dub.69.*

2 Secunda quæstio, quæ excitari potest, An possint ijdem Prælati abolere infamiã, qua commaculantur simoniaci in beneficio post latam Iudicis sententiam iuxta in superiori dubio dicta? Respondeo huiusce quoque difficultatis solutionem enucleari ex conclu dendis *dub.98. per totum*; nam cum vt ibi fusè dicetur, non possint dicti Prælati dispensare super infamiam consurgentem ex delicto grauiore adulterio; & simonia notabiliter excedat grauitatem adulterij, vt plenè probabitur *dub. 87. num.* 10. sequitur dictis Prælatis negari facultatem dispensandi super hanc infamiam, quemadmodum negatur Episcopis ex sententia Panorm. *in cap. de simoniacè num.6. de simon.* quem approbat Felin. *ibid.* & Azor. *par.3. lib. 12. cap.22.*

3 Tertia quæstio quæ potest excitari, est: An electio simoniaca ipso iure nulla, possit fieri valida per dispensationem eorundem Prælatorum? Respondeo hanc etiam quæstionem noua solutione non indigere, vt potè pendente ex illo principio tradẽdo, & explicando *dub. 73. num.* 4. & 5. vbi statuetur electionem ipso iure nullam non posse conualidari per superuenientem dispensationem absque nouo consensu eligentium.

4 Quarta quæstio quæ potest excitari, est: An ijdem Prælati Regulares possint habilitare sibi subditos ad eadem beneficia, super quæ versata est simonia? Huic quæstioni respondeo cum distinctione. Nam vel simonia commissa fuit ignorante electo, vel sciente. Si secundo modo; non admittitur dispensatio per Episcopum, nec consequenter per dictos Prælatos Ioan. Calder. *in cap. penult. de elect.* Tolos. *in tit. de elect. cap. 9. num.7.* Panor. *in d. cap. ii. de simoniace de simon.* quem sequuntur Felin. *ibid* & Azor. *par.3. vbi sup.*

Si verò primo modo; iterū subdistinguendum est: Nam aut simonia commissa fuit super Prælaturam, vel beneficium curatum: seu commissa fuit super beneficium simplex. Si super curatum: non conceditur dispensatio præfatis Prælatis pro illa vice; quã Io tamen electus sponte, & nõ metu iudicij renunciauerit tali beneficio ante sententiã cõdemnatoriã vt dicetur in seq. mẽbro subdistinctionis tũc enim, si iam beneficiũ datũ fuerit alteri, & postea iterum vacet: poterit dispensare Episcopus, & per consequens Prælatus iurisdictionem quasi episcopalem habens 1. *q.5. cap.1. d. cap. penult. de elect.* & *cap. nobis in fin. de simon.* Felin. *in cap. insinuatum num.5. in fin. de simon.* Panorm. & Azor. *vbi supra.*

Si autem beneficium fuerit simplex, & electus resignauerit illi ante sententiam, vel si distulerit renunciare illi vsque ad sententiã, hoc egerit, quò certioraretur de simonia: tũc potest dispensari à memoratis Prælatis: Secus verò dicendum si iam electus certior factus fuerit, & tamen noluerit resignare; sed voluerit expectare sententiam *d. cap. penult.* cum præallegatis Doctoribus, & Suar. *de relig. tom.1. tract.3. lib.4. cap 61. num.* 10.

5 Quinta quæstio est, An integrum sit memoratis Prælatis dispensare ad alia beneficia obtinenda, super quæ non fuit commissa simonia? Respondeo cum Panorm. Felin. & Azor. *vbi sup.* & Vgol. *tab.4. cap.6. §.7.* si scienter electus per simoniã renũciauerit sponte beneficio malè aquisito ante sentẽtiam condemnatoriam, posse dispensari à dictis Prælatis ad alia beneficia obtinenda. Sed si non renunciauerit, & expectauerit sententiam, secus esse dicendum.

Si verò ignoranter per simoniam electus fuerit, poterit promoueri ad alia beneficia supradicta etiam absque alia dispensatione iuxtà eosdem DD. ex quo ipse ab omne labe simoniæ est immunis. Credo tamen eam esse vtilem saltem ad præcidendam viam litibus.

6 At contra primum membrum huius responsionis, vbi dictum est *posse dispensari ad alia beneficia obtinenda simoniacum, si sponte renunciauerit beneficio simoniacè aquisito ante sententiam: secus verò si eam expectauerit, &c.* insurgit Suar. *vbi sup. num.* 11. dicendo DD. ibi allegatos supponere dictũ simoniacum indigere dispensatione ante sententiam, & per consequens eum esse inhabilem ipso facto ad noua beneficia, quod de directo militat contra dicta in superiori dubio. Sed re vera immeritò ipse Suar. repræhendit tantorum Doctorum sententiam, à qua nec etiã dissentire videtur Rota *decis. 83. lib. 1. par. 3. diuersorum* dum colligit ex dictis à Io. And. & Ant. *in d. cap. penult. col. 1. vers. ad secundum de elect.* Mil. *in repert. verb. simoniacus in beneficio simoniaco receptus inhabilis est ad aliud*, & alijs, simoniacum siuè conuentionalem siuè realẽ non posse obtinere alia beneficia absq; dispensatione Episcopi, &c. Nec ijdem DD. supponunt quod ait Suar. sed inferre volunt dispensationem Episcopi siuè ante, siuè post sententiã necessariò desiderari, & simul sufficere ad effectũ vt simoniacus qui ante sententiam sponte renunciauit beneficio malè aquisito, possit validè eligi ad noua benefi-

cia

cia post eandem sententiam; quæ dispensatio non sufficit, si non renunciauerit sponte ante sententiam; sed expectauerit eam. Perperam igitur concluditur ex eorum Doctorum verbis simoniacum egere dispensatione ante sententiam, & per consequens esse inhabilem ipso iure.

7 Tandem rogabis quæ nam forma sit seruanda in huiusmodi dispensationibus? Respondeo consulendum esse *dub.* 81. & hoc proportionabiliter applicandum ibi dictū.

DVBIVM LX.

An Prælati Regulares iurisdictionem quasi Episcopalē habētes possint in foro conscientię dispensare super simoniam beneficialem?

SVMMARIVM.

1 *An Prælati Regulares possint dispensare super simoniam beneficialem in foro conscientia virtute suorum priuilegiorum?*
2 *An idem possint virtute Decreti Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. de reform.*
3 *Item an Episcopi possint?*
4 *Item an maior Pœnitentiarius?*

1 RESPONDEO affirmatiuè iuxtà tenorem priuilegiorū quæ
2 infra *dub.* 69. *num.* 5. referam & hoc est certum; Sed meritò controuertitur inter DD. an idem quoque possint virtute Concessionis Pij V. relatæ à Sorb. *in resolut. mat. absol. in priuil.* & communiter à Doctoribus ipsis, per quam extenditur ad eosdem Prælatos facultas, quam facit Conc. Trident. *sess.* 14. *cap.* 6. *de reform.* Episcopis dispensandi in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus (excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contenciosum) & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis.

Henrique. *lib.* 13. *cap.* 56. *num.* 1. *iuncta glos. lit. F. quem sequitur* Sanch. *in præcep. decal. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 18. affirmatiuam opinionem tuetur. Et reuera videtur probabilis.

At Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *capit.* 61. *num.* 11. *post med* & Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 35. *num.* 140. negatiuam sustinent: Et hanc dicit idem Less. communiorem, tutiorem, & praxi conformiorem. Et tandem pro ea faciunt sequētes declarationes Illustrissimorum *super d. Conc.* quas refert Garc. *de benef. p.* 8. *capit.* 1. *num.* 71. quarum prima sic habet

3 *Epis. opus, etsi à simonia occulta dispensare possit, non tamen simoniacum rehabilitare ad beneficia imposterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit.* Secunda *An Episcopus in vim huius decreti, vel capituli poterit absoluere Sacerdotem suum subditū in simonia occulta, & rehabilitare ad Ordines, & beneficia tàm obtenta, quàm obtinenda? Congregatio censuit potuisse absoluere, & ad Ordines rehabilitare, & ad beneficia, non tamen rehabilitare ad beneficia quibus propter simoniā priuatus fuisset, nec ad obtinenda.*

4 Immò à fortiori facit quoque facultas concessa Maiori Pœnitentiario, vt patet ex bulla Pij IV. quæ incipit *in sublimi*, in qua in § 13. hæc habentur. *Caueat etiam Pœnitentiarius ne in absolutionibus à simonia reali, vel conuentionali, etiam occulta, vnquam concedat, vt ipsi simoniaci beneficia super quibus simoniam commiserunt, seu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post commissam simoniam perceptos in toto, vel in parte retinere possint, quinimmo in absolutionibus huiusmodi, apponatur clausula, quòd vterque ad beneficium, super quo commissa fuit simonia perpetuò inhabilis existat.*



CAPVT SECVNDVM

De indignitate eligendorum.

DVBIVM LXI.

Quomodo indignitas electi vitiet electionem, & reddat obnoxios pœnæ electores?

SVMMARIVM.

1 *Indignè promotus mereretur decapitari.*

2 *Electio habita de indigno, habetur ac si fuisset celebrata de animali bruto.*

Iocosa redargutio facta quibusdam eligentibus indignos.

Damascenus priuauit 13. Episcopos indignè promotos.

3 *Eligentes indignum tenetur ad restituenda cõmunitati omnia damna ex tali electione subsequuta.*

Electoribus imputantur omnia peccata quæ indignè promotus faciet in illa Prælatura.

4 *Electa scienter habita de indigno est ipso iure nulla, & electores sunt priuati pro ea vice eligendi potestate. Limita vt num. 5. 10. & 11.*

5 *Quid de his qui eligunt dignum, & credunt indignum?*

6 *Eligentes scienter indignum Prouincialem Minorum non priuantur voce secundum aliquos.*

7 *Verior est opinio contraria num. 9.*

8 *Exponitur* §. Demum. clem. exiui de verb. signif.

9 *Minor pœna sumenda est de negligentia quàm de dolo.*

12 *Eligentes scienter excommunicatum minori excommunicatione non sunt priuati voce.*

Peccant mortaliter eligentes minori excommunicatione innodatum.

13 *Compromittentes non sunt priuati eligendi potestate vbi, Compromissarius elegit indignum.*

1 RAESANS quæstio potest excitari quò ad existimationem hominum, & coram Deo; Vel quò ad illud quod iura sanxerunt.

Si in primo sensu, nempè quomodo indignitas electi vitiet electionem quò ad existimationem hominum, & coram Deo? Dico indignitatem electi ita vitiare electionem, vt ipse indignè promotus mereretur decapitari glos. *in l. qui cum vno verb. temporalium ff. de re milit.* Felin. *in c. si quando num. 7. de rescript.* Rebuff. *in praxi tit. pœnæ contra collatores indignis conferentes nu. 16.* Gonzal. *sup. reg. 8. cancell. glos. 4. num. 59.*

2 nec magis laudabilis videatur ipsamet electio, quã si de animali bruto celebrata fuisset. Hinc Hostien. *in cap. graue num. 3. de præben.* & post eum Ioan. Andr. & alij referunt de Canonicis Argentinis, qui cum non possent concordari de creandis canonicis, conuenerunt quòd quilibet Canonicus crearet suum: & cum vnusquisque crearet nepotem, vel consanguineum indignum, quidam Romanus Canonicus eiusdem Ecclesiæ nominauit asinum suum. Quibus, vel his similibus intentus Damascenus Patriarcha, cum audisset Ecclesias in Asia à quibusdam indignis administrari viris; quòd nonulli quidem gratia, nonnulli pecunia Episcopatus redemptos obtinerent, Ephesum est profectus, & tredecim Episcopis dignitatem ademit. Nicephor. Calix. *lib. 13. histor. Eccles. cap. 9.*

3 Deinde ita indignitas electi reddit obnoxios pœnæ electores coram Deo vt ipsi teneantur ad restituenda communitati omnia damna ex tali electione subsequuta; quia illa ei intulerunt contra iustitiam commutatiuam, Couar. *in reg. peccatum par. 2. §. 7. num. 7.* Sot. *lib. 4. q. 6. art. 3. ad 6.* Salon. *2. 2. q. 63. controu. 6. in fin.* Less. de iust. *lib. 2. cap. 34. num. 74.* Et pro hoc apertè facit quod indubitatum esse supponunt statuta Cartusiensis Ordinis *par. 2. cap. 2. num.* 8. & testatur Rodriq. *tom. 2. q. 52. art. 5. col. 3. vers. aduertatur etiam.* Electores, scilicet, omnium peccatorum ab eo sic indignè electo in Prælatura illa commissorum esse participaturos: Quod dicit probari ex Sãcta Synodo Tridentina *sess. 24. capit. 1. de reform.* dum omnes habentes aliquod ius in electionibus, & promotionibus faciendis hortando, & monendo ait. *Et in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem salubrius facere posse, quàm si bo-*

no-

nos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promouere studeant, eosq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint; non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint.

4 Si verò in secundo sensu excitetur proposita quæstio; quomodo scilicet, indignitas electi vitiet electionẽ, & reddat obnoxios pœnæ electores quò ad illud quod iura sanxerunt: Dico electionem habitam de indigno esse ipso iure nullã, & taliter eligentes scienter esse ipso iure priuatos eligendi potestate pro ea vice tantùm *c. cum in cunctis vbi glos. capit. scriptum vbi quoque glos. & cap. nihil. de elect. glos. in cap. cumana eod. tit. & in c. quamquam verb scus eod. tit. in 6. & in clem. exiui §. cæterum. vers. sextò not.* Panorm. *in cap. dudum 2. num. 11. de elect.* Anchar. *in cap. 2. de postul. prælat.* Angel. *tit. electio num.* 8. Siluest. *eodem tit. 1. q. 4.* Tabien. *eod. tit. 1 num. 6.* Cach. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num.* 157. Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 14. q. 8.* Manual prælat *tom. 2. q 23. art. 8.* & alij.

5 Dixi *eligentes scienter* secus enim dicendũ est si eligunt ignoranter; quia tunc ad eos reuertitur eligendi potestas glos. *in cap. dudum verb. in ordinibus de elect. & in cap. quamquam verb. scienter de elect. in 6.* Immò addo idem iuris esse de illis electoribus qui eligunt dignum, credentes eum indignum, quia conatus non habet effectum, & electio tenet Felin. *in cap. si verò 2. de sent. excom. ante fin. vers. & ad 3. q.* Gemin. *in capit. perpetuò num. 4. de elect. in 6.* Et pro hoc facit quod notant communiter DD. de percutiente laicum, quem credebat clericum, vt non fiat irregularis.

6 Marc. *q. 1358. par. 1. relatus à* Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio cap. 60.* asserit speciale esse in electione Prouincialis Minorum, vt si eligentes siuè scienter, siuè ignoranter indignum elegerint, & propterea fuerit infirmata electio; ad capitulum prouinciale reuertatur electio huiusmodi per clem. *exiui §. demum vbi glos. vers. sextò not. de verb. signif.*

7 At contrarium videtur sentire Rodriquez *tom. 2. q. 52. art. 5. §. notãdum est etiam.* Et iure optimo quia, concordanda sunt iura iuribus & earum correctiones (si sustineri valeant) euitari debent *cap. cum expediat de elect. in 6.*

8 Vnde notãdum est textum *d. clement. exiui vbi supra* non loqui de casu in quo omnes electores elegissent indignum: sed loquitur in casu in quo, votis in diuersa diuisis, electio quæ à maiori parte capituli fuerit celebrata confirmetur, vel infirmetur. Et si fuerit infirmata ad capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur: Idest si electio habita à maiori parte capituli fuerit infirmata propter aliquod vitium per quod non fuerint priuati eligendi potestate electores, reuertitur ad idem capitulum prouinciale; sed si fuerit infirmata propter aliquod vitiũ per quod meritò essent electores priuati eligendi potestate, vt supponimus in præsenti; electio reuertitur quoq; ad idem capitulum prouinciale: non quidem ad eosdem electores, qui sic scienter elegerunt: sed ad alios, qui totam potentiam capitularem retinent, licèt minorem partem totius capituli, computatis dictis priuatis, & inhabilibus, &c. faciant iuxta notata *dub. 13. num. 1.* Vnde valebit electio de digno facta ab illa minori parte etiam ex eodem scrutinio *cap. congregato de elect.* vbi Panor. benè docet non opus esse tunc expectare sententiam declaratoriã super nullitate primæ electionis, vel super irritationem; sed satis esse ad validitatem secundæ electionis probare post factã ipsammet electionem dictam potestatẽ illam deuolutam fuisse ipso iure ad minorẽ partem *capit. bona 1. de elect. & cap. impedimentum de reg. iur. in 6.* & dicetur infra *dub. 100. num. 2.*

9 Quòd verò hæc nostra expositio textus sit conformior litteræ, quàm illa Marc. & sequacium ex eo probatur, quia minor pęna sumenda est de negligentia, quàm de dolo *cap. nihil est vbi* Panor. *num. 3.* & Ant. & Butr. *num. 22. de elect. capit. ad falsariorum de crim. falsi. & cap. super litteris de rescript.* Sed si persistamus in opinione Marc. maior pęna sumenda erit de negligentia, quàm de dolo: Nam ipsi volunt electionem non deuolui ad Generalem, quando electores eligunt scienter indignum. Et tamen in eodem textũ postea ibidem habetur electionem liberè deuolui ad Generalem quando electores prætermittũt eligere Prouincialem die ibi prescripta: idest ex negligentia arg. *cap. quia diuersitatem de concess. præben.*

Vera est ergo conclusio suprapposita, & habet locum etiam in electione Prouincialis Minorum electionem scilicet factam de indigno esse ipso iure nullã, & sic eligentes scienter esse ipso iure priuatos eligendi potestate.

10 Quamuis autem hęc conclusio sic se habeat; tripliciter tamen est limitanda. Primò vt non procedat quò ad pęnam eligentium spectat, si non fuerit sequuta electio indigni; quia tunc non priuantur electores eli-

gendi

gendi potestate, licèt grauiter peccent *capit.*
perpetuo de elect. in 6. Nauar. *in cap. pœna num.*
22. *de pænit. dist.* 1. Sayr. *de cens. lib.* 4. *cap.* 15.
num. 11. §. *quanto vbi* refert Palud. & alios.
Immò dico posse electores repetere, ac rei-
terare scrutinium, aliumque nominare, &
eligere, si ex publicatione ipsiusmet scruti-
nij appareat maiorem eligentium partem
suffragatam fuisse alicui indigno; ita vt ele-
ctio, quæ communis subsequi debet sit cele-
branda de indigno vt multis Doctoribus al-
latis dixi *dub.* 30. *num.* 6.

Secundò temperanda est cum Ioan. And.
11 *in reg. odia.* Panor. in *d. cum in cunctis* §. *clerici*
sané num. 6. *& in cap. cum inter.* 1. *num.* 15. *de*
elect. Suar. *tom.* 5. *disp.* 24. *sect.* 2. *nu.* 22. Auil. *de*
cens. par. 2. *cap.* 6. *disp.* 12 *dub.* 4. *ad fin.* Garc. *de*
benef. par. 7. *cap.* 12. *num.* 84. vt eademmet pę-
na non extendatur vltra casus *in d. c. cum in*
cunctis expressos, qui in dignitatibus citra
episcopatum circa tria, dumtaxat, versan-
tur, nempè circa ætatis maturitatem, litte-
rarum scientiam, & morum grauitatem. Quæ
opinio longè communior, & probabilior est,
quàm contraria Innoc. *in cap.* 2. *num.* 3. *de po-*
12 *stul. prælat.* Hinc nō placet sentētia Richard.
4. *dist.* 18. *art.* 7. *q.* 4. *glos. in cap. si celebrat. verb.*
scienter de cler. excom. & Alter. *de cens. tom.* 1.
disp. 4. *cap.* 2. §. *requiritur etiam* asserentiū hac
pæna affici eligentes scienter innodatum mi-
nori excommunicatione. Sed contrarium,
vt dixi, probabilius est, hac pæna scilicet,
affici huiusmodi suffragatores, licèt perpe-
ram agant, & mortali culpa nō vacent, tàm
ipsi eligentes, quàm ipse electus consentien-
tiendo electioni de se factæ, vt inquit Auil.
vbi sup. concl. 1. quia prohibitio de non eligen
do minori excommunicatione innodato est
in materia graui.

13 Tertiò temperanda est prædicta cōclusio,
vt electores non sint priuati eligendi potesta
te, quando ipsi compromiserunt absolutè in
aliquem, qui compromissarius elegerit indi-
gnum, siue scienter, siuè ignoranter: Nisi
enim. & ipsi compromittētes talem electio-
nem ratam habuerint, liberè ad eosdem re-
uertitur electio. Et hæc limitatio probatur:
nam si scienter elegit, dolus ipsius Compro-
missarij non debet imputari compromitten
tibus, qui non sunt in culpa. Si verò igno-
ranter elegit iam functus est officio suo. Ita
in cap. si compromissarius communiter canoni-
stæ *de elect. in 6.* Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de*
elect. num. 38. Siluest. *tit. electio* 2. *quæst.* 19.
num. 26.

DVBIVM LXII.

Quæ ætas requiratur in promouendis ad dignitates, & personatus Regulares?

SVMMARIVM.

1 *Quæ ætas desideretur in assumendis ad Generalatum Prouincialatū, & Custodiatum?*
2 *Item in assumendis ad Prælaturas conuentuales, & alias dignitates curatas?*
3 *Item in promouendis ad Diffinitoratum, cæterasque dignitates, & personatus, quibus animarum cura non competit?*
4 *Diffinitoratus est personatus.*
5 *Item aliquo modo dicitur dignitas.*
6 *Electio facta de non habente legitimam ætatem, est nulla.*
7 *Ætas connumeretur à die natiuitatis.*

1  ANVAL prælat *tom.* 2. *quæst.*
3. *art.* 1. *concl.* 2. & Azor. *par.* 2.
lib. 6. *cap.* 5. *quæst.* 1. asserunt
Generales Prouinciales, cæ-
terosque iurisdictione quasi
episcopali gaudētes debere esse maiores tri-
ginta annis; ita vt trigesimum annum exe-
gerint, prout de assumendis ad Episcopalem
Cathedram decernitur *in cap. quicumque, &*
c. episcopus dist. 77. *cap. cum in cunctis de elect.*
Conc. Trident. *sess.* 7. *cap.* 1. *& sess.* 24. *cap.* 12.
de reform. & in Constitutione Greg. XIV. de for-
ma faciendi processus super promouendis ad Ec-
clesias Cathedrales; quæ incipit *onus apostolicæ*
seruitutis, & tradunt communiter DD.

At hanc assertionem Manualis, & Azorij
concedo de honestate, Nego verò de necessi
tate: licèt namque huiusmodi ætas necessa-
riò expostuletur in promouēdis ad Episco-
patum; non tamen sequitur ita necessariò
quoque desiderari eamdem ætatem in infe-
rioribus dignitatibus, licèt eis competant
episcopalia iura, vt si sint minores triginta
annis, electores sint priuati eligendi pote-
state, & electio sit nulla iuxta dicta in supe-
riori dubio, quia id nullo iure cauetur. Et
pro hoc facit quod in simili dicetur de scien
tia in sequenti dubio.

2 Sit secunda conclusio, Ad Prioratum Prę-
posituram, Rectoratum Guardianatum, &
alias dignitates, quibus animarū cura sub-
est, non posse promoueri nisi qui vigesimum
quintum suæ ætatis annum saltem attigerit.
idest

idest incæperit *d. cap. cum in cunctis §. inferiora cap. licet canon. de elect. in 6.* Conc. Trident. *d. cap.* 12. Panor. *in cap. super inordinata num. 9. de præben.* Nauar. *cap. 25. num. 116. & lib. 1. conf. 4. tit. de æt. & qualit.* Rodriq. *tom. 1. q. 15. art. 2.* Manual prælat. *vbi sup. concl. 1.* Azor. *q. 2.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. num. 107.* Salon. *2. 2. q. 63. art. 1. controu. 1. concl. 2.* & Garc. *de benef. par. 7. c. 4. num. 41.* Homoboa. *de Hum. vitæ statib. par. 1. cap. 22.*

3 Sit tertia conclusio. Ad Definitoratum, cæterasquè dignitates, & personatus, quibus nulla animarum cura competit, non posse minores 22. suæ ætatis anno assumi, vt patet ex Conc. Trident. *d. cap. 12.* & confirmatur ab omnibus ferè Doctoribus in præcedenti conclusione citatis: Et quamuis Henriq. *lib. 14. cap. 8 §. 10. in fin. in glos. lit.* X. Emanuel sà *verb. beneficium num. 31.* Azor. *q. 3. § cæterum* & alij asserant prædictum vigesimum secundum annum requiri inceptum, non expletũ. At Lessius, & Garc. *vbi supra* meritò affirmant illa Concilij verba *viginti duobus annis non minores assciscantur* innuere viginti duos annos debere esse cõpletos, & ita eadem met verba declarauit Sacra Congregatio teste Garc. *num. 70. Congregatio Concilij censuit requiri ætatem viginti duorum annorum completam A. Card. Carrafa. Item Episcopo Abulens. Illustrissime, & Reuerendissime Domine vt frater. Dubitationi Amplitudinis tuæ nomine proposita super ætate quæ per Conc. Trident. cap. 12. § ad cæteras autem dignitates, &c. sess. 24. de reform. requiritur in ijs qui dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, obtinere volunt, Congregatio Illustrissimorum Patrum eiusdem Concilij interpretum ita respondendum duxit; nempè decretum illud esse intelligendum de anno vigesimo secundo completo. Quod reliquum est Deum Amplitudini tuæ propitium in omnibus precamur. Romæ die 24. Septembris 1593. Amplitudinis tuæ Illustrissimæ, & Reuerendissimæ vt frater studiosissimus Hieronymus Card. Mattheus.*

4 Quòd autem inter personatus iure optimo connumeretur Definitoratus probatur. Propriè namque personatum habere dicitur qui præeminentia præcellit cæteros sui Ordinis in choro, in processionibus, in vocibus dandis, ac sententiam dicit, & huiusmodi, &c. quamuis iurisdictione careat. Archid. *in cap. 1. num. 2.* Anchar. *num. 6.* & glos. *de cõsuet. in 6.* Sil. *tit. dignitas nu. 2. & 3.* Card. *in clem. 2. §. illi verò num. 2. de æt. & qualit.* Rebuff. *in praxi benef. tit. benef. secul. quotupl. num. 8.* Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 1. §. quartò dicitur, & tit. 3. q. 5.* Mirand. *vbi supra* Tusch. *lit. D. cõcl. 421. & lit. P. cõcl. 321.* & Moneta *de cõseruat. iudicibus cap. 5. q. 5. q. 7. mox ante primam conclusionem, & de commut. vlt. volunt. c. 8. num. 116.* Sed hęc verificantur de Difinitoribus in Religionibus in quibus votum decisiuum habent. Ergo inter personatus habetur. Et meritò sunt enim Congenerales, siuè Comprouinciales: idest Coadiutores, & participes Officij Generalis, vel Prouincialis *dub. 111. num. 7. & 8.*

Et quòd idem Officium Diffinitoris possit aliquo modo dici dignitas, probatur, quia persępè nomina dignitatis, & personatus confunduntur in iure vt *in capit. cum accessissent de const* glos. & Innoc. *in c. de multa de præben. & dignit.* Azor. *vbi supra cap. 13. quæst. 2. & 5.* referens Hostiens. Io. And. & Selu. Moneta *de conseruatoribus iudicibus d. q. 7. vbi supra, & de commut. vlt. vol. vbi sup. num. 122.* Et secundum locorum cõsuetudinem vnum pro alio sumitur, & sunt sinonima Panorm. *in d. c. de multa.*

6 Tandem notandum est primò prouisionẽ seu electionem factam de non habente ætatem, quæ requiritur, iuxtà triplicem præfatam distinctionem, esse nullam, vt perspicuum fit ex omnibus ferè allegatis Doctoribus in ea, & præsertim ex Garc. *num. 83.* & etiam loquendo in foro conscientiæ, vt probat Ledes. *in sum. 2. par. tr. de ... 7. cap. 2. concl. 7. diffic. 17. pag. 361.* Nec super hoc quidquam dispensare possunt Episcopi, vt inter alios docet Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 9.* & quotidiana praxis. Neq; reperitur Prælatos Regulares talem facultatem habere ex aliquo priuilegio. Quæ omnia procedunt etiamsi ad memoratam ætatem desit quantumuis paruum, & modicum tempus, vt vnus dies Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 16. num. 4.* Namque his quæ sunt à iure determinata non licet arbitrari *dub. 54. num. 1. & 2. & dub. 118. num. 1. & 2.* & in terminis tradit Garc. *vbi sup.*

7 Secundò notandum est ætatem connumerandam esse non à die cõceptionis, sed à die natiuitatis Couar. *in epitome 4. decret. p. 2. capit. 8 §. 2. num. 3.* Molin. *de iust. tom. 2. disp. 575. num. 2.* Garc. *vbi sup. num. 89. & alij.*

DVBIVM LXIII.

Quę scientia necessariò requiratur in promouendis ad Prælaturas Regulares.

SVMMARIVM.

1 *In assumendis ad dignitates Regulares desideratur scientia competens ad suum munus benè gerendum.*

2 *Et qui accepeat dignitatem, & notabili defectu talis scientiæ laborat, mortaliter peccat.*

3 *Quando hoc limitatur in assumendis ad Guardianatum, Prioratum, Rectoratum, Præposituram, &c.*

4 *Item quando limitatur in assumendis ad Prouincialatum, & Generalatum.*

5 *In eruditus non dicitur qui benè legit, & latinè loquitur etiam si non benè respondeat interrogatorijs factis ei super pertinentibus ad suum munus.*

6 *Electio de prorsus illiteratis est nulla ipso iure. Nec cum eis dispensat Episcopus.*

7 *Secus, si sit spes certa de futura scientia, vel saltem legere sciat.*

8 *Illiteratus non est propriè, & strictè irregularis.*



1 RESPONDEO triplici conclusione. Sit igitur prima. In Prouincialibus, & Generalibus non desiderari necessariò gradum scientiæ vt in Episcopis requirit Conc. Trident. *sess. 22. cap. 2. de reform.* Sed in eis, item & in Definitoribus, cæterisque conuentualibus superioribus exposcunt iura *capit. cum nobis de elect. vbi glos. cap. cum te. de æt. & qualit. ordin. c. licet canon. de elect. in 6.* & Conc. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform.* competentem scientiam, quæ ad eorum munus, & dignitatem benè gerendam sufficit ad hoc vt sinè peccato fiat collatio, siuè electio Panor. *in cap. cum in cunctis de elect. nu. 4.* Homobon. *de bum. vit a stat. par. 1. c. 22.*

Quòd autem in Prouincialibus, & Generalibus necessariò non desideretur gradus scientiæ, quem Concilium expostulat in Episcopis, liquet ex sequenti declaratione Sacræ Congregationis relata à Garcia *de benef. par. 7. capit. 7. num. 33.* Quæsitum enim fuit *An principalis dignitas in collegiata Ecclesia exempta, cui ordinaria iurisdictio cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus competit, necessariò conferri debeat licentiato, vel Doctori, vt principalis dignitas in cathedrali? Congregatio 12. Decembris 1585. censuit negatiuè, quia hoc nullibi habetur esse necessarium. Et Concilium quando loquitur de dignitatibus cap. 12. sess. 24. hortatur, vt conferantur Doctoribus, non præcipit.*

2 Secunda conclusio est eum mortali labe se commaculare, qui munus, seu Prælaturā acceptat, & notabili defectu scientiæ necessariæ ad illud, vel ad illam exequendam laborat. Hanc assertionem sustinent post Innoc. Panor. *vbi sup.* Biax. *in suo direct. elect. par. 2. cap. 1. num. 4.* Nauar. *cap. 25. num. 12.* Manual prælat. *tom. 2. q. 4. art. 2.* Garcia *de benef. vbi sup. num. 25.* & multi alij. Et tandem vltra rationem naturalem probari quoque potest ex *cap. can. est putanda in fin. 1. q. 1.*

3 Hanc vtramque conclusionem primò limita vt non procedat in promouendis ad Prioratum Præposituram, Rectoratū, Guardianatum, &c. quando ipsi diuturno vsu ea norunt, quæ ad sui muneris functionem necessaria sunt, licèt nunquam didicerit grammatices latinique idiomatis rudimenta, vt inter alios tradunt Panorm. relatus, & approbatus ab Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 6. q. 6.* & Rota *decis. 16. par. 2. diuers.* teste Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio cap. 58.*

4 Secundò limita vt non procedat in promouendis ad maiores dignitates prædictas, quādo est spes certa, & firma eos breui adepturos esse eam sciētiam, qua suum officium licitè obire poterunt, vel saltèm Vicarium, seu adiutorem, vel collegam esse adsciscituros, cuius opera, consilio, & doctrina vtentur in administranda prouincia. Ita Azor. *vbi sup. q. 1.* Quæ tamen intellige fieri dispensatiuè, & graui causa vrgente, vt iure optimo aduertit post Host. Panorm. *vbi sup.* Et ratio est quia defectus scientiæ magis inhabilitat promouendum ad beneficium, quàm defectus Ordinum, ex quo sufficit quod promouendus, siuè præficiendus regimini Ecclesiæ Parochialis attingat 25. annum *cap. licet canon. de elect. in 6.* vbi Gemin. *num. 3.* & Rota *decis. 677. num. 2. par. 4. diuersorum.*

5 Tertiò limita vt non possit dici ineruditus qui benè legit, & benè latinè loquitur glos. & scribentes *in clem. 1. de concess. præben.* Crescent. *decis. 12. de concess. præben.* & in terminis personæ Abbatis tradit Panorm. post Innoc. & Archid. *in cap. cum in cunctis num. 4. vers. religiosi verò de elect.* Et licèt respondere ignoraret quibusdam interrogatorijs, quæ ei fierent; adhuc tamen non probaretur totalis ineruditio; cum possit esse, quòd in libris veritatē eorum, quæ scire tenetur, sciat quærere. Innoc. *vbi sup. num. 1. in fin.* Butr. & Panorm. quos refert, & sequitur Rota *decis. 234. num. 9. par. 1. in recent.*

6 Tertia conclusio est electionem prouisionem, seu collationem de omnibus memora-

tis

tis Prælatutis, & dignitatibus factam prorsus illiteratis; ita vt nec etiam legere sciant esse nullam ipso iure. Nauar. *de oratione miscell.* 40. *num.* 8. Franch. *in cap. fin. num.* 2. *de temp. ordin. in* 6. Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 4. *num* 47. *&* 48. Less. *de iust. lib.* 2. *capit.* 34. *num.* 129. & Garc. *vbi sup. num.* 15. Nec cum eis potest dispensaré Episcopus, & multò minus qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet. Felin. *in cap. at si clerici* §. *de adulterijs num.* 21. *de iudic.* Et ratio est quia Episcopus de iure communi nequit dispensare nisi in adulterio, & alijs criminibus, quæ sunt minora d. §. *de adulterijs*, & patebit latiùs ex infra dicendis *dub.* 98. Sed Episcopus non dispensat cum homicida, quia homicidium est maius adulterio Socin. *cons.* 157. *præsens consultatio pulchra est vers. in secunda parte fol. mihi* 10. & est minus illiterato Innoc. *in cap. cum nostris in princ. de concess. præben.* vbi dicit electionem factam de homicida non esse nullam ipso iure: factam tamen illiterato: sic. Ergo multò minus Episcopus poterit dispensare cum prorsus illiterato.

7 Hanc quoque conclusionem limita vt scilicet, nō sit nulla ipso iure electio, prouisio, seu collatio facta prosus illiterato, si est spes certa de futura scientia, & literatura. Ita in simili Innoc. *in cap. cum in cunctis de elect.* Domin. *in cap. illiteratos* 26. *dist.* & Felin. *vbi sup.* Immò addo nec etiam esse nullam ipso iure, si legere non ignorét, licèt nil latinè calleāt, quod probatur ex consuetudine saltē, & praxi antiqua, & noua iuxtà Nauar. *in c. si quando de rescript. except.* 13. *cap.* 8. Et quamuis videatur sibi cōtrarius *in excepc.* 16. *ad primum num.* 1. attamen vt constat ex *num.* 11. sermonem ibi habet de omninò illiteratis.

8 Neque his omnibus dictis obstat illiteratum, seu imperitum esse irregularem, vt censet Nauar. *cap.* 27. *num.* 205. Suar. *tom.* 5. *disp.* 51. *sect.* 1. *nu.* 8. Auil. *de cēs. p.* 7. *disp.* 4. *d.* 1. Gonzal. *d. glos.* 4. *num.* 41. & Marches. *par.* 3. *tit. de commiss. admis. ad bon. cess. & altern.* §. 1. *num.* 34. referens Innoc. atque ideò collationem, seu electionem de eo factam esse nullam iuxtà tradēda *dub.* 91. *num.* 2. quia quidquid hi DD. dicant, hanc non existimo cum Henriq. *lib.* 14. *cap.* 8. §. 11. *glos. lit. b.* Sayr. *de cens. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 8. & Garc. *vbi sup. num.* 19. esse propriè, & strictè irregularitatem, maximè, si non sit pænitus, & omninò illiteratus, *vt sup.* dixi.

DVBIVM LXIV.

An peccator mortali crimine non occulto affectus, sit ineligibilis?

SVMMARIVM.

1 *Electio peccatoris publici est irritanda secundum vnam opinionem.*
2 *Contrariam tenent alij.*
3 *Author amplectitur posteriorem sententiam, & destruit fundamentum prioris.*

1 ARTEM affirmatiuam tuentur Host. *in cap.* 2. *de postul. prælat.* Archid. *in capit. in scripturis in fin.* 8. *quæst.* 1. Panorm. *in cap. si celebrat. num.* 6. *de cleric. excom. minist.* Henrich. Boich. *in capit. in nostris num.* 5. *de concess. præben.* Angel. *tit. electio num.* 23. Siluest. *eod. tit.* 1. *quæst.* 14. Tabien. *eod. tit.* 1. *num.* 17. Manual. prælat. *tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 11. *concl.* 5. & alij. Huius sententiæ potissima ratio videtur quia vt ait D. Thom. *quodlib.* 8. *q.* 4. *art.* 6. per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum.

2 At Innoc. *in d. c. si celebrat. verb. irritanda, & in c.* 1. *num.* 3. *de postul. prælat.* glos. *in c. perpetuò verb. priuentur de elect. in* 6. *vbi quoq;* Gemin. *num.* 6 glos. *in c. diffinitio* 22. *q.* 4. Felin. *in c. dilecte in Christo num.* 4. *de except.* Couar. *in c. alma mater p.* 1. §. 8. *nu.* 4. Azor. *p.* 2. *c.* 14. *q.* 10. §. *item peccat.* Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 126. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 8. *num.* 48. Alter. *de cens. tom.* 1. *disp.* 4. *lib.* 1. *cap.* 2. §. *alia tamen ratio*, negatiuā partē sustinēt, quamuis cōsentiens in statu peccati mortalis electioni de se factæ culpa nō vacet, sicut & q eū sciēter eligūt. Irritāda tñ non est eius electio, ètsi eius peccatū nō sit occultū, exceptis q secundum canonicas sanctiones talem pænā inducunt, vel quando ipse criminosus non vult corrigi; quia tunc non debet confirmari.

3 Hęc posterior opinio mihi magis arridet. Nā si omne peccatū mortale electionē impediret; sequeret ēt pro omni peccato mortali clericū posse deponi: Sed hoc nemo cōcedet: Ergo nec illud est cōcedēdū. Sequella patet, Nā in c. *inuentū* 16. *q.* 7. habemus hæc verba *Quā* (supple ecclesiā) *si iustè adeptus fuerit, hāc nō nisi graui culpa sua, & corā Episcopo canonica seueritate amittat*. Sed omne peccatū mortale dicit graue ab ipsomet Pan. *in c. sicut nostris num.* 3. *de iur. iur.* Ergo pro omni peccato mortali amitteret.

CAPVT TERTIVM

De Censuris.

DVBIVM LXV.

An excommunicati minori excommunicatione priuentur potestate actiua, & passiua eligendi?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor priuat electione passiua, non autem actiua.*
Excommunicati minori excommunicatione possunt eligi in Discretos, & Definitores.
2 *An electio de huiusmodi excommunicatis sit irrita, vel irritanda?*
3 *Quando ignorantia excommunicationis minoris electi validet electionem. Quadruplex opinio.*



1 PASSIVA priuantur: Actiua verò, non. Et hoc expressè habetur *in capit. si celebrat. de cler. excom. minis.* Ratio est prout *ibidem* innuitur, quia cum huiusmodi excõmunicatus omnium Sacramentorum perceptione priuatus existat; per consequens etiam prohibetur exercitium, & occluditur aditus ei ad Ordines Ecclesiasticos, quos postulat dignitas, ad quam eligitur. Quare hinc elicitur ei non vetari ascendere ad Discretatum, Definitoratum, & alia huius generis officia, quibus, regimen animarum non competit. Et in hoc conueniunt omnes. Sed discrepant in duobus.

2 Primò, An prædicta electio sit irritanda, vel sit ipso iure nulla? Host. Panor. & Card. *in d. cap. si celebrat,* Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num 3.* Vgol. *de cens, tab. 3. capit. 6.* Garc. *de benef. par. 7. cap. 13. num. 27.* & alij aiunt esse irritam ipso iure. Et exponunt textum *irritanda*, idest irrita denuncianda.

At Felin. *in cap. dilecti, col. 3, nu. 4. de except.* Richard. *in 4. dist. 18. art. 7. q. 4.* Siluest. *tit. electio q. 14.* Manual prælat. *tom. 2. q. 23. art. 11.* Suar. *tom. 5. disput. 24. sect. 2. num. 21.* Sayr. *de cens. lib. 2. cap. 22. num. 23.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. num. 116,* Auil. *de cens. par. 2. c. 6. disp. 12. dub. 4. concl. 2. ad fin.* Tolet. *lib. 1. capit. 18. num. 2.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 1. disp. 4. cap. 2.* Filliuc. *tract. 13. capit. 2. q. 8. num. 31.* Bonac. *de cens. disp. 2. q. 3. num. 7.* & alij astruunt meritò irritādam esse, vt patet ex littera textus. Et hæc posterior opinio mihi magis arridet, cum pœnalia semper in mitiorem partē sint interpretanda *cap. odia de reg. iur. in 6. cap. in pœnis eod. tit. & lib. l. si præses, & l. interpretatione ff. de pœnis.*

3 Secundò discrepant in intelligentia illius verbi *scienter* additi in *d. capit. si celebrat.* Sic enim dicitur *Si tamen scienter talis electus fuerit*, quia ibi non explicatur ad quos referatur illud verbum *scienter* an scilicet ad electores, an verò ad electum?

Innoc. Panor. & glos. *ibid.* & Henric. Boich. *in cap. illa quotidiana de elect.* referunt ad electum: ita vt sit sensus irritandam esse electionem, si eligatur se certò sciens excommunicatione minori innodatum, etiam ab ignorantibus eam. Horum potissima ratio videtur, quia hæc est pęna electi, & non eligentium: non enim ob eorum pecatum irritatur electio; sed benè ob peccatū eiusdem electi. Scientia verò eligētium auget solùm eorum culpam.

Suar. *tom. 5. disp. 24. sect. 2. num. 18.* & Filliuc. *tract. 13. cap. 2. nu. 29.* ambo de communi testantes referunt idem verbum *scienter* ad electores. Ratio huius opinionis est, quia hic etiamsi ignorāter eligatur ex parte sua, adhuc tamen eius electio est irritanda: tunc enim quoq; est priuatus participatione passiua Sacramentorum propter quam causam nō potest eligi ad beneficia quæ habent annexam eamdem participationem.

Couar. *vbi sup.* Armil. *tit. excommunicatio num. 5.* & Sayr. *de cens. vbi sup. num. 23. & 24.* nulla habita distinctione inter ignorantiam eligentium, & electi, astruūt ad valorem, & effectū huius electionis nihil cōducere ignorantiam excommunicationis. Huius sententię præcipiuum fundamentum est, quia hæc priuatio electionis passiuæ est effectus excōmunicationis minoris ex institutione, & natura talis censuræ, vt in principio huius

dubij

dubij explicatum est. Hæc autem fundamentum integrum manet, etiamsi ignorantia intercedat in altera, vel vtraque parte, eligentium, scilicet, & electi. Quocirca illud verbum *scienter* iuxta hos DD. potiùs videtur additum in illo textu ad amplificandum, quàm ad limitandum; quasi dicere voluerit. *Etiamsi scienter talis elect. &c.*

Glos. denique *in cap. apostolicæ verb. probabili de cler. excom. minist.* Felin. *in capit. sicut 2. col. 2. de simon.* Nauar. *in cap. fratres num. 46. de pæn. dist. 5.* Lopez. *tom. 2. p. 2 cap. 17. & 18.* Emanuel sà *verb. excommunicatio num. 33.* Auil. *vbi sup. concl. 4.* Alter. *vbi sup.* Vasquez. *tract. de excom. dub. 6. num. 12.* Tolet. *vbi supra* Reginald. *lib. 32. tract. 1. num. 143.* Bonac. *de cens. disp. 2. quæst. 3. num. 7. in fin.* & alij probabilius docent electionem non esse irritandam si adsit ignorantia vel ex parte electi non excludendo partem eligentium, vel ex parte eligentium non excludendo partem electi: ita vt quotiescumque interuenerit scientia excommunicationis vel ex parte electi, vel ex parte eligentium, vel ex parte vtrorumq; semper irritanda sit electio. Fundamentum huius communioris, probabilioris, & textui conformioris sententiæ est quia *dictum c. si celebrat* non diceret irritandam prædictam electionem sciēter factam, nisi aliter sentiret de opposita.

DVBIVM LXVI.

An excommunicati maiori excommunicatione eligi, & eligere valeant?

SVMMARIVM.

1 *Qui excommunicati dicantur tolerati, & non tolerati ab Ecclesia.*
2 *Electio facta de excommunicatis est ipso iure nulla.*
3 *Etiam ignoranter.*
4 *Quod peccatum, & quam pœnam incurrant scienter eligentes excommunicatum.*
5 *Excommunicati non tolerati eligere nequeūt, aliàs electio est nulla.*
6 *Exceptis duobus casibus.*
7 *Quando inhabiles non possunt expelli ab electione, admittendi sunt cum potestatione.*
8 *Quid agendum, quando inhabiles admissi sunt ignoranter ad electionem.*
9 *In dubio credendum est scrutatoribus, & non electoribus.*
10 *Excommunicatus toleratus potest admitti scienter ad eligendum.*
11 *An electio teneat si admittatur ad electionem non obstante exceptione excommunicationis ei obiecta.*



EXCOMMVNICATI se habent in duplici differentia, vt notant communiter DD. & nouissimè Alter. *de cens. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 2. col. 5. § animaduertendum tamen,* & Bonac. *de cens. disp. 2. q. 2. punc. 1. §. 1. nu. 2.* Alij namque dicuntur tolerati ab Ecclesia, alij verò non tolerati.

Non tolerati primò cēsentur illi qui sunt
1 publicè; & nominatim denunciati secundò non tolerati existimantur illi quos adeò notoriè constiterit incurrisse sententiam latā à canone pro sacrilega manuum iniectione in clericum, vt nulla tergiuersione possit celari. In alijs verò casibus extra hos duos, excommunicati dicuntur tolerati ab Ecclesia; ita vt non teneamur à communione illorum abstinere nos, vel eos vitare in Sacramentorum receptione, vel administratione, vel in alijs rebus externis. Et hoc possumus fauore Decreti Concilij Cōstan. *Ad cuitāda. &c.* relati a Sot. *d. 22. q. 1. art. 4.* Nau. *c. 27. nu. 35. & in c. p. 1. § labore de pænit dist. 6.* Gutierez. *qq. an. capit. 1. num. 1.* & summatim Auil. *de cens. par. 2. cap. 6. disp. 2. dub. 1.* Quod decretum licet in exemplaribus Cōciliorum, quæ modò extant nō reperiatur inter decreta d. Conc Cōstantiensis: fatis tamen est aliquando fuisse scriptum, vel postea à Martino V. fuisse æditum saltem viua voce, & renouatū à Conc. Lateranen. sub Leone X. *sess. 11.* vnde ei nunc nobis iure optimo standum est, vt patet ex D. Ant. *3. par. tit. 26. cap. 3.* Adrian. Turrecrem. Caiet. Sat. Medin. Arragon. & alijs relatis à Gutierez *num. 7.* & excommuni omnium Doctorum, & denique ex vsu receptissimo fidelium: Vnde ex testimonio Nauar & Auil. Catholici in Anglia, & Germania securè communicant cum ijs, qui sunt notoriè hæretici, & per consequens notoriè excommunicati; sed non nominatim denunciati.

2 Hac distinctione præhabita pro faciliori enodatione propositi dubij; dico primò electionem factam de excommunicatis, siuè toleratis, siuè non toleratis esse ipso iure nullam *cap. constitutus vbi* Panorm. *de appell. & c. postulasti de cler. excom. minist. vbi* Rebuff. *nu. 85.* docet iura loquentia de collatione habe-

re locum etiam in electione Archid. *in c. nullus num. 3. dist. 63.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. par. 1. q. 9. art. 10. num. 1.* Couar. *in c. alma mater par. 1 § 7. num. 1.* Nauar. *cap. 27. num. 21.* Sayr. *d. cens. lib. 2. cap. 15. num. 8. §. 2.* Auil. *de cens. par. 2. c. 6. disp. 5. dub. 1.* Valquez. *tract. de excom. dub. 6. vbi plures alios refert cum antiqua decisione* Rotæ 365. in qua declaratum fuit hoc procedere tàm de excommunicatione à iure, quàm ab homine: Concordant Alter. *de cens. tom. 1. lib. 2. d. sp. 6. c. 3. in princ.* & communis sententia.

Ratio huius assertionis est, quia decretũ *ad euitanda* non intendit in aliquo releuare excommunicatos. Sed ipsi se se immiscendo in electionem passiuam, commodum proprium quærunt *c. si electio* per illud verb. *iuri suo de elect. in 6.* Felin. in *c. ad probandum num. 6. d. re iudic.* & Suar. *de legib. c. 9 lib. 5 num. 7.* Ergo quò ad ipsos iura antiqua remanent illæsa.

3 Hæc conclusio intelligitur etiam procedere, quamuis excommunicatio inuincibiliter ignoretur ab ipso excommunicato, & ab electoribus Auil. *vbi sup. disp. 5. dub. 2. concl. 1.* referens Couar. & Nauarrum allegantem glos. & Panorm. cum communi. Ratio est quia licèt ignorantia inuincibilis excuset à culpa, & aliquando etiam à pœna; non tamen validum facit actum quem irritanit Ecclesia: nec reddit capacem, quem Ecclesia reddit incapacem. Si verò non ignore-

4 tur ab electoribus excommunicatus non toleratus, & tamen ab eis scienter eligatur: Tunc ipsi electores primò à læthali culpa non excusantur, vt ex inf. dicendis patebit. Secundo incurrunt pęnam irrogatam eligentibus indignum iuxta Panorm. *in d. c. postulasti de cler. excom. ministr.* Tertiò tandiu ab electione actiua sunt repellendi, donec super hoc veniam consequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præsumpserint *d. c. postulasti vbi* Panorm.

Dico secundò excommunicatos non to-

5 leratos, nec solos, nec eum alijs eligere posse: quòd si secus attentatum fuerit, ipsa electio est inanis, & nulla, si scienter admittantur ad eligendum *d. c. constitutus vbi* Franch. & aperte tradunt Innoc. & Panorm. *in c. 2. de postul. prælat.* Henrich. Boich. *in c. illa quotidiana d. elect.* Angel *tit. electio num. 8.* Siluest. *eod. tit. 1. q. 4.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 6.* Gutierez. *qq. can. lib. 1. c. 28. num 3.* Suar. *tom. 5. disp. 14. sect. 2. num. 17. & 18.* qui licèt sustinere videatur *num. 16.* talem electionem non esse dicendam nullam; attamen dicit in praxi seruandum esse contrarium propter *c. fin.* & propter communem canonistarum Sayr. *vbi sup. c. 6. num. 4. & 5.* Auil. *vbi sup. dub. 1. concl. 3.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 2. col. 4. § tertiò dicunt*, & communiter omnes. & hæc assertio procedit siue dicti excommunicati non tolerati sint simplices electores; siue sint Compromissarij ita vt si vnus tantùm Compromissariorum sit excommunicatus non valeat electio arg. *c. fin. de proc. & c. ad probandum de re iud.* ita communiter DD. teste Panorm. *in c. in causis in fin.* Hæc assertio probata relinquitur ex d. extrau. *ad euitanda.*

6 Hic verò notandum dupliei in casu posse admitti excommunicatos prædictos ad suffragandum cum non excommunicatis, ipsis

1 inuitis. Primò per ignorantiam probabilẽ. Secundò per violentiam sufficientem ad producendum morale inuoluntarium: vt putà si huiusmodi excommunicati non tolerati expelli non possint ab electione absque graui periculo, vel scandalo, vel ob aliquam aliam consimilem causam Innoc. *in c. illa num. 5. de elect.* Alter. *vbi sup. §. quæres secundò.*

7 Si posteriori modo admittantur ab electoribus: aduertendum est admittendos esse cum protestatione se non intelligere eis communicare ius eligendi, & velle eorundem voces nemini suffragari, vel nocere. Et hæc protestatio poterit haberi publicè, vel occultè, si verisimile quid prædictorum timetur Innoc. *in c. cumana de elect.* Compost. Panorm. & Henrich Boich. *in d. c. illa quotidiana.* Siluest. *tit. electio. q. 15.* Biax. *in direct. elect. par. 1. c. 9. num. 5.* Vgol *de cens. tab. 2. §. 2. num. 12.* Sayr. *d. c. 6. num. 6.* Et suadent DD. & maximè Panor. & Ant. à Butr. *in cap. cumana de elect.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 119.* atque adeò asserunt sanum esse consilium, vt semper fiat dicta protestatio non solùm contra dictos excommunicatos: sed etiam in alijs euentibus: vt putà si non potest recipi commodè probatio an ius eligendi competat aliquibus electoribus, de quibus probabiliter dubitatur: & hoc, ne videantur scienter admitti. Et licèt concordent omnes eam posse haberi occultè; attamen tamen id accipiendum esse, coram testibus.

8 Si verò priori modo admittantur nempè ob ignorantiam probabilem, ita vt nisi post celebratam electionem id publicetur: tunc vtendum est doctrina, quam breuiter attingit Richard. *in 4. dist. 18. art. 7. quæst. 1. ad 3.* & explicat Suar. *tom. 5. disp. 14. sect. 2. nu. 11. & 12.* quæ & nititur rationi naturali, considera-

derando videlicet in primis an excessus suffragiorũ ex parte electi tantus sit, vt quamuis ei adiungantur qui excommunicati sunt, & tanquam inhabiles repellantur, adhuc superfit sufficiẽs numerus ad electionem complendam; Vel è contrario contingat: Nam si res priori modo accidit, electio est valida, non obstante interuentu excommunicatorum: Si autem res posteriori modo eueniat: tunc est habenda fides testimonio eorum, ad quos ex officio pertinet supputare vota, idest testimonio Compromissariorum, seu scrutatorum: nam ipsi sunt tamquam iudices in ea causa constituti, & si ipsi declarauerint secluso excommunicato, vel excommunicatis, tamquam non legitimis electoribus, adhuc superesse sufficientem numerum, vt talis electus sit: tũc ea electio tenet,

9 & valet. Et si aliqui, vel omnes illi excommunicati dicant se non consensisse in illum quem affirmant scrutatores, non est eis credendum, quia sunt singulares; sed scripturæ, & scrutatoribus adhibenda est plena fides *c. cum dilectus vbi* Panor. Anchar. *num. 1. vers. sexto not. de elect.* & Ant. à Butr. *in cap. publicato num. 16. de elect.* Hostien. *in sum tit. de elect. §. qualiter facienda col. 4. circa med.* & Menoch. *consil. 67. num. 41.* & item Panor. *in c. quia propter num 9. circa fin. de elect.*

10 Dico principaliter tertiò excommunicatum toleratum posse eligere siuè solum, siuè cum alijs, qui etiam si scienter eum admittant, non solùm valida erit electio, sed etiam nihil in eo peccabunt quidquid contrarium senserit Mil. *in suo repertor verb. excommunicatus potest aliquid agere q. 66.* Et hoc propter d. extrau. *ad euitanda*. Et in hoc conueniunt omnes.

11 Sed vocatur in dubium an electio sit valida si ab aliquo electorum obijciatur talis exceptio excommunicationis prædicto coelectori excommunicato, qui hac exceptione non obstante admittatur.

Distinguo, nam vel hæc exceptio habetur ante electionem, vel post electionem. Si ante electionem siuè hoc fiat ante, vel post quã dictus excommunicatus suffragium tulerit, dico ipsum esse reijciendum ab electione. Ratio est quia in his quæ procedunt à priuata authoritate *d. extrau. ad euitanda* nihil iuris tribuit excommunicato: Immò iura vetera quò ad eius potestatem manent illæsa adhuc ante denunciationem. Et id tantùm statuit vt communicantes eidem excommunicato ante denunciationẽ minimè afficiantur pœnis statutis à iure contra communicantes cum excommunicatis: vnde licèt hæc extrauagans permiserit hanc communicationem cum excommunicato; neminem tamen ad hoc deuinxit. Ergo quilibet potest eum repellere: quia in re cõmuni potior est condicio prohibentis *c. in re. de reg. iur. in 6.* Quòd si non potest eijci ob causam in superiori conclusione positam: tunc admittatur cum protestatione, vt ibi explicatum est.

Si verò post electionem solùm fiat dicta exceptio: tunc dico nihilominus validam esse electionem, & eius suffragium computari in numero eligentium, tamquam, & ipse non esset excommunicatus. Ratio est, quia gesta excommunicati tolerati in his quæ procedunt ratione publici officij sustentantur, & Ecclesia supplet ad illum actum iurisdictionem. Immò dico si electo constet aliquem sibi suffragantem, esse excommunicationis vinculo irretitum; & ratione illius dignitatem obtinuisse; nihilominus validam esse electionem.

Hæc responsio sic distincta partim desumitur ex d. Extrauag. *ad euitanda* vt dictum est: partim quoque ex *l. Barbarius vbi DD. ff. de offic. prætor c. nonne 8 q 4. cap. ad probandum vbi* Panor. *num. 3. & 14. in fin. cum seq.* Felin. *num. 3. 6. & 8. de re iud.* Et permixtim ex Innoc. *in c. veritatis num. 1. & 2. vbi quoque* Bellam. *num. 22.* Panor. *num. 42. & 47.* cæterique DD. *de dol. & contum.* Item ex Felin. *in c. Rodulphus num. 39. & 43. circa med. de rescript.* Lap. alleg. *89. num. 11. vers. propterea num. 12. & ibi* Mandos. *de commun. verb. excommunicatus* Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 7. num. 9. versic. ideò de sent. excom. in 6.* Pute. *decis. 3. nu. 12. lib. 1.* Suar. *tom. 5. disp. 14. sect. 2. num. 18. & de legibus lib. 5. cap. 9. num. 5.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 2. col. 5. § sed quæri potest* Rota *decis. 602. num. 8. & decis. 534. num. 3. & seqq. par. 1. in recent. vbi quoque refertur idem dictũ fuisse in cau. Iacen. Archidiaconatus 23. Iulij 1601. coram Card. Pamphil. & in Placen. benefi. ij 1. Iulij 1611. coram Lancelloto.*

Ratio autem quare ante electionem suffragium dicatur procedere ab authoritate priuata: post electionem verò dicatur procedere ab authoritate publica, & à publico officio? explicata est supra *dub. 37. num. 6. & seqq.*

DVBIVM LXVII.

An suspensi vocem in capitulo habeant? 2

SVMMARIVM.

1 *Suspensus ab officio nec eligi, nec eligere potest.*

2 *Nisi vox competeret ratione beneficij, quia tunc eligere posset.*

3 *Vel nisi esset suspensus ab officio particulari.*

4 *Quando suspensus à beneficio non possit eligi ad nouum beneficium, & quando possit.*

Suspenduntur per triennium a beneficijs eligentes indignum ad Episcopatum.

5 *Suspensus à beneficio potest eligere nisi vox competeret ratione beneficij.*

6 *Suspensus simpliciter nec eligi, nec eligere potest.*

Suspensus simpliciter censetur suspensus ab officio, & à beneficio.

7 *Suspensus ab Ordine eligere, sed non eligi potest.*

8 *Item suspensus minori suspensione.*

9 *Acta per suspensum qui non est nominatim denunciatus non sunt valida. Contra Bonac.*



1 RESPONDEO breuiter quinque conclusionibus. Sit igitur prima Suspẽsum ab officio absolute siue à canone, siue ab homine, nec eligi, nec eligere posse Panorm. *in c. cum dilectus num. 20. de consuet.* Henrich. Boich. *in c. illa de elect.* Biax. *in suo tract. de elect. p. 2. c. 7. num. 2.* Tabien. *tit. suspensio num. 4.* Armil. *eod. tit. num. 6.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 122.* Say. *de cens. lib. 4. cap. 5. nu. 6.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 8.* Alter. *de cens. tom. 2. disp. 4. cap. 4. col. 4. §. ex dictis colligi.* Quid quid dicat Oldrad. *cons. 286. in electionis negotio num. 2. versic. quantum ad secundum.*

Prior pars huius assertionis probatur, quia, cum sit prohibitus huiusmodi suspensus exercere officium, eligi nequit ad beneficiũ quod exercere non valet, vt tenet Garc. *de benef. p. 7. cap. 14. num. 2.* aduersus Suarez *tom. 5. disp. 26. sect. 3. num. 8.*

Posterior quoque pars probatur ex Felin. *in capit. apostolica de except. versic. dare vocem* quem sequitur Sayr. *vbi sup. nu. 12.* quia sub nomine officij comprehenditur omne exercitium clericale, seu Ecclesiasticum: Vox autem est vnum ex Ecclesiasticis exercitijs. Panor. *in c. cum super num. 4. de confess.* Ergo suspensus ab officio per consequens etiam, & à voce suspensus est.

2 Hæc posterior pars assertionis limitanda est, nisi, scilicet, vox competeret ratione beneficij: cum enim suspensio ab officio nullo modo suspendat à Beneficio, vt latè probant Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 51. num. 12.* Henrique *de excom. capit. 32. §. 3.* Sayr. *vbi supra* Garc. *vbi sup. num. 58.* Alter. *tom. 2. disp. 4. c. 3. versic. secunda conclusio, & disp. 17. cap. 1. §. quæris secundò,* & tandem tenet communior, & probabilior opinio. Sequitur necessariò, si vox alicui competeret ratione beneficij, vocem habere in electionibus, quamuis ab officio suspensus sit.

Hinc infertur si quis Prior, siuè Præpositus, vel Guardianus ab officio suspenderetur, prohiberi suffragiũ præstare in electione Discreti localis. Secus verò in electione, & in capitulo prouinciali, vbi ex beneficio Guardianatus, Prioratus, vel Præpositur æ suffragator existit.

3 Dixi in principio conclusionis *ab officio absolutè:* secus enim asserẽdum est de suspensis ab officio particulari: quia suspensio non operatur vltra limites suspensionis, ita vt suspensus ab vno actu, sit suspensus ab alijs, si non sint connexi cum primo. Hæc enim est pœna quæ strictè est accipienda Innoc. *in d. c. cum dilectus num. 4.* Panorm. *in d. c. apostolicæ num. 6.* Armil. *vbi sup. num. 4.* Nauar. *capit. 27. num. 160. & cons. 41. num. 2.* Lambert. *inferius citandus* Henriq. *vbi supra §. 1.* Sayr. *lib. 4. c. 5. num. 27. & c. 3. nu. 15. & 18.* vbi plures alios cumulat.

4 Secunda conclusio bimembris est. Primũ membrum est suspensum à beneficio non posse eligi ad nouum beneficium, quando suspensio fertur à iure pro crimine, vel offensa non concernẽte certum beneficium, vel particularem Ecclesiam, quia talis suspẽsio est vniuersalis, & indistinctè respicit omnem locum: Ius enim vbiq; obligat: Secus verò dicendum si crimen est speciale respectu particularis Ecclesiæ, vel benificij: nam tunc in illa Ecclesia non potest obtinere aliud beneficium; in alijs verò Ecclesijs non prohibetur. Henrich. Boich. *in c. cum dilectus nu. 13.* & Alter. *de cens. tom. 2. disp. 5. c. 5. col. 4. §. quantum spectat.* Cuch. *vbi supra num. 234.* Exemplum affert Panorm. *in c. cum in cunctis. §. clerici sanè num. 1. de elect.* nam in illo capit. clerici eligentes indignum suspenduntur per triennium à beneficijs simpliciter, & tamen restringuntur ea verba ad beneficia quæ habentur in illa Ecclesia: & hoc ideò quia sic eligentes lædunt Ecclesiam illam, ad quam fit electio. Ergo pænis non est vagandum respectu aliorum beneficiorum, quæ sunt alibi.

Hic

Hic tamen obiter aduerte, & alta mente repone (ne decipiaris) hanc pœnam suspensionis quæ per triennium irrogatur eligentibus indignum *per capit. cum in cunctis §. fin. de elect.* hodie non habere locum in electionibus Regularibus, & alijs quæ sunt inferiores episcopalibus per *c. si compromissarius de elect. in 6.* & glos. in *c. quamquam verb. secus eod. tit.* & *ibi*, Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 98. ad fin.*

Quando autem suspensio præfata fertur ab homine. Vel generaliter quis suspenditur ab omnibus beneficijs sub iurisdictione suspendentis; & tunc suspensus non potest adipisci beneficium intra diœcesim durante suspensione vel vniuersaliter fertur suspensio à beneficijs sine vlla explicatione & tūc nec in territorio, neq; extra suspensus poterit assequi beneficium, maximè si non vigeat contraria consuetudo interpretandi huiusmodi sententiam coarctatam ad beneficia diœcesis. Ita notum est ex proximè citatis Doctoribus aliter non tenet electio iuxta Garc.

5 Secundum membrum conclusionis est suspensum à beneficio non impediri quòminus eligere possit, vt expressè docent glos. *in capit. Wissoniensis verb. admiserant de elect.* vbi quoq; Panorm. *num. 10.* & *in d. cap. cum dilectus num. 20. de consuet.* & *in d. cap. apostolica num. 8.* Biax. *vbi supra num. 1.* Tabien. *num. 3.* Armil. *num. 5.* Suar. *tom. 5. disp. 25. num. 34.* Alter. *de cens. tom. 2. disp. 5. c. 2. col. penul. §. respondeo suspensum.*

Hoc posterius membrum rectè limitans Nauar. *c. 27. num. 163. vers. sexto* & Henriq; §. 4. verum scilicet esse respectu vocis, seu electionis, quæ aliundè competit; Secus enim si competat ei ratione illius beneficij, à quo est suspensus.

6 Tertia conclusio est suspensum simpliciter siuè à iure siuè ab homine nullo pacto eligi, vel eligere posse. Hæc conclusio apertè desumitur ex *cap. cum inter R. § fin de elect.* Innoc. *in d. c. cum dilectus num. 4.* Panorm. *nu. 18.* glos. *verb. suspensis* & Bald. *nu. 13.* quos sequitur Rota *decis. 860. num. 6. coram Card. Seraphino.* Et probatur, quia sic suspensus intelligitur & ab officio, & à beneficio suspensus si nec ex verbis, nec ex intentione iudicis colligatur limitatio Ioan. And. & Imol. *in d. c. cum dilectus* Felin. *in d. c. apostolica vers. dato potem in fin.* Sayr. *de cens. lib. 4. c. 4. nu. 7.* Henriq. *vbi supra §. 1.* Rota multis allegatis *decis. 870. num. 2. coram Card. Seraph.*

7 Quarta conclusio est suspensum ab Ordinanon posse eligi ob rationem factam pro prima parte primæ assertionis. Non tamen suspensus huiusmodi suspenditur à iure eligendi, quia eligere ad iurisdictionem spectat; licèt enim non sit propria iurisdictio, est tamen administratio quædam, quæ non competit ratione ordinis, sed beneficij vel dignitatis, aut ex alia simili causa. Hæc conclusio liquet ex Suar. *tom. 5. disp. 26. num. 5.* & Alter. *tom. 2. d. 4. c. 4. col. 4. § ex dictis colligi*, & latiùs patebit ex infra dicendis *dub. 70. num. 6.*

8 Quinta conclusio est quemlibet minori suspensione tantummodo affectum gaudere potestate eligendi actiua; sed non passiua. Hæc conclusio habetur ex Panorm. *in d. cap. apostolica. num. 2.* & *in d. c. cum dilectus num. 20.* & Azor. *vbi supra* & huc applicanda est cum proportione doctrina supra tradita de excommunicatis minori excommunicatione teste Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 1. quæst. 9. artic. 2.*

9 Vltimò notandum doctissimum Bonac. *de cens. disp. 3. punct. 4. in fin.* asserere acta per suspensum, qui non est nominatim denunciatus, valida esse, quia cum huiusmodi toleretur ab Ecclesia, cōsequenter illi nō adimitur iurisdictio, vt patet à simili ex dictis in superiori dubio de excommunicato tolerato. Et quamuis authoritas tanti Doctoris scientia & eruditione clarissimi his nostris tempestatibus apud me plurimi valeat, Attamen alia ratione conuincor non recedere ab authoritate contraria Sacri Senatus Rotæ Romanæ *decis. 534. num. 5. p. 1. in recent.* Non enim est par ratio de excommunicato occulto, & non declarato; & de suspenso, quia suspensus etiam occultus censetur prohibitus ab exercitio iurisdictionis, vt ibi dicitur, & tradūt Nauar. *cap. 27. num. 151.* & *conf. 4. num. 3. de cler. excom.* Vgol. *tab. 4. cap. 10.* Henriq. *de susp. c. 31. §. 2.* Sayr. *lib. 4. c. 1. num. 13.* Suar. *disp. 25. sect. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 18. p. 2.* Homob. *de casib. reseru. p. 1. c. 7. fol. mihi 141.* & idem Bonac. multis allegatis *de cens. disp. 3. p. 1. num. 1.* & per consequens collationis beneficiorum, quę est iurisdictionis *c. nosti.* & *c. transmissam de elect.* Lap. *alleg. 89. numero 12.* Et item electionis per supradicta. Excommunicatus verò non priuatur exercitio Ordinis vel Officij donec fuerit declaratus; sed tantùm communione Sacramentorum vt per eumdem Nauar. *c. 23. num. 41.* & *150. vers. tertio dico.* Vnde gesta ratione publici Officij non annullat excommunicatio occulta, & non declarata. Ita Rota *vbi supra.*

DV-

gendi potestate, licèt grauiter peccent *capit. perpetuo de elect. in 6.* Nauar. *in cap. pœna num. 22. de pœnit. dist. 1.* Sayr. *de cens. lib. 4. cap. 15. num. 11. §. quanto vbi* refert Palud. & alios. Immò dico posse electores repetere, ac reiterare scrutinium, aliumque nominare, & eligere, si ex publicatione ipsiusmet scrutinij appareat maiorem eligentium partem suffragatam fuisse alicui indigno; ita vt electio, quæ communis subsequi debet sit celebranda de indigno vt multis Doctoribus allatis dixi *dub. 30. num. 6.*

12 Secundò temperanda est cum Ioan. And. *in reg. odia.* Panor. *in d. cum in cunctis §. clerici sanè num. 6. & in cap. cum inter. 1. num. 15. de elect.* Suar. *tom. 5. disp. 24. sect. 2. nu. 22.* Auil. *de cens. par. 2. cap. 6. disp. 12 dub. 4. ad fin.* Garc. *de benef. par. 7. cap. 12. num. 84.* vt eadem met pœna non extendatur vltra casus *in d. c. cum in cunctis* expressos, qui in dignitatibus citra episcopatum circa tria, dumtaxat, versantur, nempè circa ætatis maturitatem, litterarum scientiam, & morum grauitatem. Quæ opinio longè communior, & probabilior est, quàm contraria Innoc. *in cap. 2. num. 3. de postul. prælat.* Hinc nõ placet sententia Richard. *4. dist. 18. art. 7. q. 4. glos. in cap. si celebrat. verb. scienter de cler. excom.* & Alter. *de cens. tom. 1. disp. 4. cap. 2. §. requiritur etiam* asserentiũ hac pœna affici eligentes scienter innodatum minori excommunicatione. Sed contrarium, vt dixi, probabilius est, hac pœna scilicet non affici huiusmodi suffragatores, licèt perperam agant, & mortali culpa nõ vacent, tàm ipsi eligentes, quàm ipse electus consentientiendo electioni de se factæ, vt inquit Auil. *vbi sup. concl. 1.* quia prohibitio de non eligendo minori excommunicatione innodato est in materia graui.

13 Tertiò temperanda est prædicta cõclusio, vt electores non sint priuati eligendi potestate, quando ipsi compromiserunt absolutè in aliquem, qui compromissarius elegerit indignum, si id scienter, siue ignoranter: Nisi enim. & ipsi compromittentes talem electionem ratam haberent, liberè ad eosdem reuertitur electio. Et hæc limitatio probatur: nam si scienter elegit, dolus ipsius Compromissarij non debet imputari compromittentibus, qui non sunt in culpa. Si verò ignoranter elegit iam functus est officio suo. Ita *in cap. si compromissarius* communiter canonistæ *de elect. in 6.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 38.* Siluest. *tit. electio 2. quæst. 19. num. 16.*

DVBIVM LXII.

Quæ ætas requiratur in promouendis ad dignitates, & personatus Regulares?

SVMMARIVM.

1 *Quæ ætas desideretur in assumendis ad Generalatum Prouincialatũ, & Custodiatum?*
2 *Item in assumendis ad Prælaturas conuentuales, & alias dignitates curatas?*
3 *Item in promouendis ad Diffinitoratum, cæterasque dignitates, & personatus, quibus animarum cura non competit?*
4 *Diffinitoratus est personatus.*
5 *Item aliquo modo dicitur dignitas.*
6 *Electio facta de non habente legitimam ætatem, est nulla.*
7 *Aetas connumeretur à die natiuitatis.*

1 MANVAL prælat *tom. 2. quæst. 3. art. 1. concl. 2.* & Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 1.* asserunt Generales Prouinciales, cæterosque iurisdictione quasi episcopali gaudẽtes debere esse maiores triginta annis; ita vt trigesimum annum exegerint, prout de assumendis ad Episcopalem Cathedram decernitur *in cap. quicumque, & c. episcopus dist. 77. cap. cum in cunctis de elect.* Conc. Trident. *sess. 7. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform. & in Constitutione Greg. XIV. de forma faciendi processus super promouendis ad Ecclesias Cathedrales*; quæ incipit *onus apostolicæ seruitutis*, & tradunt communiter DD.

At hanc assertionem Manualis, & Azorij concedo de honestate, Nego verò de necessitate: licèt namque huiusmodi ætas necessariò expostuletur in promouẽdis ad Episcopatum; non tamen sequitur ita necessariò quoque desiderari eamdem ætatem in inferioribus dignitatibus, licèt eis competant episcopalia iura, vt si sint minores triginta annis, electores sint priuati eligendi potestate, & electio sit nulla iuxta dicta in superiori dubio, quia id nullo iure cauetur. Et pro hoc facit quod in simili dicetur de scientia in sequenti dubio.

2 Sit secunda conclusio. Ad Prioratum Præposituram, Rectoratum Guardianatum, & alias dignitates, quibus animarũ cura subest, non posse promoueri nisi qui vigesimum quintum suæ ætatis annum saltem attigerit, idest

idest inceperit *d. cap. cum in cunctis §. inferiora cap. licet canon. de elect. in 6.* Conc. Trident. *d. cap. 12.* Panor. *in cap. super inordinata num. 9. de praeben.* Nauar. *cap. 25. num. 116. & lib. 1. cons. 4. tit. de aet. & qualit.* Rodriq. *tom. 1. q. 15. art. 2.* Manual praelat. *vbi sup. concl. 1.* Azor. *q. 2.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. num. 107.* Salon. *2. 2. q. 63. art. 2. controu. 1. concl. 2.* & Garc. *de benef. par. 7. c. 4. num. 41.* Homoboa. *de Hum. vitae statib. par. 1. cap. 22.*

3 Sit tertia conclusio. Ad Definitoratum, caeterasque dignitates, & personatus, quibus nulla animarum cura competit, non posse minores 22. suae aetatis anno assumi, vt patet ex Conc. Trident. *d. cap. 12.* & confirmatur ab omnibus ferè Doctoribus in praecedenti conclusione citatis: Et quamuis Henriq. *lib. 14. cap. 8 §. 10. in fin. in glos. lit. X.* Emanuel sà *verb. beneficium num. 31.* Azor. *q. 3. § caeterum* & alij asserant praedictum vigesimum secundum annum requiri inceptum, non expletū. At Lessius, & Garc. *vbi supra* meritò affirmant illa Concilij verba *viginti duobus annis non minores assiscantur* innuere viginti duos annos debere esse cōpletos, & ita eademmet verba declarauit Sacra Congregatio teste Garc. *num. 70. Congregatio Concilij censuit requiri aetatem viginti duorum annorum completam A. Card. Carrafa.* Item *Episcopo Abulens. Illustrissime, & Reuerendissime Domine vt frater. Dubitationi Amplitudinis tuae nomine propositae super aetate quae per Conc. Trident. cap. 12. § ad caeteras autem dignitates, &c. sess. 24. de reform. requiritur in ijs qui dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, obtinere volunt, Congregatio Illustrissimorum Patrum eiusdem Concilij interpretum ita respondendum duxit; nempè decretum illud esse intelligendum de anno vigesimo secundo completo. Quod reliquum est Deum Amplitudini tuae propitium in omnibus precamur. Romae die 24. Septembris 1593. Amplitudinis tuae Illustrissimae, & Reuerendissimae, vti frater, studiosissimus Hieronymus Card. Mattheus.*

4 Quòd autem inter personatus iure optimo connumeretur Definitoratus probatur. Propriè namque personatum habere dicitur qui praeminentia praecellit caeteros sui Ordinis in choro, in processionibus, in vocibus dandis, ac sententiam dicit, & huiusmodi, &c. quamuis iurisdictione careat. Archid. *in cap. 1. num. 2.* Anchar. *num. 6.* & glos. *de cōsuet. in 6.* Sil. *tit. dignitas nu. 2. & 3.* Card. *in clem. 2. §. illi verò num. 2. de at. & qualit.* Rebuff. *in praxi benef. tit. benef. secul. quo supl. num. 8.* Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 1. §. quartò dicitur, & c. 13. q. 5.* Mirand. *vbi supra* Tusch. *lit. D. cōcl. 421. & lit. P. cōcl. 321.* & Moneta *de cōseruatoribus iudicibus cap. 5. q. 5. q. 7. mox ante primam conclusionem, & de commut. vlt. volunt. c. 8. num. 116.* Sed hęc verificantur de Difinitoribus in Religionibus in quibus votum decisiuum habent. Ergo inter personatus habetur. Et meritò sunt enim Congenerales, siuè Comprouinciales: idest Coadiutores, & participes Officij Generalis, vel Prouincialis *dub. 111. num. 7. & 8.*

Et quòd idem Officium Diffinitoris possit aliquo modo dici dignitas, probatur, quia persępè nomina dignitatis, & personatus confunduntur in iure vt *in capit. cum accessissent d. const* glos. & Innoc. *in c. de multa de praeben. & dignit.* Azor. *vbi supra cap. 13. quaest. 2. & 5.* referens Hostiens. Io. And. & Selu. Moneta *de conseruatoribus iudicibus d. q. 7. vbi supra, & de commut. vlt. vol. vbi sup. num. 122.* Et secundum locorum cōsuetudinem vnum pro alio sumitur, & sunt sinonima Panorm. *in d. c. de multa.*

6 Tandem notandum est primò prouisionē seu electionem factam de non habente aetatem, quae requiritur, iuxtà triplicem praefatam assertionem, esse nullam, vt perspicuum fit ex omnibus ferè allegatis Doctoribus in ea, & praesertim ex Garc. *num. 83.* & etiam loquendo in foro conscientiae, vt probat Ledes. *in sum. 2. par. tract. 7. cap. 2. concl. 7. diffic. 17. pag. 361.* Nec super hoc quidquam dispensare possunt Episcopi, vt inter alios docet Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 5. quaest. 9.* & quotidiana praxis. Neque reperitur Praelatos Regulares talem facultatem habere ex aliquo priuilegio. Quae omnia procedunt etiamsi ad memoratam aetatem desit quantumuis paruum, & modicum tempus, vt vnus dies Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 16. num. 4.* Namin his quae sunt à iure determinata non licet arbitrari *dub. 54. num. 1. & 2. & dub. 118. num. 1. & 2.* & in terminis tradit Garc. *vbi sup.*

7 Secundò notandum est aetatem connumerandam esse non à die cōceptionis, sed à die natiuitatis Couar. *in epitome 4. decret. p. 2. capit. 8. §. 2. num. 5.* Molin. *de iust. tom. 2. disp. 373. num. 2.* Garc. *vbi sup. num. 89. & alij.*

DVBIVM LXIII.

Quę scientia necessariò requiratur in promouendis ad Praelaturas Regulares.

SVMMARIVM.

1 *In assumendis ad dignitates Regulares desideratur scientia competens ad suum munus benè gerendum.*

2 *Et qui acceptat dignitatem, & notabili defectu talis scientiæ laborat, mortaliter peccat.*

3 *Quando hoc limitetur in assumendis ad Guardianatum, Prioratum, Rectoratum, Præposituram, &c.*

4 *Item quando limitetur in assumendis ad Prouincialatum, & Generalatum.*

5 *In eruditus non dicitur qui benè legit, & latinè loquitur etiam si non benè respondeat interrogatorijs factis ei super pertinentibus ad suum munus.*

6 *Electio de prorsus illiteratis est nulla ipso iure. Nec cum eis dispensat Episcopus.*

7 *Secus, si sit spes certa de futura scientia, vel saltem legere sciat.*

8 *Illiteratus non est propriè, & strictè irregularis.*

1 ESPONDEO triplici conclusione. Sit igitur prima. In Prouincialibus, & Generalibus non desiderari necessariò gradum scientiæ vt in Episcopis requirit Conc. Trident. *sess.* 22. *cap.* 2. *de reform.* Sed in eis, item & in Definitoribus, cæterisque conuentualibus superioribus exposcunt iura *capit. cum nobis de elect. vbi glos. cap. cum te. de æt. & qualit. ordin. c. licet canon. de elect. in 6.* & Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* competentem scientiam, quæ ad eorum munus, & dignitatem benè gerendam sufficit ad hoc vt sinè peccato fiat collatio, siuè electio Panor. *in cap. cum in cunctis de elect. nu.* 4. Homobon. *de bono. vit & stat. par.* 1. *c.* 22.

Quod autem in Prouincialibus, & Generalibus necessariò non desideretur gradus scientiæ, quem Concilium expostulat in Episcopis, liquet ex sequenti declaratione Sacræ Congregationis relata à Garcia *de benef. par.* 7. *capit.* 7. *num.* 33. Quæsitum enim fuit *An principalis dignitas in collegiata Ecclesia exempta, cui ordinaria iurisdictio cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus competit, necessariò conferri debeat licentiato, vel Doctori, vt principalis dignitas in cathedrali? Congregatio* 12. *Decembris* 1585. *censuit negatiuè, quia hoc nullibi cauetur esse necessarium. Et Concilium quando loquitur de dignitatibus cap.* 12. *sess.* 24. *hortatur, vt conferantur Doctoribus, non præcipit.*

2 Secunda conclusio est eum mortali labe se commaculare, qui munus, seu Prælaturã acceptat, & notabili defectu scientiæ necessariæ ad illud, vel ad illam exequendam laborat. Hanc assertionem sustinent post Innoc. Panor. *vbi sup.* Biax. *in suo direct. elect. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. Nauar. *cap.* 25. *num.* 12. Manual prælat. *tom.* 2. *q.* 4. *art.* 2. Garcia *de benef. vbi sup. num.* 25. & multi alij. Et tandem vltra rationem naturalem probari quoque potest ex *cap. can. est putanda in fin.* 1. *q.* 1.

3 Hanc vtramque conclusionem primò limita vt non procedat in promouendis ad Prioratum Præposituram, Rectoratũ, Guardianatum, &c. quando ipsi diuturno vsu ea norunt, quæ ad sui muneris functionem necessaria sunt, licèt nunquam didicerit gramatices latinique idiomatis rudimenta, vt inter alios tradunt Panorm. relatus, & approbatus ab Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *q.* 6. & Rota *decis.* 16. *par.* 2. *diuers.* teste Marta *in suo digest. nouiss. tit. electio cap.* 58.

4 Secundò limita vt non procedat in promouendis ad maiores dignitates prædictas, quãdo est spes certa, & firma eos breui adepturos esse eam sciẽtiam, qua suum officium licitè obire poterunt, vel saltẽm Vicarium, seu adiutorem, vel collegam esse adscissuros, cuius opera, consilio, & doctrina vtentur in administranda prouincia. Ita Azor. *vbi sup. q.* 1. Quæ tamen intellige fieri dispensatiuè, & graui causa vrgente, vt iure optimo aduertit post Host. Panorm. *vbi sup.* Et ratio est quia defectus scientiæ magis inhabilitat promouendum ad beneficium, quàm defectus Ordinum, ex quo sufficit quod promouendus, siuè præficiendus regimini Ecclesiæ Parochialis attingat 25. annum *cap. licet canon. de elect. in* 6. vbi Gemin. *num.* 5. & Rota *decis.* 677. *num.* 2. *par.* 4. *diuersorum.*

5 Tertiò limita vt non possit dici ineruditus qui benè legit, & benè latinè loquitur glos. & scribentes *in clem.* 1. *de concess. præben.* Crescent. *decis.* 12. *de concess. præben.* & in terminis personæ Abbatis tradit Panorm. post Innoc. & Archid. *in cap. cum in cunctis num.* 4. *vers. religiosi verò de elect.* Et licèt respondere ignoraret quibusdam interrogatorijs, quæ ei fierent, adhuc tamen non probaretur totalis ineruditio; cum possit esse, quòd in libris veritatẽ eorum, quæ scire tenetur, sciat quærere. Innoc. *vbi sup. num.* 1. *in fin.* Butr. & Panorm. quos refert, & sequitur Rota *decis.* 234. *num.* 9. *par.* 1. *in recent.*

6 Tertia conclusio est electionem prouisionem, seu collationem de omnibus memora-

dis Prælaturis, & dignitatibus factam prorsus illiteratis; ita vt nec etiam legere sciant esse nullam ipso iure. Nauar. *de oratione misc. cell.* 40. *num.* 8. Franch. *in cap. fin. num.* 2. *de temp. ordin. in* 6. Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 4. *num* 47. & 48. Less. *de iust. lib.* 2. *capit.* 34. *num.* 129. & Garc. *vbi sup. num.* 15. Nec cum eis potest dispensare Episcopus, & multò minus qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet. Felin. *in cap. at si clerici* §. *de adulterijs num.* 21. *de iudic.* Et ratio est quia Episcopus de iure communi nequit dispensare nisi in adulterio, & alijs criminibus, quæ sunt minora d. §. *de adulterijs*, & patebit latiùs ex infra dicendis *dub.* 98. Sed Episcopus non dispensat cum homicida, quia homicidium est maius adulterio Socin. *cons.* 157. *præsens consultatio pulchra est vers. in secunda parte fol. mihi* 10. & est minus illiterato Innoc. *in cap. cum nostris in princ. de concess. præben.* vbi dicit electionem factam de homicida non esse nullam ipso iure: factam tamen illiterato: sic. Ergo multò minus Episcopus poterit dispensare cum prorsus illiterato.

7 Hanc quoque conclusionem limita vt scilicet, nō fit nulla ipso iure electio, prouisio, seu collatio facta prorsus illiterato, si est spes certa de futura scientia, & literatura. Ita in simili Innoc. *in cap. cum in cunctis de elect.* Domin. *in cap. illiteratos* 26. *dist.* & Felin. *vbi sup.* Immò addo nec etiam esse nullam ipso iure, si legere non ignoret, licèt nil latinè calleat, quod probatur ex consuetudine saltē, & praxi antiqua, & noua iuxta Nauar. *in c. si quando de rescript. except.* 13. *cap.* 8. Et quamuis videatur sibi cōtrarius *in except.* 16. *ad primum nimi.* 1. attamen vt constat ex *num.* 11. sermonem ibi habet de omninò illiteratis.

8 Neque his omnibus dictis obstat illiteratum, seu impetitum esse irregularem, vt censet Nauar. *cap.* 27. *num.* 205. Suar. *tom.* 5. *disp.* 51. *sect.* 1. *nu.* 8. Auil. *de cēs. p.* 7. *disp.* 4. *d.* 1. Gonzal. *d. glos.* 4. *nu. m.* 41. & Marchef. *par.* 3. *tit. de commiss. admis. ad bon. cess. & altern.* §. 1. *num.* 34. referens Innoc. atque ideò collationem, seu electionem de eo factam esse nullam iuxta tradēda *dub.* 91. *num.* 2. quia quidquid hi DD. dicant, hanc non existimo cum Henriq. *lib.* 14. *cap.* 8. §. 11. *glos. lit. b.* Sayr. *de cens. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 8. & Garc. *vbi sup. num.* 19. esse propriè, & strictè irregularitatem, maximè, si non sit pænitus, & omninò illiteratus, *vt sup.* dixi.

DVBIVM LXIV.

An peccator mortali crimine non occulto affectus, sit ineligibilis?

SVMMARIVM.

1 *Electio peccatoris publici est irritanda secundum vnam opinionem.*
2 *Contrariam tenent alij.*
3 *Author amplectitur posteriorem sententiam, & destruit fundamentum prioris.*



1 PARTEM affirmatiuam tuentur Host. *in cap.* 1. *de postul. prælat.* Archid. *in capit. in scripturis in fin.* 8. *quæst.* 1. Panorm. *in cap. si celebrat. num.* 6. *de cleric. excom. minist.* Henrich. Boich. *in capit. in nostris num.* 5. *de concess. præben.* Angel. *tit. electio num.* 23. Siluest. *eod. tit.* 1. *quæst.* 14. Tabien. *eod. tit.* 1. *num.* 17. Manual. prælat. *tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 11. *concl.* 5. & alij. Huius sententiæ potissima ratio videtur quia vt ait D. Thom. *quodlib.* 8. *q.* 4. *art.* 6. per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum.

2 At Innoc. *in d. c. si celebrat. verb. irritanda, & in c.* 1. *num.* 3. *de postul. prælat.* glos. *in c. perpetuò verb. priuentur de elect. in* 6. *vbi quoq;* Gemin. *num.* 6 glos. *in c. desinitio* 22. *q.* 4. Felin. *in c. dilecte in Christo num.* 4. *de except.* Couar. *in c. alma mater p.* 1. §. 8. *nu.* 4. Azor. *p.* 2. *c.* 14. *q.* 10. §. *item peccat.* Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 126. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 8. *num.* 48. Alter. *de cens. tom.* 1. *disp.* 4. *lib.* 1. *cap.* 2. §. *alia tamen ratio.* negatiuā partē sustinēt, quamuis cōsentiens in statu peccati mortalis electioni de se factæ culpa nō vacet, sicut & q eū sciēter eligūt. Irritāda tñ non est eius electio, ētsi eius peccatū nō sit occultū, exceptis q̄ secundum canonicas sanctiones talem pænā inducunt, vel quando ipse criminosus non vult corrigi; quia tunc non debet confirmari. 3

3 Hęc posterior opinio mihi magis arridet. Nā si omne peccatū mortale electionē impediret; sequeretur ēt pro omni peccato mortali clericū posse deponi: Sed hoc nemo cōcedet: Ergo nec illud est cōcedēdū. Sequella patet. Nā *in c. inuentū* 16. *q.* 7. habemus hæc verba *Quā* (supple ecclesiā) *si iustè adeptus fuerit, hāc nō nisi grauis culpa sua, & corā Episcopo canonica seueritate amittat.* Sed omne peccatū mortale dicitū graue ab ipsomet Pau. *in c. sicut nostris num.* 3. *de iur. iur.* Ergo pro omni peccato mortali amitteret.

CAPVT TERTIVM

De Censuris.

DVBIVM LXV.

An excommunicati minori excommunicatione priuentur potestate actiua, & passiua eligendi?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor priuat electione passiua, non autem actiua.*
Excommunicati minori excommunicatione possunt eligi in Discretos, & Definitores.
2 *An electio de huiusmodi excommunicatis sit irrita, vel irritanda?*
3 *Quando ignorantia excommunicationis minoris electi validet electionem. Quadruplex opinio.*



1 PASSIVA priuantur: Actiua verò non. Et hoc expressè habetur *in capit. si celebrat. de cler. excom. minis.* Ratio est prout *ibidem* innuitur, quia cum huiusmodi excōmunicatus omnium Sacramentorum perceptione priuatus existat, per consequens etiam prohibetur exercitium, & occluditur aditus ei ad Ordines Ecclesiasticos, quos postulat dignitas, ad quam eligitur. Quare hinc elicitur ei non vetari ascendere ad Discretatum, Definitoratum, & alia huius generis officia, quibus regimen animarum non competit. Et in hoc conueniunt omnes. Sed discrepant in duobus.

2 Primò, An prædicta electio sit irritanda, vel sit ipso iure nulla? Host. Panor. & Card. *in d. cap. si celebrat,* Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 3.* Vgol. *de cens. tab. 3. capit. 6.* Garc. *de benef. par. 7. cap. 13. num. 27.* & alij aiunt esse irritam ipso iure. Et exponunt textum *irritanda*, idest irrita denuncianda.

At Felin. *in cap. dilecti col. 3. nu. 4. de except.* Richard. *in 4. dist. 18. art. 7. q. 4.* Siluest. *tit. electio q. 14.* Manual prælat. *tom. 2. q. 23. art. 11.* Suar. *tom. 5. disput. 24. sect. 2. num. 21.* Sayr. *de cens. lib. 2. cap. 22. num. 23.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. num. 116.* Auil. *de cens. par. 2. c. 6. disp. 12. dub. 4. concl. 3. ad fin.* Tolet. *lib. 1. capit. 18. num. 3.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 1. disp. 4. cap. 2.* Filliuc. *tract. 13. capit. 2. q. 8. num. 31.* Bonac. *de cens. disp. 2. q. 3. num. 7.* & alij astruunt meritò irritādam esse, vt patet ex litterà textus. Et hæc posterior opinio mihi magis arridet, cum pœnalia semper in mitiorem partē sint interpretanda *cap. odia de reg. iur. in 6. cap. in pœnis eod. tit. & lib. l. si præses, & l. interpretatione ff. de pœnis.*

3 Secundò discrepant in intelligentia illius verbi *scienter* additi in *d. capit. si celebrat.* Sic enim dicitur *Si tamen sciens et talis electus fuerit*, quia ibi non explicatur ad quos referatur illud verbum *scienter* an scilicet ad electores, an verò ad electum?

Innoc. Panor. & glos. *ibid.* & Henric. Boich. *in cap. illa quotidiana de elect.* referunt ad electum: ita vt sit sensus irritandam esse electionem, si eligatur se certò sciens excommunicatione minori innodatum, etiam ab ignorantibus eam. Horum potissima ratio videtur, quia hæc est pœna electi, & non eligentium: non enim ob eorum peccatum irritatur electio; sed benè ob peccatū eiusdem electi. Scientia verò eligētium auget solùm eorum culpam.

Suar. *tom. 5. disp. 24. sect. 2. num. 18.* & Filliuc. *tract. 13. cap. 2. nu. 29.* ambo de communi testantes referunt idem verbum *scienter* ad electores. Ratio huius opinionis est, quia hic etiamsi ignorāter eligatur ex parte sua, adhuc tamen eius electio est irritanda: tunc enim quoq; est priuatus participatione passiua Sacramentorum propter quam causam, nō potest eligi ad beneficia quæ habent annexam eamdem participationem.

Couar. *vbi sup.* Armil. *tit. excommunicatio, num. 5.* & Sayr. *de cens. vbi sup. num. 23. & 24.* nulla habita distinctione inter ignorantiam eligentium, & electi, astruūt ad valorem, & effectū huius electionis nihil cōducere ignorantiam excommunicationis. Huius sententiæ præcipiuum fundamentum est, quia hæc priuatio electionis passiuæ est effectus excōmunicationis minoris ex institutione, & natura talis censuræ, vt in principio huius

dubij

dubij explicatum est. Hęc autem fundamentum integrum manet, etiamsi ignorantia intercedat in altera, vel vtraque parte, eligentium, scilicet, & electi. Quocirca illud verbum *scienter* iuxta hos DD. potiùs videtur additum in illo textu ad amplificandum, quàm ad limitandum; quasi dicere voluerit. *Etiamsi scienter talis elect. &c.*

Glos. denique in *cap. apostolica verb. probabili de cler. excom. minist.* Pelin. *in capit. sicut* 2. *col.* 2. *de simon.* Nauar. *in cap. fratres num.* 46. *de pæn. dist.* 5. Lopez. *tom.* 2. *p.* 2 *cap.* 17. & 18. Emanuel sà *verb. excommunicatio num.* 33. Auil. *vbi sup. concl.* 4. Alter. *vbi sup.* Vasquez. *tract. de excom. dub.* 6. *num.* 12. Tolet. *vbi supra* Reginald. *lib.* 32. *tract.* 1. *num.* 143. Bonac. *de cens. disp.* 2. *quæst.* 3. *num.* 7. *in fin.* & alij probabilius docent electionem non esse irritandam si adsit ignorantia vel ex parte electi non excludendo partem eligentium, vel ex parte eligentium non excludendo partem electi: Ita vt quotiescumque interuenerit scientia excommunicationis vel ex parte electi, vel ex parte eligentium, vel ex parte vtrorumq; semper irritanda sit electio. Fundamentum huius communioris, probabilioris, & textui conformioris sententiæ est quia *dictum c. si celebrat* non diceret irritandam prædictam electionem sciẽter factam, nisi aliter sentiret de opposita.

DVBIVM LXVI.

An excommunicati maiori excommunicatione eligi, & eligere valeant?

SVMMARIVM.

1 *Qui excommunicati dicantur tolerati, & non tolerati ab Ecclesia.*
2 *Electio facta de excommunicatis est ipso iure nulla.*
3 *Etiam ignoranter.*
4 *Quod peccatum, & quam pœnam incurrant scienter eligentes excommunicatum.*
5 *Excommunicati non tolerati eligere nequeũt, aliàs electio est nulla.*
6 *Exceptis duobus casibus.*
7 *Quando inhabiles non possunt expelli ab electione, admittendi sunt cum potestatione.*
8 *Quid agendum, quando inhabiles admissi sunt ignoranter ad electionem.*
9 *In dubio credendum est scrutatoribus, & non electoribus.*
10 *Excommunicatus toleratus potest admitti scienter ad eligendum.*
11 *An electio teneat si admittatur ad electionem non obstante exceptione excommunicationis ei obiecta.*



EXCOMMVNICATI se habent in duplici differentia, vt notant communiter DD. & nouissimè Alter. *de cens. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 5. *cap.* 2. *col.* 5. § *animaduertendum tamen*, & Bonac. *de cens. disp.* 2. *q.* 2. *punc.* 1. § 1. *nu.* 2. Alij namque dicuntur tolerati ab Ecclesia, alij verò non tolerati.

Non tolerati primò cẽsentur illi qui sunt
1 publicè; & nominatim denunciati secundò non tolerati existimantur illi quos adeò notoriè constiterit incurrisse sententiam latã à canone pro sacrilega manuum iniectione in clericum, vt nulla tergiuersione possit cellari. In alijs verò casibus extra hos duos, excommunicati dicuntur tolerati ab Ecclesia; ita vt non teneamur à communione illorum abstinere nos, vel eos vitare in Sacramentorum receptione, vel administratione, vel in alijs rebus externis. Et hoc possumus fauore Decreti Concilij Cõstan. *Ad euitãda. &c.* relati a Sot. *d.* 22. *q.* 1. *art.* 4. Nau *c.* 17. *nu.* 35. & *in c. p.* 1. § *labore de pænit dist.* 6. Gutierez. *qq. an. capit.* 1. *num.* 1. & summatim Auil. *de cens. par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 2. *dub.* 1. Quod decretum licet in exemplaribus Cõciliorum, quæ modò extant nõ reperiatur inter decreta d. Conc Cõstantiensis: satis tamen est aliquando fuisse scriptum, vel postea à Martino V. fuisse æditum saltem viua voce, & renouatũ à Conc. Lateranen. sub Leone X. *sess.* 11. vnde ei nunc nobis iure optimo standum est, vt patet ex D. Ant. 3 *par. tit.* 26. *cap.* 3. Adrian. Turrecrem. Caiet. Sat. Medin. Arragon. & alijs relatis à Gutierez *num.* 7. & ex communi omnium Doctorum, & denique ex vsu receptissimo fidelium: Vnde ex testimonio Nauar & Auil. Catholici in Anglia, & Germania securè communicant cum ijs, qui sunt notorie hæretici, & per consequens notoriè excommunicati; sed non nominatim denunciati.

2 Hac distinctione præhabita pro faciliori enodatione propositi dubij; dico primò electionem factam de excommunicatis, siuè toleratis, siuè non toleratis esse ipso iure nullam *cap constitutus vbi* Panorm. *de appell.* & *c. postulasti de cler. excom. minist. vbi* Reboff. *nu.* 85. docet iura loquentia de collatione habe-

re locum etiam in electione Archid. *in c. nullus num. 3. diſt. 63.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. par. 1. q. 9. art. 10. num. 1.* Couar. *in c. alma mater par. 1 § 7. num. 1.* Nauar. *cap. 27. num. 21.* Sayr. *de cenſ. lib. 2. cap. 15. num. 8. §. 2.* Auil. *de cenſ. par. 2. c. 6. diſp. 5. dub. 1.* Vaſquez. *tract. de excom. dub. 6. vbi plures alios refert cum antiqua deciſione* Rotæ 361. in quâ declaratum fuit hoc procedere tàm de excommunicatione à iure, quàm ab homine: Concordant Alter. *de cenſ. tom. 1. lib. 2. diſp. 6. c. 3. in princ.* & communis ſententia.

Ratio huius aſſertionis eſt, quia decretū *ad euitanda* non intendit in aliquo releuare excommunicatos. Sed ipſi ſeſe immiſcendo in electionem paſsiuam, commodum proprium quærunt *c. ſi electio* per illud verb. *iuri ſuo de elect. in 6.* Felin. in *c. ad probandum num. 6. de re iudic.* & Suar. *de legib. c. 9 lib. 5. num. 7.* Ergo quò ad ipſos iura antiqua remanent illæſa.

3 Hæc concluſio intelligitur etiam procedere, quamuis excommunicatio inuincibiliter ignoretur ab ipſo excommunicato, & ab electoribus Auil. *vbi ſup. diſp. 5. dub. 2. concl. 1.* referens Couar. & Nauarrum allegantem gloſ. & Panorm. cum communi. Ratio eſt quia licèt ignorantia inuincibilis excuſet à culpa, & aliquando etiam à pœna; non tamen validum facit actum quem irritauit Eccleſia: nec reddit capacem, quem Eccleſia reddit incapacem.

4 Si verò non ignoretur ab electoribus excommunicatus non toleratus, & tamen ab eis ſcienter eligatur: Tunc ipſi electores primò à læthali culpa non excuſantur, vt ex inf. dicendis patebit. Secundò incurrunt pœnam irrogatam eligentibus indignum iuxta Panorm. *in d. c. poſtulaſti de cler. excom. miniſtr.* Tertiò tandiu ab electione actiua ſunt repellendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerint *d. c. poſtulaſti vbi* Panorm.

Dico ſecundò excommunicatos non to-
5 leratos, nec ſolos, nec cum alijs eligere poſſe; quòd ſi ſecus attentatum fuerit, ipſa electio eſt inanis, & nulla, ſi ſcienter admittantur ad eligendum *d. c. conſtitutus vbi* Franch. & apertè tradunt Innoc. & Panorm. *in c. 2. de poſtul. prælat.* Henrich. Boich. *in c. illa quotidiana de elect.* Angel *tit. electio num. 8.* Silueſt. *eod. tit. 1. q. 4.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 6.* Gutierez. *qq. can. lib. 1. c. 28. num. 3.* Suar. *tom. 5. diſp. 14. ſect. 2. num. 17. & 18.* qui licèt ſuſtinere videatur *num. 16.* talem electionem non eſſe dicendam nullam; attamen dicit in praxi ſeruandum eſſe contrarium propter *c. fin.* & propter communem canoniſtarum Sayr. *vbi ſup. c. 6. num. 4. & 5.* Auil. *vbi ſup. dub. 1. concl. 3.* Alter. *de cenſ. tom. 1. lib. 2. diſp. 5. cap. 2. col. 4. § tertiò dicunt,* & communiter omnes. & hæc aſſertio procedit ſiuè dicti excommunicati non tolerati ſint ſimplices electores; ſiuè ſint Compromiſſarij; ita vt ſi vnus tantùm Compromiſſariorum ſit excommunicatus non valeat electio arg. *c. fin. de proc. & c. ad probandum de re iud.* ita communiter DD. teſte Panorm. *in c. in cauſis in fi.* Hæc aſſertio probata relinquitur ex d. extrau. *ad euitanda.*

6 Hìc verò notandum duplici in caſu poſſe admitti excommunicatos prædictos ad ſuffragandum cum non excommunicatis, ipſis
1 inuitis. Primò per ignorantiam probabilē. Secundò per violentiam ſufficientem ad producendum morale inuoluntarium: vt putà ſi huiuſmodi excommunicati non tolerati expelli non poſſunt ab electione abſque graui periculo, vel ſcandalo, vel ob aliquam aliam conſimilem cauſam Innoc. *in c. illa num. 5. de elect.* Alter. *vbi ſup. §. quæres ſecundò.*

Si poſteriori modo admittantur ab ele-
7 ctoribus: aduertendum eſt admittendo s eſſe cum proteſtatione ſe non intelligere eis communicare ius eligendi, & velle eorumdem voces nemini ſuffragari, vel nocere. Et hæc proteſtatio poterit haberi publicè, vel occultè, ſi veriſimile quid prædictorum timetur Innoc. *in c. romana de elect.* Compoſt. Panorm. & Henrich Boich. *in d. c. illa quotidiana.* Silueſt. *tit. electio. q. 15.* Biax. *in direct. elect. par. 1. c. 9. num. 5.* Vgol *de cenſ. tab. 2. §. 2. num. 12.* Sayr. *d. c. 6. num. 6.* Et ſuadent DD. & maximè Panor. & Ant. à Butr. *in cap. romana de elect.* Cuch. *inſtit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 119.* atque adeò aſſerunt ſanum eſſe conſilium, vt ſemper fiat dicta proteſtatio non ſolùm contra dictos excommunicatos: ſed etiam in alijs euentibus: vt putà ſi non poteſt recipi commodè probatio an ius eligendi competat aliquibus electoribus, de quibus probabiliter dubitatur: & hoc, nè videantur ſcienter admitti. Et licèt concordent omnes eam poſſe haberi occultè; autumo tamen id accipiendum eſſe, coram teſtibus.

8 Si verò priori modo admittantur nempè ob ignorantiam probabilem, ita vt niſi poſt celebratam electionem id publicetur: tunc vtendum eſt doctrina, quam breuiter attingit Richard. *in 4. diſt. 18. art. 7. quæſt. 1. ad 3.* & explicat Suar. *tom. 5. diſp. 14. ſect. 2. nu. 11. & 12.* quæ & nititur rationi naturali, conſideran-

derando videlicet in primis an excessus suffragiorũ ex parte electi tantus sit, vt quamuis ei adiungantur qui excommunicati sunt, & tanquam inhabiles repellantur, adhuc superſit ſufficiẽs numerus ad electionem complendam; Vel è contrario contingat: Nam si res priori modo accidit, electio est valida, non obstante interuentu excommunicatorum: Si autem res posteriori modo eueniat: tunc est habenda fides testimonio eorum, ad quos ex officio pertinet supputare vota, idest testimonio Compromissariorum, seu scrutatorum: nam ipsi sunt tamquam iudices in ea causa constituti, & si ipsi declarauerint secluso excommunicato, vel excommunicatis, tamquam non legitimis electoribus, adhuc superesse sufficientem numerum, vt talis electus sit: tũc ea electio tenet,

9 & valet. Et si aliqui, vel omnes illi excommunicati dicant se non consensisse in illum quem affirmant scrutatores, non est eis credendum, quia sunt singulares; sed scripturæ, & scrutatoribus adhibenda est plena fides *c. cum dilectus vbi* Panor. Anchar. *num. 1. vers. sexto not. de elect.* & Ant. à Butr. *in cap. publicato num. 16. de elect.* Hostien. *in sum tit. de elect. §. qualiter facienda col. 4. circa med* & Menoch. *consil. 67. num. 41.* & item Panor. *in c. quia propter num 9. circa fin. de elect.*

10 Dico principaliter tertiò excommunicatum toleratum posse eligere siuè solum, siuè cum alijs, qui etiam si scienter eum admittant, non solùm valida erit electio; sed etiam nihil in eo peccabunt quidquid contrarium senserit Mil. *in sum repertor verb. excommunicatus potest aliquid agere q. 66.* Et hoc propter d. extrau. *ad euitanda*. Et in hoc conueniunt omnes.

11 Sed vocatur in dubium an electio sit valida si ab aliquo electorum obijciatur talis exceptio excommunicationis prædicto coelectori excommunicato, qui hac exceptione non obstante admittatur.

Distinguo; nam vel hæc exceptio habetur ante electionem, vel post electionem. Si ante electionem siuè hoc fiat ante, vel postquã dictus excommunicatus suffragium tulerit, dico ipsum esse reijciendum ab electione. Ratio est quia in his quæ procedunt à priuata authoritate *d. extrau. ad euitanda* nihil iuris tribuit excommunicato: Immò iura vetera quò ad eius potestatem manent illæsa adhuc ante denunciationem. Et id tantùm statuit vt communicantes eidem excommunicato ante denunciationẽ minimè afficiantur pœnis statutis à iure contra communicantes cum excommunicatis: vnde licèt hæc extrauagans permiserit hanc communicationem cum excommunicato; neminem tamen ad hoc deuinxit. Ergo quilibet potest eum repellere: quia in re cõmuni potior est condicio prohibentis *c. in re. de reg. iur. in 6.* Quòd si non potest eijci ob causam in superiori conclusione positam: tunc admittatur cum protestatione, vt ibi explicatum est.

Si verò post electionem solùm fiat dicta exceptio: tunc dico nihilominus validam esse electionem, & eius suffragium computari in numero eligentium, tamquam, & ipse non esset excommunicatus. Ratio est, quia gesta excommunicati tolerati in his quæ procedunt ratione publici officij sustentantur, & Ecclesia supplet ad illum actum iurisdictionem. Immò dico si electo constet aliquem sibi suffragantem, esse excommunicationis vinculo irretitum, & ratione illius dignitatem obtinuisse; nihilominus validam esse electionem.

Hæc responsio sic distincta partim desumitur ex d. Extrauag. *ad euitanda* vt dictum est: partim quoque ex *l. Barbarius vbi DD. ff. de offic. prator c. nonne 8 q 4. cap. ad probandum vbi* Panor. *num. 3. & 14. in fin. cum seq.* Felin. *num. 3. 6. & 8. de re iud.* Et permixtim ex Innoc. *in c. veritatis num. 1. & 2. vbi quoque* Bellam. *num. 22.* Panor. *num. 42. & 47.* cæterique DD. *de dol. & contum.* Item ex Felin. *in c. Rodulphus num. 39. & 43. circa med. de rescript.* Lap. alleg. 89. *num. 11. vers. propterea num. 12. & ibi* Mandos. *de commun. verb. excommunicatus* Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 7. num. 9. versic. ideò de sent. excom. in 6.* Pute. *decis. 3. nu. 12. lib. 1.* Suar. *tom. 5. disp. 14. sect. 2. num. 18. & de legibus lib. 5. cap. 9. num. 5.* Alter. *de censu. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 2. col. 5. § sed quæri potest* Rota *decis. 602. num. 8. & decis. 534. num. 3. & seqq. par. 1. in recent. vbi quoque refertur idem dictũ fuisse in cau. Iacen. Archidiaconatus 23. Iulij 1601. coram Card. Pamphil. & in Placen. benefi. ij 1. Iulij 1611. coram Lancelloto.*

Ratio autem quare ante electionem suffragium dicatur procedere ab authoritate priuata: post electionem verò dicatur procedere ab authoritate publica, & à publico officio? explicata est supra *dub. 57. num. 6. & seqq.*

DVBIVM LXVII.

An suspensi vocem in capitulo habeant?

Hic tamen obiter aduerte, & alta mente repone (ne decipiaris) hanc pœnam suspensionis quæ per triennium irrogatur eligentibus indignum *per capit. cum in cunctis §. fin. de elect.* hodie non habere locum in electionibus Regularibus, & alijs quæ sunt inferiores episcopalibus per *c. si compromissarius de elect. in 6.* & glos. *in c. quamquam verb. secus eod. tit. & lib.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 98. ad fin.*

Quando autem suspensio præfata fertur ab homine. Vel generaliter quis suspenditur ab omnibus beneficijs sub iurisdictione suspendentis; & tunc suspensus non potest adipisci beneficium intra diœcesim durante suspensione vel vniuersaliter fertur suspensio à beneficijs sine vlla explicatione & tunc nec in territorio, neq; extra suspensus poterit assequi beneficium, maximè si non vigeat contraria consuetudo interpretandi huiusmodi sententiam coarctatam ad beneficia diœcesis. Ita notum est ex proximè citatis Doctoribus aliter non tenet electio iuxta Garc.

5 Secundum membrum conclusionis est suspensum à beneficio non impediri quominus eligere possit, vt expresse docent glos. in *capit. Wuoniensis verb. admiserant de elect.* vbi quoq; Panorm. *num. 10. & in d. cap. cum dilectus num. 20. de consuet. & in d. cap. apostolica num.* 8. Biax. *vbi supra num.* 1. Tabien. *num.* 3. Armil. *num.* 5. Suar. *tom.* 5. *disp.* 25. *num.* 34. Alter. *de cens. tom. 2. disp. 5. c. 2. col. penult. §. respondeo suspensum.*

Hoc posterius membrum rectè limitant Nauar. *c. 27. num. 163. vers. sexto* & Henriq; §. 4. verum scilicet esse respectu vocis, seu electionis, quæ aliunde competit; Secus enim si competat ei ratione illius beneficij, à quo est suspensus.

6 Tertia conclusio est suspensum simpliciter siuè a iure siuè ab homine nullo pacto eligi, vel eligere posse. Hæc conclusio apertè desumitur ex *cap. cum inter R. § fin. de elect.* Innoc. *in d. c. cum dilectus num.* 4. Panorm. *nu.* 18. glos. *verb. d. suspensis* & Bald. *nu.* 13. quos sequitur Rota *decis.* 860. *num.* 6. *coram Card. Seraphino.* Et probatur, quia sic suspensus intelligitur & ab officio, & à beneficio suspensus, si nec ex verbis, nec ex intentione iudicis colligatur limitatio Ioan. And. & Imol. *in d. c. cum dilectus* Felin. *in d. c. apostolica vers. dum potest in fin.* Sayr. *de cens. lib. 4. c. 4. nu.* 2. Henriq. *vbi supra §.* 2. Rota multis allegatis *decis.* 870. *num.* 2. *coram Card. Seraph.*

7 Quarta conclusio est suspensum ab Ordine non posse eligi ob rationem factam pro prima parte primæ assertionis. Non tamen suspensus huiusmodi suspenditur à iure eligendi, quia eligere ad iurisdictionem spectat; licet enim non sit propria iurisdictio, est tamen administratio quædam, quæ non competit ratione ordinis, sed beneficij vel dignitatis, aut ex alia simili causa. Hæc conclusio liquet ex Suar. *tom. 5. disp. 26. num.* 5. & Alter. *tom. 2. d. 4. c. 4. col. 4. § ex dictis colligi,* & latiùs patebit ex infra dicendis *dub.* 70. *num.* 6.

8 Quinta conclusio est quemlibet minori suspensione tantumodo affectum gaudere potestate eligendi actiua; sed non passiua. Hæc conclusio habetur ex Panorm. *in d. cap. apostolicæ. num. 2. & in d. c. cum dilectus num.* 29. & Azor. *vbi supra* & huc applicanda est cum proportione doctrina supra tradita de excommunicatis minori excommunicatione teste Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 1. quæst. 9. artic.* 2.

9 Vltimò notandum doctissimum Bonac. *de cens. disp. 3. punct. 4. in fin.* asserere acta per suspensum, qui non est nominatim denunciatus, valida esse, quia cum huiusmodi toleretur ab Ecclesia, cōsequenter illi nō adimitur iurisdictio, vt patet à simili ex dictis in superiori dubio de excommunicato tolerato. Et quamuis authoritas tanti Doctoris scientia & eruditione clarissimi his nostris tempestatibus apud me plurimi valeat. Attamen alia ratione conuincor non recedere ab authoritate contraria Sacri Senatus Rotæ Romanæ *decis. 534. num. 5. p. 1. in recent.* Non enim est par ratio de excommunicato occulto, & nō declarato; & de suspenso, quia suspensus etiam occultus censetur prohibitus ab exercitio iurisdictionis, vt ibi dicitur, & tradunt Nauar. *cap. 27. num. 251. & cons. 4. num. 3. de cler. excom.* Vgol. *tab. 4. cap. 10.* Henriq. *de suspens. c. 31. §. 2.* Sayr. *lib. 4. c. 1. num. 13.* Suar. *disp. 25. sect. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 18. p. 1.* Homob. *de casib. reseru. p. 1. c. 7. fol. mihi 241.* & idem Bonac. multis allegatis *de cens. disp. 3. p. 1. num.* 1. & per consequens collationis beneficiorum, quę est iurisdictionis *c. nosti. & c. transmissam de elect.* Lap. *alleg. 89. numero* 12. Et item electionis per supradicta. Excommunicatus verò non priuatur exercitio Ordinis vel Officij donec fuerit declaratus; sed tantùm communione Sacramentorum vt per eumdem Nauar. *c. 23. num. 2. & 150. vers. tertio dico.* Vnde gesta ratione publici Officij non annullat excommunicatio occulta, & non declarata. Ita Rota *vbi supra.*

DV-

DVBIVM LXVIII.

An interdicti, & item an celebrantes in loco interdicto ad electionem procedere valeant?

SVMMARIVM.

1 *Interdicti nec eligere, nec eligi possunt.*

2 *Item nec celebrantes in loco supposito interdicto.*

3 *An electio celebrata in loco interdicto teneat?*

1 D priorem partem dubij breuiter dico interdictos non solum ab actiua voce excludi *c. cum inter 1. de elect.* Host. *in sum. tit. de elect. §. quis potest eligere vers. sed breuiter dico* Biax. *in suo tract. de elect. p. 1. c. 19* Angel. *tit. electio num.* 8. Siluest. *eod. tit. 1. q. 4.* Tabien. *eod. tit. 1. num. 6.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 14. q.* 8. Manual prælat. *tom. 2. q. 23. art.* 8. Sed etiam à passiua iuxtà Angel. *num. 23.* Siluest. *q. 14.* Tabien. *num. 17.* Azor. *q. 9.* Manual prælat. *art. 11. concl. 5.* & Tolos. *in tit. de elect. c. 9. num. 19.*

2 Ad posteriorem partem dubij respondeo eum qui scienter celebrat in loco supposito interdicto (nisi super hoc priuilegiatus existat; aut à iure sit concessum eidem) amittere potestatem eligendi actiuè & passiuè *c. is qui §. is verò vbi glos. verb. cum alijs* & Anch. *num. 3. de sent. excom. in 6.* Panorm. *in cap. postulasti num. 5. de cler. excom. minist.* Henrich. Boich. *in cap. fin. num. 5. de excess. prælat.* Biax. *vbi supra c. 20. num. 1. & p. 2. c. 31. num. 1.* Nauar. *c. 27. num. 187. §. decimonono.* Sot. *4. dist. 22. q. 3. art. 1. concl. 5.* Henriq. *lib. 13. de excom. & interd. c. 46. §. 3.* Sayr. *de cens. lib. 5. cap. 13. num. 9.* & tandem omnes primò præcitati DD. in superiori assertione.

3 An postea talis electio habita in loco supposito interdicto teneat? Vide supra *dub. 16. num. 5. & 6.* vbi id decisum est.

DVBIVM LXIX.

An Prælati Regulares possint absoluere sibi subditos à quibusuis censuris?

SVMMARIVM.

1 *Quibus priuilegijs fruantur Prælati Regulares absoluendi sibi subditos à censuris.*

2 *Etiam in foro externo.*

3 *Exponitur c. nullam 18. q. 2. & respuitur interpretatio Rodriq.*

4 *Priuilegia supradicta nõ fauent omnibus Prælatis conuentualibus licèt extendantur ad Priores conuentuales Dominicani Ordinis.*

5 *Declaratio Sixti IV. circa concessiones Clem. IV. quò ad authoritatem absoluendi à casibus Papalibus.*

6 *An ablatæ sint dictæ concessiones per bullam cœnæ Domini?*

7 *Rodriq. negat, quæ opinio refellitur ab Authore num. 13.*

8 *Alij verò quam plures in affirmatiuam conueniunt, licèt varijs medijs.*

9 *Primum medium destruitur ab Authore numer. 14.*

Sub nomine Confessarij simplicis non venit Prælatus.

10 *Item secundum medium eneruatur num. 15.*

11 *Tertium medium quod approbat Author.*

12 *Quomodo differant inter se continere casus bullæ in genere, in specie, & in indiuiduo.*

16 *Expresso grauiore casu bullæ in indiuiduo, & reliquos in genere censetur omnes concessi indiuidualiter.*

17 *Minores gaudent priuilegio generali soluendi absoluendi à casibus cœnæ in genere.*

1 ONNVLLA extant priuilegia Summorum Pontificũ, & præsertim Clem. IV. Prælatis Regularibus concessa, quorum virtute possunt nedum Prælati maiores, & eorũ Vicarij, sed etiam inferiores, eorumdẽq; Vicarij absoluere sibi subditos, & alios eiusdẽ Ordinis interdũ ad eos declinantes à quibusuis censuris, excommunicatione scilicet, etiam Sedi Apostolicæ reseruata, nec non à suspensione & interdicto latis siuè à iure, siuè ab homine: Vel item eosdem dispensare si huiusmodi sententijs innodati, aut in locis suppositis interdicto diuina officia celebrantes, vel suscipientes Ordines notam irregularitatis incurrerint, prout videre licet *in compen. priuil. tit. absol. ordin. quò ad fratres nu. 4. 7. & 10. & in alijs locis* Sorb. *in resolut. mater absol.* Rodriquez *tom. 1. q. 20. ferè per totam, & præsertim art. 1. 2. 3. 4. & 21.* Cruz *de sta. relig. lib. 1. c. 6. dub. 15. conc. 3. 4. & 5. & dub. 6. concl. 2.*

2 Circa autem hanc conclusionem notanda occurrunt plura. Et Primò eam procedere pe-

re nedum in foro pænitentiali; sed etiam cõtentioso quo ad absolutionem spectat: Et hoc pręsertim virtute d. priuilegij Clem. IV. quod habetur in mari magno cõcessum fratribus Prædicatoribus, quia, scilicet, in eo sunt nonnulla verba per quæ comprahenditur quòd est concessa facultas absoluendi nedum in foro pænitentiali; sed etiam cõtentioso. Ita Rota penes Puteum *lib. 1. decis. 90. alibi 95.*

3 Secundò notandum occurrit eam non benè probari à Rodriq. *vbi supra art. 1. per cap. nullam 18. q. 2.* nam ex eo quòd in illo textu dicatur totam potestatem ad Abbatem pertinere; non rectè infertur Abbatem habere omnimodam iurisdictionem Pontificiam in subditos; quia si illud verbum *tota* non excludit Episcopum glos. & Rota *mox citanda*, Ergo multò minus excludet Summum Pontificem. Vult igitur ille textus totam potestatẽ ita pertinere ad Abbatem, quòd non ad Monachos glos. *ibidem verb. tota* quàm sequuta est Rota *decis. 15. num. 11. p. 1. in recent.*

Tertiò notandum occurrit licèt illa pote-
4 stas absoluẽdi à censuris extẽdatur ad Priores conuentuales, & eorum Vicarios in Ordine Prædicatorum: Attamen non per hoc extendi quoquè ad omnes Prælatos conuentuales qui aliter quàm per electionem instituuntur, eorumque Vicarios per ea quę fusè dicenda sunt *dub. 77. per totum*. Et item dicetur *dub. 120. per totum.*

Quartò notandum occurrit Sixtum IV.
5 prout refertur *in compen. tit. absolutio ordinaria quò ad fratres. Circa litteras Clem. IV. quibus concesserat Ministris, Vicarijs, & Custodibus fratrum Minorum facultatem absoluendi, & dispensandi fratres eiusdem ordinis nisi talia perpetrassent, per quæ meritò essent ad Sedem Apostolicã destinandi; declarasse dumtaxat esse ad Sedem Apostolicam destinãdos hæreticos relapsos, Schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent; Sed in reliquis omnibus etiam simonia prauitate irretitis posse per illos, quibus in his conceditur absolutionis, & dispensationis beneficium iuxta casuum exigentiam impertiri.* Et hæc sunt certa.

6 Sed iure optimo vertitur in dubium an huiusmodi concessio expirauerit per clausulam derogatoriam appositam in fine processus bullæ cœnę Domini tenoris sequentis *Cæterum à prædictis sententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, &c. absolui possit etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscunque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, &* [illegible]

quorumuis Ordinum etiam mendicantium, & c. . . . . in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum, nisi in eis etiam casus præsentibus literis expressi comprehendantur. At modò hæc vltima verba *nisi in eis etiã casus præsentibus literis expressi comprehendantur* à Paulo V. vsque nunc sublata sunt.

7 Rodriq. *tom. 1. quæst. 20. artic. 9.* cum quodam Doctore Margouicio aduersus Colect. comp. priuil. & Præpositum negat præfatum processum bullæ cęnæ Domini derogare memoratis priuilegijs cõcedentibus casus eiusdem bullæ; sed dicit derogare priuilegijs cõcedentibus casus Papales solummodò: Et hoc ait satis expressè indicare ea verba *nisi in eis casus etiam præsentibus literis expressi comprehendantur.*

8 Colect. verò Compen. priuil. *vbi supra* referens responsum Præpositi Confect. *in sum. priuileg. tit. de reg. confess. cap. 3.* Sorb. *tit. absolutio ordin. quò ad fratres fol. 19. & in resol. mater. absolut. fol. 54. & 55. in 2. edit.* Sayr. *de censl. lib. 3. cap. 25. num. 5.* Graff. *in append. lib. 1. c. 7. num. 21. & 23. de casibus reseru.* Crux. *de sta. relig. lib. 1. capit. 6. dub. 15. concl. 1.* Alter. & Duard. *inferius citandi* Coriol. *in expositione eiusdem bullæ in d. clausulam derogatoriam.* Et hanc opinionem dicit tutam, & in praxi seruandam Sanch. *in præcep. decal. lib. 2. capit. 11. à num. 26. vsque ad fin.* Hi omnes conueniunt quidem in affirmatiuam sententiam, abolectas, scilicet, esse pręfatas concessiones Mendicantium per memoratam bullam cœnæ Domini; Sed discrepant in assignanda ratione.

9 Quidam enim aiunt non simpliciter esse reuocata pdicta priuilegia p bullã cęnę, sed per Decretum Sacræ Congregationis de speciali mandato Clementis VIII. æditum *anno 1601. 9. Ianuarij* incipiens *Sacra congregatio, &c.* moderatum per aliud eiusdem Congregationis æditum *anno 1601. 26. Nouembris* quod incipit. *Cum autem.* Et confirmatum, ac innouatum à Paulo V. per suam constitutionem, quæ incipit *Quoniam sacra congregatio* æditam *anno 1617. die 7. Ianuarij*, vbi inhibetur Sacerdotibus omnibus tàm sęcularibus, quã Regularibus per vniuersam Italiam extra vrbem degentibus ad confessiones audiendas probatis quorumcumque Ordinum etiam mendicantium, &c. ne pretextu priuilegiorum, &c. ab vllo ex casibus clarè, vel dubiè in bulla diei cœnæ Domini contentis, &c. absolui possint, &c. vt est videre apud Duard. *in bull. cœn. Domini lib. 3. §.* 2. 9.

2.*q*.1.*num*.16. vbi de verbo ad verbum prædicta decreta refert. Et ita concludunt per dictam bullã non esse reuocata Regularium priuilegia, quæ hos casus in specie concedũt: Sed per supracitata decreta: Vnde hęc opinio quodamodò concordat cum opinione contraria Rodriq.

10 Alij aliam rationem afferũt dicentes prędictis priuilegijs derogari, cum quolibet anno illæ processus bullæ promulgetur cum noua reseruatione casuum, & cũ prędicta clausula derogatoria: Vnde consulunt ad effectum fruendi dictis priuilegijs Patrem Generalem curare, vt ponatur semper in bulla exceptio Religiosorum, quò ad fratres suos, vel eumdem Generalem præcipere, vt quolibet anno Procurator Ordinis transacta die Iouis Sancti post promulgationem d. bullæ obtineat facultatem absoluendi ab illis casibus omnes fratres, & alias personas, super quas, Prælati dicti auctoritatem exercent.

11 Alij denique rationem reuera validissimam adducunt, & est quia in bulla cęnæ Domini derogatur, *omnibus priuilegijs in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, & concedendorum, & supponendorum*, & non derogatur priuilegijs continentibus casus cęnæ Domini in indiuiduo. Si enim Pontifex abrogare voluisset etiam priuilegia hoc modo indiuidualiter loquentia per expressionem omnium casuum, vel per aliam clausulam idem importantem, vt nunc proximè explicabitur, non dixisset solùm in genere, & in specie: sed etiam in indiuiduo vt benè probant Alter *de cens tom*.1.*lib*.5.*disp*.22.*capit*.3.*col.penult*.§.*respondeo quantum*, & Duard. *vbi supra num*.8 *qui num*.9. addit hanc esse rationem quare Paulus V. abstulerit à bulla ea verba *Nisi in eis etiam casus præsentibus litteris expressi comprehendantur*, videlicet, quia non erant necessaria.

12 Ad clariorem autem huiusce rationis intelligentiam, & ad firmiorem confutationem opinionis contrariæ, & aliarum rationum, nõ erit alienum à re hìc declarare cum Alter, *vbi supra in fin*. & Duard. *num*.14. & 15. quid importent priuilegia in genere, in specie, & in indiuiduo.

Illa ergo priuilegia dicuntur continere casus bullæ cænæ Domini in genere, in quibus conceditur authoritas absoluendi à quibuscumque casibus, & censuris reseruatis Summo Pontifici. Et hoc procedit etiamsi vnum casum exprimat in particulari, & alios postea in genere: nam hi alij non expressi continentur tantùm in genere: ille verò expressus re vera est concessus in indiuiduo.

Illa autem priuilegia dicuntur continere eosdem casus in specie, quæ tribuunt facultatem absoluendi à casibus contentis in dicta cęnæ Domini legi consuetis. Et hoc quoque procedit etiam si vnus exprimatur in indiuiduo, & alios sic in specie, vt proportionabiliter explicatum est *sup*.

Illa denique priuilegia dicuntur continere casus bullæ in indiuiduo, in quibus datur licentia ab hoc, vel illo casu particulari, & nominatim, vt puta à crimine hęresis, appellationis ad futurum concilium, deprędationis maritimæ: Et sic exprimendo cæteros. Vel saltem si dicat Summus Pontifex in illis priuilegijs *se velle, vt dicti casus habeantur pro expressis, ac si de verbo ad verbum essent inserti*. Vel si in eisdem priuilegijs apposuisset clausulam. *Non obstantibus quibuscumque, &c. etiam si essent talia, quorum mentio facienda esset de verbo ad verbum, quorum tenores volumus habere pro expressis*. Per hanc enim clausulam tollitur necessitas inserendi tenorem contrariorum, vt probant multis allegatis Nauar. *in c. si quando except*.1.*nu*.1.*de rescript*. & Couar. *in rub. de testam. par*.2.*num*.58. Et multò magis id veritatem haberet si clausula esset huius tenoris. *Etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum esset facienda mentio, pro expressis habeantur* latè Gonzal. *supra reg*.8.*cancell. gloss*.36. *per totum, & præsertim num*.23. Tuich. *lit*.C. *concl*.350.*num*.6. *sequens cons*. Burr.2. & 49. Rota *decis*.109. *in fin. coram Greg. XV*. *vbi* Beltram. *in annot. num*.14.

13 His sic explicatis patet responsio primò ad Rodriq. d. Bullam cęnæ derogare priuilegijs in genere, & in specie, & per cõsequens dicto priuilegio: quia ex dictis perspicuum fit illud nullo modo continere casus bullæ in indiuiduo. Et illa verba *nisi in eis casus etiam præsentibus litteris expressi comprehendantur* quibus summoperè innititur ipse Rodriq. præterquam quod non erant necessaria, vt dictum *est supra* sunt etiam sublata ad præcidendam viam omnibus litibus.

14 Eadem responsio est ad illam primam rationem pro affirmatiua parte factam, quia, scilicet, derogata sunt priuilegia in genere, & in specie; Et si hoc modo non esset derogatum, vt dicta ratio supponit profectò nec etiam esset derogatum vigore præfat. Decreti Sacræ Congregationis, & probatur, nã vt rectè respondet Duard. *vbi supra quæst*.8. *num*.43. sub nomine Sacerdotum ad confessiones

siones audiendas probatorum non veniunt Episcopis & alij Prælati quibus ex vi muneris sui competit audiri confessiones: Statim enim ac quis ad Prouincialatum v.g. assumitur, facultatem habet audiendi cõfessiones; quoniam hęc facultas sibi necessaria est ad exercendum munus suum, & cui conceditur iurisdictio aliqua, concessa censentur ea omnia sine quibus iurisdictio illa exerceri nequit *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. cap. suspicionis, & c. præterea de off. deleg.*

15 Item patet responsio ad illam secundam rationem: videtur enim deficere in illo consulto; ita vt vel non cognouerit posse impetrari priuilegium in indiuiduo; vel si cognouerit, putauerit ei derogari per nouam publicationem bullæ, quæ in sequenti anno habetur, quod non videtur rectè dictum: Nam si aliquando fuisset concessum aliquod priuilegium indiuiduale Regularibus profectò non fuisset abrogatum per dictam solitam clausulam, iuxtà supradicta.

16 Sed his omnibus responsionibus objicies si Pontifex in priuilegijs exprimat facultatem absoluendi ab aliquo casu grauiore in indiuiduo, vt puta ab heresi, & posteà ab alijs in genere, vel in specie, eum censeri, ac si omnes expressisset in indiuiduo, vt videtur innuere Vgol. *in explicatione eorundem verborum. Nisi in eis casus etiam præsentibus literis expressi comprehendantur in fine num. 3.* teste ipsomet Duard. *vbi supra quæst. 1. num. 13.* Sed Sixtus IV. circa literas Clem. IV. superius allegatas, quibus concesserat facultatem absoluendi, &c. nisi talia perpetrassent per quæ essent meritò ad Sedem Apostolicam destinandi, declarauit, & expressit quatuor tantum casus esse, per quos sunt meritò ad Sedem Apostolicam destinandi, qui casus, vt ex supra dictis latiùs notum est, sunt ex grauioribus casibus in cena Domini contentis. Ergo censetur Pontifex concessisse omnes in indiuiduo, dum grauiores indiuidualiter expressit, & reliquos in genere.

Maior probatur nam si quando Pontifex exprimit casum grauiorem in indiuiduo, & reliquos in genere, non censeretur concedere omnes in indiuiduo, sequeretur non leue absurdum, concessam, scilicet, esse facultatem absoluendi à grauiore, & non postea à minus grauibus.

Respondeo quidquid sit de hac opinione Vgolini hoc argumentum nihil concludere contra nos: nam latet fallacia in minori: illa enim clausula apposita in priuilegio *n si talia perpetrassent, per quæ essent meritò ad Sedem Apostolicam destinandi* declarata à Sixto IV. per enumerationem illorũ quatuor casuum non est apposita ad concedendam authoritatem absoluendi ab eisdem casibus, vt supponit arg. Sed est adiuncta ad limitãdam illam authoritatem iam in genere cõcessam, & ad negandam facultatem absoluendi ab illis quatuor enumeratis casibus: ita vt sit sensus illos nominatos Prælatos posse dispensare, seu absoluere ab omnibus casibus Papalibus præter illos ibi enumeratos: & ideò concluditur illud continere casus in cœna Domini tantumodò in genere. Quidquid in terminis aliter dicat Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 21. nu. 1. vsq; ad 9.* cuius respõsionis error est q. & ipse nõ cognouit priuilegium indiuiduale. Vide ibi eum vbi latè de hac quæst.

CAPVT QVARTVM
De irregularitatibus.

DVBIVM LXX.

An Religiosi irregulares sint ineligibiles?

SVMMARIVM.

1 *Qui actus prohibeantur, & non prohibeantur irregularibus.*
2 *Electio seu prouisio de irregulari ad Prelaturam est ipso iure nulla.*
3 *Quare irregulares non sint inhabiles ad Definitoratum, Discretatũ, & huiusmodi, &c.*
4 *Definitores iurisdictione tantumodò gaudent in foro contencioso.*
5 *DD. asserentes irregularem non posse eligere.*
6 *DD. asserentes contrarium, quos sequitur Author, num. 8.*
Irregulares non priuantur potestate eligendi quæ eis competit ratione benefi. ij, nisi etiam eo priuentur.
7 *Potestas eligendi non dependit à potestate Ordinis, & ideò vno prohibito, non prohibetur alterum.*
8 *Exponitur* cap. is qui de sent. excom. in 6.

Quid impotent copula, & ac dicto adeò.
9 *Poena irrogata homicidis notoriis seu de homicidio infamatis, vel condemnatis.*
10 *Qua notorietas, vel diffamatio requiratur ad hunc effectum.*
Alternatiua, vel disiunctiua arguit similitudinem.
Rigorosa interpretatio fieri debet quando agitur de tollenda poena, & impunitate inducenda, mitior verò interpretatio est eligenda quando agitur de interpretanda mente legislatoris circa nouas poenas.

1 Ro fundamento dicendorum praenotanda sunt duo tàquam certa apud omnes. Primum est omnia ea munera, quę ordinantur, vel sunt annexa ad vsum Ordinis vetari irregularibus iure canonico. Secundum est irregularem non prohibere exercere actus iurisdictionis, administrationis, & huiusmodi, qui per se non requirunt influxum potestatis Ordinis, vel non competunt ratione beneficij etiam simplicis.

De *ratione beneficij etiam simplicis*, quia eius quoque incapax est irregularis ex communi omnium sententia, vt ex infra proximè citandis Doctoribus notum est. Ratio est, quia de iure canonico hęc beneficia, & praebendae dantur clericis, vt faciliùs inducantur ad Sacros Ordines suscipiendos *clem. 2. de aet. & qualit.* & per consequens nisi habilibus ad eos obtinendos, vt habetur de stylo curiae. Sed irregulares ad eorumdē vsum, & receptionem inhabiles sunt. Ergo, & ad dicta beneficia: quandoquidem beneficium datur propter officium *c. fin. de rescript. in 6.*

Haec hucusque dicta intellige cum Nauar. *c. 27 num. 252.* Suar. *tom. 5. disp. 40. sect. 2. num. 38.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 2. num. 23.* Less. *infra citando* Auil. *de cens. p. 5. disp. 2. dub. 6. concl. 3. versic. sed circa has duas.* Garc. *de benef. p. 7. c. 12. num. 19.* vbi latè, & aliis, vt non procedat, quando irregularitas talis est, vt licèt impediat vsum vnius Ordinis non tamen impedimentum praebet vsui alterius Ordinis iam suscepti ante irregularitatem, modò talis defectus sine culpa contractus sit. Vnde in hoc casu poterit is aquirere beneficium, sine dispensatione, tale tamen, vt non expostulet maioris Ordinis vsum, quàm illius, quem exercere valet.

2 His praegustatis accedo ad solutionem. Et quò ad vocem passiuam spectat, respondeo duplici conclusione. Sit igitur prima Collatio, electio, seu prouisio de Religioso irregulari habita ad Praelaturā Regularem, est ipso iure nulla, & inanis Couar. *in reg. peccatum p. 2 §. 3. num. 6. & 7. & in c. alma mater p. 1. §. 7. num. 1. & §. 8. num. 3.* Nauar. *num. 251. dicto septimo.* Azor. *par. 2. lib. 6. c. 7. q. 2.* Less. *de iust. lib. 2. c. 34. num. 120.* Auil. *vbi supra* Garc. *c. 11. num. 2.* Rota *decis. 44. num. 2. & 5. par. 2. in recent.* & alij quamplures cum eis ab his relati. Et in terminis Suar. *nu. 42. & de re. tom. 4. lib. 2. c. 4. nu. 26. & 27.* & Sayr. *num. 25.* Et ratio est, quia dicta Praelatura annexum habet pastorale munus, in quo est principale spiritualium functionum ministerium, quod sine vsu Ordinum non completur: Sed irregularis ab huiusmodi vsu arcetur, vt dictum est. Ergo & à Praelatura Regulari, quia prohibito vno, consequenter prohibetur, & aliud, quod connexum est cū illo glos. *in cap. studeat dist. 50. verb. vt idc.*

Et quamuis neque ex hac ratione, neque ex iuribus, rectè inferatur talem electionem esse irritam ipso iure, Attamen ita est cum communi tenendum, saltem quò ad totalem irregularitatem quia vsus ipse interpretari potuit hunc esse sensum iurium: verisimile est autem vsum, & praxim esse iuxta communem sententiam. Ita Suar. *de cens. nu. 36.* & Less. *versic. nihilominus in praxi.*

3 Secunda conclusio est Irregularibus Religiosis non occludi aditum ad munera Definitoratus, & Discretatus, & huiusmodi, quae habent meram iurisdictionem, seu administrationem ab Ordine seu beneficio non dependentem. Et quidem de Discretatu per se patet. De Definitoratu autem probatur. 4 Definitores namque iurisdictione tantummodò gaudent in foro contencioso, & externo, in adiudicandis, scilicet, causis, conferendis Guardianatibus, & huiusmodi aliis. Sed hęc (vt mox cum proportione dicam) nec a potestate Ordinis manant, nec ordinantur ad eam. Nec item hęc eis competunt ratione beneficij etiam simplicis. Ergo Definitoratus meram iurisdictionem, seu administrationem habet non dependentem ab Ordine vel beneficio. Quòd autem nec etiam ratione beneficij simplicis praedicta competant dictis Definitoribus, liquet ex eo, quia quāuis Definitoratus fortan posset dici beneficium, prout potest sufficienter colligi ex dictis ab Azor. *p. 2. lib. 3. cap. 1. per totum* Gonzal. *sup. reg. 8. cancell. glos. 8. num. 110. vsque ad 115.* & Garc. *de benef. par. 1. cap. 6.* Attamen non habet similitudinem aut proportionem cum

eum tali beneficio quantum ad rem pręsentem attinet;per dicta *num.* 1. Suar. *vbi sup.*

5 Quò verò ad electionem actinam attinet, quę est posterior pars solutionis propositi dubij Anchar. *in cap. is qui num. 3. de sent. excom. in 6.* Siluest. *tit. electio* 1. *q.* 4. & Azor. *cap.* 14. *q.* 9. asserunt irregularem inhabilem esse ad ferendum suffragium in electione per illum tex.

6 At Archid. contrarium videtur sentire ex eo quod dicit id non haberi in iure. Et post Nauar. *c.* 27. *num.* 244. Suar. *num.* 27. apertè tueatur irregularem voce actiua non priuari: & eum sequuti sunt Filliuc. *cap.* 3. *quæst.* 6. *num.* 75. & Bonac. *de cens. disp.* 7. *q.* 1. *punct.* 4. *num.* 18. Et ratione probatur: Nam irregularis, vel est inhabilis, & priuatur voce actiua quia vox ei competit ratione beneficij ante irregularitatem contractam acquisiti: vel quia competit ratione Ordinis.

Non primò quia licèt irregularis de nouo beneficium recipere non possit, vt supra dictum est; non tamen est ipso iure priuatus beneficijs ante irregularitatem contractam adeptis; sed est solummodò priuandus, vt probant omnes, & pręsertim Sayr. *num.* 24. & Auil. *concl.* 4. Nec per consequens, vt subdit Suar. amittit iurisdictionem, administrationem, & fructus beneficij. Sed vox ad iurisdictionem, seu administrationē spectat, *dub.* 67. *num.* 7. Immò inter fructus beneficij computari potest, sicuti inter fructus Episcopatus connumerare decet collationem beneficiorum. Ergo irregularis, cui competit eligendi potestas ratione beneficij, ea non priuatur ipso iure.

7 Non secundò: quia non ex eo quòd irregulari sit prohibitus vsus Ordinis prohibetur quoque ius eligendi, id enim non est annexum illi, nec ab eo dependens. Et probatur nam licèt ius eligendi ad spiritualia munera pertineat, clericorumque proprium sit *c. sacrosancta, & c. massana de elect.* Panorm. in *c. cum super num.* 4. *de confess.* id tamen euenit, quia pertinet ad potestatem spiritualē, quę laicis non tribuitur *vt in d. cap. sacrosancta, & c. Massana* non verò quia sit actus Ordinis. Quòd si ius Ecclesiasticum vt *d. clement.* 2. & Conc. Trident. *sess.* 22. *c.* 4. *de reform.* requirit aliquem sacrum Ordinem in eo cui conferendus est actus eligendi, hoc nō est quia potestas Ordinis sit principium talis actus; sed vt vel fiat electio à persona digniori qualitate insignita, vel vt præbendati Ordinem Sacrum suscipere adstringantur, vt in vtroque textu dicitur. Aliàs non posset Summus Pontifex, vel consuetudo ius eligendi dare alicui nullum Ordinem habenti, quod falsum est, vt perspicuum fiet de Religiosis laicis *dub.* 91. *per totum.* Si igitur eligendi potestas potest stare sine potestate Ordinis. Ergo non est eius actus. Ergo prohibito vsu Ordinis non prohibetur ius eligendi: vtile namque per inutile non debet vitiari *c. vtile vbi* Dyn *de reg. iur. in 6.*

8 Pro resolutione hęc posterior sentētia mihi planè arridet nisi aliud speciali iure caueatur in aliqua speciali irregularitate, & ad contrariam opinionem, quę se fundat in illo textu *is qui de sent. excom. in 6.* dico illum potiùs contrarium innuere: habet enim. *Is verò qui scienter in loco celebrat supposito interdicto, &c. irregularitatem incurrit, & adeò efficitur ineligibilis, quòd nec ad eligendum cum alijs debebit admitti.* Quę verba supponunt irregularem esse quidem ineligibilem passiuè; sed non actiuè quia Pontifex superaddit pęnam ineligibilitatis actiuæ ad pœnam ineligibilitatis passiuæ quam habet à se irregularitas: quod satis apertè innuit illud verbum, siuè illa dictio *adeò* quæ idem importat quod immò, vel potius, seu amplius. Calepini *dictionarium vndecim linguarum verb. adeò.* Et maximè cum illa præcedenti copula Torsellinus *de particulis latinæ orationis c.* 5. *num.* 3. Et confirmatur ex vi illius copulæ quæ non solùm de sui natura copulat diuersa *l. ea tamen adiectio ff. de leg.* 3. *glos. in extrau. suscepti ne b. vel electio de elect. & in extrau. ad conditorem verb & rectoribus de verb. signif. glos. in c. quarelam verb. non potuit ad med. & ibi quoque* Panorm. *num.* 6. *cæterique* DD. *de simon.* & multis allegatis Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 3. *numero* 12. Sed etiam auget, & ampliat dispositionem Rota *decis.* 21. *num.* 3. *coram Greg. XV.* vbi iura, & DD. cumulantur. Sensus ergo germanus illius tex. est *Is verò, &c. irregularitatem incurrit: & adeò efficitur ineligibilis quod, &c.* idest & vltra eam ineligibilitatem, quam habet a dicta irregularitate, nec ad eligendum cum alijs debebit admitti.

9 Dixi *nisi aliud speciali iure caueatur in aliqua speciali irregularitate*: quia tunc secus est asserendum, vt v. g. exemplum fit de homicidis notorijs, vel de infamatis de homicidio, seu condemnatis: nam hi non possunt eligere, quia infamia perpetuò notati sunt, & ab omni actu legitimo suspensi sunt à Pio II. per suam constitutionem *ad retinendas* ędictam *anno* 1461. 28. *Ianuarij* quam confirmauit Pius V. per suam quoque c[...]tionem

ex ſuperna diſpoſitionis anno 1566. 3. *Iulij*. & denique vtramque quò ad hoc in ſuo ſtatuit robore per manere Sixtus V. in ſua bulla. *Hoc noſtri Pontificatus anno* 1585. 1. *Iulij*. Sed eligere eſt actus legitimus *dub*. 86. *num*. 7. Ergo, &c.

Hìc autem nè decipiaris aduerte has pœ-
10 nas non ſimpliciter fuiſſe impoſitas pro homicidio; ſed cum qualitate notorietatis, infamationis, ſeu condemnationis. Vnde ſequitur qualitatem notorietatis vel infamationis debere eſſe talem, quæ ſufficiat ad condemnandum: Conſequentia patet ex alia qualitate condemnationis, cum enim inter iſtas qualitates ponatur alternatiua, ſeu diſiunctiua, licèt ponatur inter diuerſa, tamen arguit ſimilitudinem, & conformitatē Bapt. *in l.* 1. *nu*. 6. *de offic. proc*. Cæſar citatus à Cephal. *conſ*. 126. *num*. 5. *lib*. 1. Roman. *conſ*. 231. *num*. 2. Et dictio *ſeu* poteſt ſtare expoſitiuè, vt per Dec. *conſ*. 399. *num*. 5. Gemin. *conſ*. 115. *num*. 7. Ergo qualitas diffamationis, vel notorietatis debet eſſe talis quæ equipolleat condemnationi: ideſt ſit pęnitus inexcuſabilis vt nulla tergiuerſione poſsit cælari: nā ſi ſit dubium an aliqua Reo competat defenſio, tale notorium non facit, vt ſine citatione poſsit procedi ad condemnationem Bald. *in l. ea quidem num*. 43. *C. de accuſ*. Franc. *in c. ex inſinuatione num*. 3. *de appell*. Eſt igitur cenſendum Romanos Pontifices in prædictis bullis intellexiſſe de diffamatione vel de notorietate tali ex qua poſsit ſequi condemnatio. Ita Rota *deciſ*. 393. *num*. 11. *&* 12. *coram Cardin. Seraph*. vbi ſubdunt Domini quòd ſi aliter interpretemur eaſdem bullas vtique redderemus earum diſpoſitionem iniquam, & contra regulas iuris communis, ac fore tales quæ merebuntur à Sapientibus reprehendi; maximè cum ſint nouæ pænæ contra homicidas inductæ, neque per interpretationem agatur de tollenda pæna, & impunitate inducenda quo caſu interpretatio rigoroſa fieri deberet Alex. *in l.* 1. *de verb. oblig. num*. 25. ſed tantùm de interpretanda mente Papæ circa nouas pęnas homicidis irrogandas, quo caſu mitior interpretatio eſt eligenda; maximè cum ſit conformis diſpoſitioni iuris communis: & ideò non poteſt Iudex condemnare, vel declarare homicidam, vti notorium niſi probata huiuſmodi qualitate iuxtà doctrinam Bald. *in d. l. ea quidem nu*. 43. *verſic. vnde aduerte C. de accuſ*. Et idem dicendum ſi vellet condemnare vti diffamatum. Vnde ſequitur quòd etiamſi concedamus non eſſe neceſſariam declaratoriam, tamen eſt falſtem neceſſarium vt ſit articulata, & probata prędicta qualitas notorietatis, vel diffamationis. Rota *vbi ſupra*.

DVBIVM LXXI.

An Prælati Regulares gaudeāt facultate diſpenſandi ſibi ſubditos à quacumque irregularitate?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia quorum virtute Prælati Regulares diſpenſant ſuper irregularitatem.*
2 *Iidem Prælati poſſunt diſpenſare ſuper bigamiam ſimilitudinariam.*
3 *Quæ ſit bigamia ſimilitudinaria, quæ vera, & quæ interpretatiua.*
4 *Priuilegium concedens diſpenſationem ſuper homicidium vinit num*. 6.
5 *Iidem Prælati poſſunt diſpenſare ſuper mutilationem membrorum, ſicut Epiſcopi.*
7 *Item diſpenſant ſuper homicidium quod non eſt notorium.*
8 *Quid requiratur ad hoc vt homicidium dicatur publicum.*
9 *Non diſpenſant ſuper homicidium deductum ad forum contenciosum.*
10 *Secus verò dicendum ſi non fuerit intimatum Parti à Iudice per longum tempus.*
11 *Et idem iuris eſt, ſi Reus fuerit abſolutus à dicto foro contencioſo ex defectu probationis.*
12 *Etiamſi ipſemet Reus falſis teſtibus iniquè ſe tutatus fuiſſet.*
13 *Item iidem Prælati diſpenſant ſuper homicidium iam in foro contencioſo punitum.*
14 *Item ſuper homicidium caſuale, tàm ſecretum, quàm publicum.*

1 VLTA extant priuilegia Prælatis Regularibus conceſſa, quorum virtute poſſunt diſpēſare cum ſibi ſubditis ſuper quamcumque irregularitatem ex quauis cauſa prouenientē, excepta ea, quę oritur ex homicidio voluntario bigamia, & mutilatione membrorum, vt patet ex compen. *priuil. tit. diſpenſatio num*. 12. *&* 13. *& tit. abſolutio ordinaria quò ad fratres fol*. 20. *edit. brix*. Immò etiam poſſunt diſpenſare ſuper homicidium, & mutilationem membrorum; dummodò tamen aliquid horum

tum non ſit notorium: & hoc propter ſcandalum iuxtà priuilegium Martini V. relati *in compen. tit. diſpenſatio num.* 24. & alterius ſimilis relati *in compen. ſociet. Ieſu tit. diſpenſatio* §. 1. Et ita ſuſtinent Cord. *in annot. ad Compen. vbi ſupra verſic. quò ad* §. 24. Rodriq. *tom.* 1. *q.* 24. *art.* 12. Manual prælat. *tom.* 2. *q.* 8. *art.* 10. *concl.* 2. & Cruz. *de ſta. Relig. l.* 1. *capit.* 6.

2 *d.* 19.

Circa autem has omnes conceſsiones excipientes facultatem diſpenſandi ſuper bigamiam, aduertendum eſt eas intelligendas eſſe de bigamia vera, vel interpretatiua: non verò de bigamia ſimilitudinaria, quia ſuper hanc poſſunt diſpenſare Epiſcopi de iure communi *c.* 1. *&* 2. *qui cler. vel vou.* Ergo, & prædicti Regulares per latè dicta *dub.* 51. *per totum*, & tradit in terminis Suar. *tom.* 5. *diſp.* 49. *in fi.* Super bigamiam autem veram, vel interpretatiuã nequeunt diſpenſare: Quamuis enim aliquibus fortaſſe non improbabile eſſet dictos Prælatos poſſe diſpenſare, etiã ſuper has bigamię ſpecies ſibi ſubditos, quò ad Ordines ſaltem minores: Improbabile tamen omninò erit extendere eorum authoritatem ad diſpenſandum ſuper bigamiam veram, vel interpretatiuam, quò ad dignitates, vt benè aduertit Palud. quem refert, & ſequitur Sayr. *de cenſ. lib.* 6. *c.* 6. *in fin.*

3 Sed rogabis quænam dicatur bigamia ſimilitudinaria, quæ vera, & quæ interpretatiua? Reſp. bigamiam ſimilitudinariam contrahi, quando quis poſt votum ſolemne caſtitatis emiſsũ in profeſsione Religionis. vel in ſuſceptione Sacrorum Ordinum matrimonium celebrat cum aliqua Virgine vel corrupta, eamque carnaliter cognoſcit *cap. quotquot* 27. *q.* 1. *& c. nuper. de bigam.*

Quando verò contrahatur bigamia vera, vel interpretatiua vide Suar. *d. diſp.* 49. *per totam* Sayr. *vbi ſupra cap.* 4. *per tot.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 83. 84. *&* 85. Rodriq. *tom.* 1. *q.* 24. *art.* 7. Garc. *de beneſ. p.* 7. *c.* 6. *num.* 15. & nouiſsimè multis relatis Bonac. *de cenſ. diſp.* 7. *q.* 2. *p.* 5. & alios.

4 Item circa poſteriores conceſsiones dantes facultatem diſpenſandi ſuper homicidium, &c. aduertendum eſt eas non eſſe abrogatas per Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reform.* negans huiuſmodi facultatem Epiſcopis, quidquid dicat Sorb. *in reſol. mater. fol. mihi* 49. *edit. brix. verſic. benè tamen.*

5 Et primò quò ad mutilationem membrorum attinet, probatur; Nam Epiſcopi hoc poſſunt virtute eiuſdem Decreti Conc. Trident. prout declarauit Sacra Congregatio teſte Suar. *tom.* 5. *diſp.* 44 *ſect.* 2. *num.* 4. Garc. *de beneſ. p.* 7. *c.* 11. *num.* 32. & Homob. *de caſib. reſeru. p.* 2. *c.* 3. *fol. mihi* 304. & latè ſuſtinent Henriq. *lib.* 13. *c.* 57. §. 1. *iuncta gloſ. l. H* Tolet. *lib.* 1. *c.* 88. *num.* 6. *& cap.* 89. *num.* 3. Rodriq. *tom.* 1. *q.* 24. *art.* 10. Molin. *de iuſt. tract.* 3 *diſp.* 79. *num.* 8. Reginald. *lib.* 30. *tract.* 2. *num.* 92. Manual prælat. *tom.* 2. *q.* 8. *art.* 11. Bonac. *de cenſ. diſp.* 7. *q.* 4. *punct. vlt. num.* 11. & alij, quidquid in contrarium ſentiat Sanch. *in præcep. decal. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 49. Sed idem decretum Conc. extendit Pius V. ad Prælatos Regulares iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, vt liquet ex Sorb. *in reſol. mater. abſol. in princ.* Rodriq. *tom.* 1. *q.* 61. *art.* 9. *in fin. & in ſumma priuilegiorum in bullis Pij V. bull.* 13. & Suar. *tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.* 2. *num.* 7. Ergo, & ipſi Prælati Regulares hoc poſſunt.

6 Quòd verò memorata conceſsio Pontificia facta Prælatis Regularibus non ſit abrogata per idem Decretum Cõc. quò ad illud, quod ad homicidium voluntarium ſpectat, patet ex doctrina quam tradit Rodriq. *tom.* 1. *q.* 8. *art.* 7. quam approbat Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 18. *in fin.*

7 Dictum eſt in illo priuilegio Martini V. *Dummodò tamen aliquid horum non ſit notorium, & hoc propter ſcandalum.* Ex quibus verbis infertur primò dictam cõceſsionem nedum extendi ad homicidium penè occultũ, quod ab omnib. ignoratur: ſed etiã ad illud, quod abſolutè dicitur occultum, etiamſi ſit probabile *capit. veſtra de cohabitat. cleric.* Ita Cord. Rodriq. Manual prælat. & Cruz. omnes *vbi ſup. primò citati*, & colligitur ex Nauar. *c.* 27. *num.* 255. Toler. *lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 6. Auil. *de cenſ. p.* 2. *c.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 12. *concl.* 2. *& p.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 6. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 30 *ſect.* 2. *num.* 2. *& tom.* 5. *diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 37. *num.* 11. *& lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 55. *& in præcep. decal. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 79. Bonac. *de cenſ. diſp.* 7. *q.* 5. *p.* 1. *num.* 5. *ante med.* vbi refert Sacræ Congregationis declarationem ſuper Conc. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. & ex alijs loquentibus de huiuſmodi facultatibus abſoluẽdi, diſpenſandique in occultis.

Ad hoc autem vt homicidium dicatur pu-
8 blicum non ſatis eſt, vt actus mortis occiſi, qui eſt delictum, ſit publicus: ſed neceſſariò publicum eſſe debet mortuum ab aliquo, ſeu ab aliquibus occiſum, trucidatumque fuiſſe. Sic tradunt in ſimili caſu Nauar. c. 27. *num.* 155. *verſic. duodecimò.* Emanuel *in tit. epiſcopus num.* 35. Henriq. *lib.* 14. *capit.* 20. *num.* 4. Sayr. *de cenſ. lib.* 7. *c.* 13. *num.* 13. Rodriq. *in ſum. p.* 1. *c.* 166. *num.* 3. Sanch. *de ma-*

trim.lib.8. disp. 34. *num.* 56. & Reginald. *lib.* 30.*tract.*2.*num.*30. Atque adeò hoc dictum amplia, vt si homicidium extaret quidem publicum, vti dictum est, & adhuc tamen ignorarentur occisor, vel occisores; tunc dictum homicidium in casu nostro diceretur occultum; ita vt beneficium dispensationis vigore memorati priuilegij Reus in Religione obtinere valeret Palud. 4.*dist.*19.*q.*4.*quem referunt, & approbant* Siluest. *tit. correctio q.* 8. Armil. *eod. tit. num.* 8. & idem docent alij præsertim verò Graff. *p.* 1. *decis.lib.*1.*cap.*13. *num.* 43.

Dixi *necessariò publicum esse debet mortuum ab aliquo, vel ab aliquibus occisum, &c.* & item dixi. *Et adhuc tamen ignorarentur occisor, vel occisores*, quia si noti essent occisores, & publici; omnes essent irregulares publicè, licèt non appareret ex cuius illorum percussione occisus fuisset *c.fin.*23.*q.* 8. Couar. *in clem. si furiosus p.*2.§.2.*num.* 5. Immò si certò constaret ex cuius illorum vulnere occisus fuisset, adhuc quoque essent irregulares alij omnes, qui solùm vulnerassent, quia inferens vulnus ei, qui propemodum erat moriturus nihilominus fit irregularis *c.significasti* 2. vbi communiter canonistæ *de homicid.* Tabien. *tit.irregularitas* 3.*num.*6. Maiol. *lib.*5. *de irregularitate c.*48.§.4.*num.*6. Fastol.*dub.* 34. Atque adeò dico etiam fieri irregularem eum, qui ex eo solùm quòd armatus spontè exiuit cum alijs ad occidendum aliquem, qui fuit occisus, licèt ipse nihil commiserit *c.sicut dignum* § *fin.de homic.* Specul. *lib.*1.*tit.de dispensatione* §.4.*num.*5. *&* 6. Candelab.aur. *tit. de irregularitati num.*273. & Rota *decis.*260.*nu.* 3. *par.* 1. *& decis.* 44. *per totam p.* 2. *in recent.* Vide Bonac.*de cens.disp.*7.*q.*4.*p.*8.*num.*29.*& seqq.* vbi pluribus relatis hanc materiam tractat.

Excipe tamen ab hoc dicto bellum iustū; Nam si clericus exerceat militiam in bello iusto etiam adhortando ad victoriam generaliter, & percutiendo, non efficitur irregularis, nisi ipse occidat, vel deformet *c. petitio* vbi Panor. *num.* 3. *de homic.* Nauar.*c.*27.*num.* 215. nouissimè pluribus relatis Bonac. *de cens.disp.*7.*q.*4.*p.*4.*num.*7. & Rota *decis.*3.*nu.* 5.*p.*1.*in recent.*

9 Secundò infertur, ex dicta clausula *dummodò tamen aliquid horum nō sit notorium, &c.* Prælatos Regulares non posse dispensare in memorata irregularitate, quando homicidium deductum est ad forum contenciosum per accusationem, aut denunciationem: Et hoc intelligitur etiamsi delictum non possit in eo plenè probari Ratio est nam quemadmodum à Conc.Trident. *sess.*24.*cap.* 6.*de reform.*in tali casu delictum existimatur sufficienter publicum, vt eius dispensatio Episcopis negetur, vt colligitur ex eod. Conc. & notatur à Suar.*tom.*5.*disp.*41.*sect.*2.*num.*6. & Sanch.*num.*57.& Bonac. *vbi supra*. Ita quoq; nunc idem asserendum est.

10 Hanc illationem limita, vt post delationem delicti ad Iudicē sit parti intimatum: quia sæpè crimina multa deferuntur ad Iudicem, quæ tamen per longum temporis spacium postea non intimantur, Parti à Iudice vel propter defectum testium, vel ob aliam causam. Vnde quamuis Prælatus Regularis non debeat absoluere eum, cuius crimen deductum est ad forum contentiosum; sed ei fit expectandum si forte probetur: Si tamen post aliquod tempus eidem constiterit actorem non progredi in probatione, poterit eum dispensare iuxtà doctrinā *glos. verb. obrepsit, in c. tantis dist.* 81. *& c. omnipotens de accus.*Sayr.*de cens.l b.*4.*c.*17.*num.*22.*& lib.*7. *c.*7.*num.*11. Graff. *tom.*1 *cons.lib.*5.*de homic. cons.*2.*num.*20.& Sanch *num* 58. Campan.*in diuers.iuris canon.rub.*7.*c.*5 *num.*8.*& rub.*11. *c.*23.*num.*144.*penes* Barbos. *de offic.episc.p.*2. *alleg.*39.*num.*34.

11 Et idem iuris est si Reus à memorato foro contencioso fuisset absolutus, quia eius delictum nō fuisset probatum: Et ratio est nam homicidium tunc remanet occultum, & redactum ad statum pristinum. Et ita circa præfatum Tridentini Decretum sustinent Vuiuald.*in candel.aur. tit. de excom. num.*42.Graff *p.*1.*decis.lib.*1.*cap.*13.*num.*44. *& in cons. vbi sup.*Sayr.*de cens.lib.*4.*c.*17.*num.* 23.Suar.*de cens.disp.*41.*sect.*2.*num.*6. Molin. *de iust.tract.*3.*disp.* 29. *num.* 8. *versic.* 2. *&* 3. Auil.*de cens.p.*7.*disp.*1.*dub.*11.*col.*3.& Sanch. *de matrim.lib* 8.*disp.*34 *num.* 57. Bonac. *vbi supra*. Quod etiam locum habet quamuis

12 Reus iniquè falsis testibus adductis se tutatus fuisset Sayr.*lib.*7.*c.*7.*num.* 12. Henriq. *lib.* 14.*c.*20.*num.* 4. Emanuel sà.*tit. Episcopus nu.* 34. Rodriq *in sum.p.*1.*cap.*167.*num.*4.& Sanch. *de matrim.disp.*27.*num.* 12. *& lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 57. vbi expressè notat contra Suarez, id quoq; procedere, etiamsi homicidium esset in iudicio probabile.

13 Tertiò infertur ex eadem clausula posse dispensari à Prælato Regulari homicidum cuius delictum deductum fuit ad forum contenciosum, & iam iudicio finito punitum. Ratio est, quia memoratum priuilegium excipiendo delictum notorium propter scandalum, intendit primò, vt fori contenciosi authos

authoritas seruetur. Sed hæc in casu nostro nullo modo læditur. Secundò vt prouideatur scandalo, sed huic sufficienter prouisum est, quia ex delicto non generatur scandalū, quando in judicio debita pœna mulctatur. Ita in terminis de supradicto decreto Tridentini sustinent Auil. *de cens. par.7. disp.*10. *dub.*7. Sanch. *in precep. decal. lib.*2.*c.*11.*num.* 21. Henriq. *lib.*14.*cap.*7.*num.* 5. & Reginald. *lib.*30.*tract.*2.*num.*29.*vers. sextum*. Et licet non improbabiliter contrariam opinionem amplectentur Sayr. *de cens. lib.*4.*cap.*17.*num.* 23. Gutierez *lib.*1. *qq. can. c.*3.*in fin.* & Suar. *disp.*41.*sect.*2.*num.* 5. Garc. *de benef. par.*7. *cap.*11.*num.* 50. & Bonac. *vbi sup* & Barbos. *vbi sup. num.*35. Attamen prima opinio mihi magis arridet in terminis supradicti priuilegij, in quo ratio finalis exprimitur, videlicet *propter scandalum*: quæ ratio videtur benè, & congruè comprehendere quoque casum hunc iuxtà doctrinam latè traditā *dub.* 123. Et huic eidem opinioni videtur fauere Rota *decis.*573. *lib.*3. *par.* 3. *diuers.* in qua decisum fuit, validè obtentam fuisse gratiā expectatiuam à quodam, & si antea fuisset declaratus excommunicatus ex causa cuiusdam fideiussionis, cum clarè ipse ostenderet se satisfecisse illi debito, & postea absolutum fuisse à quodam Presbytero vigore bullæ cruciatæ.

14 Vltimò infertur eosdem Prælatos Regulares tum vigore dictorum priuilegiorum, tum etiam virtute præcitati Decreti Tridentini gaudere facultate dispensandi super irregularitatem prouenientem ex homicidio casuali, vt validè, & plenè probat pluribus relatis Sayr. *de cens. lib.*7.*c.*7.*num.*24. Et nedum occultum; sed etiam publicum. Rodriq. *vbi sup. art.*13. & Manual. prælat.

§. De illegitimitate.

DVBIVM LXXII.

An illegitimitas electi dirimat electionem ad dignitates, & officia Ordinis?

SVMMARIVM.

1 *Electio de illegitimo etiam occulto est nulla.*
2 *Illegitimi legitimantur per professionem in Religione vsque ad Prælaturam exclusiuè.*
3 *Quid veniat sub nomine gradus honoris, & dignitatis à quibus arcentur illegitimi.*
4 *Illegitimi non arcentur à Definitoratu, & Discretatu.*

1 Respondeo affirmatiuè per *cap.*1. *& fin. de fil. præsbyt. & c.* 1. *&* 2. *eod. tit. in* 6. *c. consuluit. de ser non ordin. & distin.* 56. *per multos canones à principio.* Et hæc est communis canonistarum, summistarumque sententia, quæ procedit etiamsi hæc natalium macula sit occulta, ita vt ab omnibus legitimus censeatur, vt asserunt Sot. *dist.* 25.*q.*1.*art.*3.*concl.*1. Silaest. *tit. irregularitas q.*20. Angel. *eodem tit. num.*53. Nauar. *cap.*27. *num.*201. Tolet. *lib.*1.*cap.*25. Sayr. *de cens. lib.* 6 *c.*10.*num.*36. Azor. *p.*2.*lib.*6.*c.*3.*q.*23. Gutierez *lib.*1.*qq. can. cap.*13.*num.*20. Suar. *tom.* 5.*disp.*50.*sect.*5.*num.*12. quidquid in contrarium astruat Castr. *de leg. pæn. lib.*2.*capit. vlt. concl.*3. quia eius opinio teste Nauar. *cap.*25. *num.*69. *& cap.*27. *num.*194. est noua; & sine textu, & ratione sustinetur.

2 Et quamuis memorata irregularitas natalium, ex quocumque nefario coitu contracta collatur, ac purgetur per professionem solemnem in Religione approbata quò ad Ordines Minores, & sacros; non tamen tollitur quò ad illud quod ad dignitates, & Prælaturas spectat *c.*1. *dist.*56. *& d. cap.*1. *de fil. præsbyt.* vbi glos. & Panorm. *glos. in cap. nimis eod. tit.* item Panor. *in cap.*2. *de apost.* Rebuff. *in prax. tit. dispensationum.*66. D. Ant. 3. *par. tit.* 28 *c.*4. §.2. Lopez *p.*1. *lib.*12. *tit.*6. Sot. 4. *vbi supra* Palud. 4. *dist.*41.*q.*3.*num.*14. Nauar. *d. num.*201. Paleoth. *de noth. & spur. c.*57.*num.* 4 Maiol. *lib.*1. *de irregularit. cap.*10. Couar. *in clem si furiosus p.*1 § 2.*num.*6. Graff. *lib.*4.*cap.* 27.*num.*54. Sayr. *de cens. lib.*6.*cap.*11.*num.*3. Toler. c. 58. *num.* 3. vbi Addit. Tusch. *lit. I. concl.*134.*num.*7. *&* 8. *& lit. P. concl.*883.*nu.* 7. *&* 8. *& omnes, &c.*

Neque obstat Sixtum V. fecisse illegitimos inhabiles ad Religionem per suam constitutionem, quæ incipit *cum de omnibus* editam *anno* 1587. & declaratam per aliā eiusdem Pontificis, quę incipit *ad Romanum* editam *anno* 1588. & per consequens prædicta iura fuisse irritata. Nam respondeo Greg. XIV. sua constitutione quæ incipit. *Circumspecta Romani Pontificis* ædita *anno* 1591. *die* 15. *Martij*, & roborata per aliam Clem. VIII. quæ incipit *in suprema* anno 1602. *die* 2. *Aprilis* aboleuisse dictas constitutiones Sixti V. in hac parte, & reduxisse eas ad terminos iuris

ris communis, easque moderasse in altera parte, vt scilicet illegitimi dispẽsari possint ad honores gradus, & dignitates Ordinis à Superioribus suis iuxta tenorem suorum priuilegiorum cum quibusdam moderationibus, prout pleniùs continetur in eadem constitutione, & nos dicemus infra *dub. 76. per totum*.

3 Sed rogabis quid veniat sub nomine honoris gradus, & dignitatis, à quibus arcentur illegitimi? Respondeo Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 18.* asserere illegitimos non posse assumi ad dignitates, personatus, & alia beneficia curam animarum habentia sine dispensatione per *cap. fin. de fil. presbyt.* vnde infert non posse esse Definitores sine dispẽsatione, cum Definitoratus sit propriè personatus *dub. 62. num. 4.* Sed licèt hoc dictum veritate non careat stando in terminis *d. c. fin.* Attamen cum dicta constitutio Sixti V. correctoria iuris communis, quæ incipit *ad Romanum* relaxauerit idem ius commune quò ad personatus spectat, nec fuerit reuocata, per seqq. cõstitutiones illas Greg. XIV. & Clem. VIII sed in suo robore maneat in hac parte, in qua scilicet, declarat, & exponit §. 6. quid veniat sub nomine honoris gradus, & dignitatis ad effectum de quo agimus: Idcircò huiusmodi Pontificiæ declarationi standum est, quæ est tenoris sequentis. *Quoniam verò à multis quæsitum est sub nomine honorum, graduum, & dignitatum, à quibus illegitimi penitus excluduntur quid potissimum sit intelligendum. Declaramus hac in re, de qua nunc agitur appellatione dignitatum, honorum, graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Prouincialatus, ac Generalium Superiorum officia, & alia his similia cum honore, & Superioritate coniuncta. Ab officijs autem oneris, v. luti L. ctoris Confessarij, Studiorum, & Sacræ Theologiæ Magistri, Regentis, Prædicatoris Verbi Dei, & cæteris huiusmodi; Immò etiam à voce actiua, à Sacris Ordinibus suscipiendis ipsorumque ministerio ipsos illegitimos nequaquam arcemus.* Idem docent Sossa *in expositione motus propr. ij Clem. VIII. de largitione munerum* vtentis eisdem ferè verbis honoris, scilicet, dignitatis, muneris, & offi.ij. Item idem docent in terminis motus proprij P. j V. & Greg. XIII. interdicentium ingressum fœminarum in monasteria virorum sub pœna priuationis officij in admittentes, &c. Idem Rodriq. *nu. 21.* Sorb. *in compen. tit. ingressus monast. monial. num. 8.* & vterque addit in quodam capitulo Toletano fratrũ de obseruantia declaratum fuisse comprehendi quoq; Visitatorum, & Commissariorum Generalium, Vicariorum, vel loci præsidentium officia: quæ doctrina est conformis Siluest. *tit. Prælatus q. 3.* & comprobatur à Sanch. *in præcep. decal. lib. 6. c. 15. num. 66.* Ergo dicendum est illegitimos non arceri à Definitoratu. Quòd autem dictum est de Vicarijs, intellige de Vicarijs amoti, seu mortui Guardiani, & nõ absentis, etiam extra terminos suæ iurisdictionis. Siluest. *vbi supra*.

DVBIVM LXXIII.

An ille qui postquam Religionem est professus legitimatur per subsequens matrimonium indigeat dispensatione ad dignitates, & officia Ordinis?

SVMMARIVM.

1 *Qui dicatur legitimari per subsequens matrimonium.*
2 *Sic legitimatus habilis est ad omnes gradus Ordinis vti legitimè natus.*
3 *An sic legitimatus valeat sine dispensatione retinere benefi ium, quod consecutum fuerat antequam eius parentes matrimonium contrax. rint.*
4 *Non firmatur tractu temporis, quod ab initio non subsistit.*
5 *An electio per se nulla validetur per superuenientem dispensationem.*

1 ILLE legitimari dicitur per subsequens matrimonium iure canonico, & ciuili, qui natus est ex soluto, & soluta, idest natus, vel generatus est ex parentibus, inter quos tempore generationis, seu natiuitatis ritè matrimonium constare poterat: tunc enim post illud contractum legitimus habetur *c. tanta vbi* Panor. *num. 14. qui fil. sint legit.* & Sixtus V. in bulla quæ incipit *postquam* æditā *anno* 1586. *die* 3. *Decembris* §. 12. quod locum habet etiamsi alter, vel vterq; parentum post conceptum filium cõtrahat matrimonium cum alio, vel cum alia, quo, vel qua defuncta, inter se etiam tandem contrahant. Panormit. *in capit. ad extirpandas num. 11. de fil. presbyt.* Host.

Host. *in sum. lib. 1. num. 6. tit. de fil. praesbyt.* Palud. 4. *dist.* 41. *q.* 27. Couar. *in* 4 *p.* 2. *c.* 8. §. 2. *num.* 1. Siluest. *tit. illegitimus q.* 3. *& tit. legitimus q.* 1. latè Sayr. *de cens. lib.* 6. *c.* 10. *num.* 14. *&* 15. Suar. *tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 10. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *q.* 21. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 2. *num.* 28. *& seqq.* & in hoc conueniunt omnes.

Dixi *natus, vel generatus est ex parentibus, inter quos tempore generationis, seu natiuitatis:* quia controuertitur inter DD. an inspiciendum sit tempus conceptionis, vel tempus natiuitatis, ad hoc vt coniugalis potuisset esse coitus ad effectum de quo agimus. Et de hac difficultate speciale dubium hic proximè instituam.

2 His ad dilucidationem tituli praenotatis, dico cócordem esse omnium Doctorum sententiam legitimatum per subsequens matrimonium nulla dispensatione egere: Sed quò ad consequendos gradus honores, & dignitates sui Ordinis censendum esse aequo iure cũ illis, qui ex matrimonio legitimo, & constanti nati sunt, & ita auctoritate Apostolica Sixtus V. inhaerens Sacrorum Canonum dispositioni tenore suae bullae, quae incipit *ad Romanum* aeditam *anno* 1588. 21. *Octobris* declarauit §. 3.

3 Difficultas verò hic vrget an idem iuris sit de illo, qui ante dictum matrimonium contractum inter parentes, obtinuit gradũ, honorem, & dignitatem, ita vt valeat porrò postquam ritè contractum est, eosdem honores, vel dignitates retinere sine dispensatione. Mandos. *in prax. signat. gratiae* Gigas. *de pensio* 22. *q.* 19. *num.* 16. Maiol. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. Vuuald *de irregul. nu.* 119. & Azor. *vbi sup. versic. secundò* negatiuè sentiunt.

At Sayr. *vbi sup. num.* 30. & alij affirmatiuè opinantur.

Pro resolutione dico eũ culpam grauem perpetrare ex eo quòd recepit sine dispensatione beneficium, cum esset illegitimus. Et hoc concedunt vtriusque sentẽtiae sequaces. Caeterum vtraque opinio mihi probabilis est, & potest concordari hoc pacto, nempè vt non posit retinere illud beneficium sine noua collatione vel electione. Sed benè possit sine noua dispensatione si ei de nouo conferatur.

Posterius membrum huius dicti patet ex eo, quia iure cõmuni iste filius fit legitimus, vt dictum est. Ergo fit habilis iure communi ad retinendum beneficium sine dispensatione quod ei de nouo confertur, licèt illud idẽ consecutus fuisset antequam eius parentes matrimonium contraxissent: quia hoc non impedit collationem eiusdem beneficij de eo postea habitam post dictum matrimonium contractum, Sed vtitur iure suo.

Prius verò membrum memorati dicti probatur quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio non subsistit *c. non firmatur de reg. iur. in* 6. Ex quo enim electio, vel collatio est nulla à principio, illa non potest conualidari etiam per superuenientem dispensationem Superioris sine consensu eorum, ad quos spectabat electio, seu collatio, si ipsi ignorabant vitium propter quod fuit nulla à principio Panor. *in c. innotuit. num.* 12. *de elect.* Dec. *in cap. at si clerici* §. *de adulterijs num.* 157. *de iudic.* Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 61. *num.* 9. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 7. *num.* 12. *circa med.* & Alter. *de cens. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 6.
4 *cap.* 7. *col.* 3. §. *sed limitanda.* Et confirmatur; nam sicut in matrimonio carnali qui illud prohibiti contrahere, si cõtrahant, & postea dispensationẽ obtineant, opus est nouo consensu post ipsam dispensationem obtentam, vt probabitur in fine sequentis dubij. Ita dicendum est in electione quia quò ad hoc valet argumentum à matrimonio ad electionem vt dictum est *dub.* 54. *num.* 19.

DVBIVM LXXIV.

Quod tempus sit inspiciẽdum in quo coniugalis potuisset esse coitus, ad hoc vt per subsequens matrimonium legitimetur partus, an scilicet tempus conceptionis vel tempus natiuitatis?

SVMMARIVM.

1. *Ad hoc vt quis legitimetur per subsequens matrimonium opus est, vt parentes tempore conceptionis matrimonium inter se contrahere possent secundum vnam opinionem.*
2. *Secundum verò alteram sufficit, vt tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis, secundum quod vtilius fuerit proli.*
3. *Au hor posteriorem opinionem amplectitur.*
4. *An clerici teneantur in conscientia ad seruandas leges ciuiles.*
5. *Naturales & spurij sunt incapaces dignitatum, tam de iure ciuili, quàm canonico.*

6 *Spu-*

6 *Spurijs negantur alimenta de iure ciuili; secus verò de iure canonico.*

7 *Qui prohibiti contrahere matrimonium, si illud contrahunt, & postea dispensationem obtinent, opus est nouo consensu.*



1 VRE optimo hanc difficultatem pro maiori dilucidatione tituli præcedentis dubij resoluendam proposui; quia adeò grauis existit, vt Couar. *in Epitome 4. decret. p. 2. c. 8. num. 2.* hæc formalia verba protulerit. *Franciscus Sarmentus vir genere, iudicio, & eruditione illustris tres selectarum libros in publicum emisit quorum in primo c. 5. num. 10. ab hac opinione, quam ego communem dixi* (supple considerandum esse tempus natiuitatis) *contrariam sequutus planè discedit, cuius rationibus ingenuè fateor me dubium esse, an & hæc communis opinio, vera sit: Atque ideò Lectorem admoneo, vt & in iudicando, & consulendo cautè, & cum iudicio quæstionem istam diffinire velit.* Cum Sarmento concordant Salyc. *in l. filium versic. sed attende C. de suis, & legitim.* Archid. *in c. O osius num. 2. versic. vbi etiam subdit. dist. 56.* Henrich. Boich. *in c. ex tenore num. 4. versic. aut de concepta qui fil. sint legit.* Ant. à Butr. *in c. tanta num. 17. eod. tit.* Zabarel. *in cap. quod nobis num. 3.* b Panor. *eod. tit.* Nicol. de Vbald. *tract. de success. ab intest. p. 1. num. 44. versic. secus si ab Amasia, & num. 45. versic. & etiā ibi* Dec. *consil. 155. num. 1.* Menoch. *consil. 60. num. 12.* Filliuc. *tract. 19. num. 133.* & pluribus relatis Garc. *de benefic. p. 7. c. 2. num. 36.* qui huius sententiæ potissimam rationem affirmat, quia hic agitur de qualitate, & macula, quæ ex vitio, & crimine in coitu, & conceptione commisso contrahitur.

Pro hac eadem opinione adducunt *l. cum quis C. de nat. lib. & c. tanta qui fil. sint legit.* vbi videtur expressus in illis verbis. *Si autem vir viuente vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licèt post mortem vxoris eamdem duxerit, nihilominus spurius est filius.* Et sic ibi textus videtur ad initium respexisse.

Item adducunt *l. Paulus ff. de sta. hom.* vbi dicitur. *Eum qui viuente patre, & ignorante de coniunctione filia conceptus est, licèt post mortem eius natus sit iustum filium ei ex quo conceptus est non videri.* Vnde hic textus apertè probat legitimum filium non censeri illum cuius parentum tempore conceptionis matrimonium non erat legitimum, licèt tempore natiuitatis iam cessasset impedimentum per quod reddebatur legitimum tempore conceptionis. Supposito quod impedimentū de quo in hac lege habetur sit legitimum, & iustum impedimentum quòd consultò addo, quia de iure canonico non censetur iustum, vt benè aduertit Addit. *ad glos. ibid.*

2 Altera opinio affirmat considerandum esse tempus conceptionis, vel natiuitatis, secundum quod vtilius fuerit proli *l. nuper C. de nat. lib. auth. quibus mod. nat. effic. sui §. tribus seu, & §. si quis igitur propè fin.* quæ idem dicit quod *d. l. nuper.* Ita Ioan. And. *in d. c. tanta. col. penult. versic. quod si concepit vbi* quoque Card. *qui fil. sint legit. & in cap. quod nobis post princ. eod. tit. & in c. fine culpa vbi* Franch. *col. 2. versic. circa secundum de reg. iur. in 6.* Bald. *in l. cum quis num. 5. versic. quæro hic C. de natural. lib.* Molin. *de iust. tract. 2. disp. 172.* Henriq. *in sum. lib. 11. c. 20. num. 3.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 7. num. 19.* Sayr. *de cens. lib. 6. c. 10. num. 29.* Bonac. *de cens. disp. 7. q. 2. p. 3. num. 6.* & alij.

3 Pro resolutione hæc posterior opinio mihi videtur omninò amplectenda, & in praxi seruanda ob verba *d. l. nuper. in fin.* vbi hæc habentur. *Et generaliter definimus, & quòd super huiusmodi casibus variabatur definitione certa concludimus, vt semper in huiusmodi quæstionibus in quibus de sta. librorum est dubitatio non conceptionis; sed partus tempus inspiciatur: Et hoc fauore facimus liberorum, vt editionis tempus statuamus esse inspectandum, exceptis ijs tantummodò casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas expostulat.* Quid clariùs?

Cum igitur clerici teneantur in conscientia ad seruandas leges ciuiles, quæ iuri canonico non aduersantur. Et *d. l. nuper.* non solùm canonibus aduersetur; sed sit illi conformis. Sequitur omninò esse amplectendam, & in praxi seruandam.

Quòd clerici teneantur in conscientia ad obseruantiam legum ciuilium, vt dictum est, &c. probatur ex communi omnium consensu, quidquid in contrarium senserit Nau. relatus, & meritò reprobatus à Suar. *de legib. lib. 3. c. 34. num. 7.* vbi plurimos Theologos, & canonistas cum communi aduersus eum affert.

4 Quòd verò *d. l. nuper.* non aduersetur iuri canonico, atque adeò sit illi conformis, liquidò constat ex ipsismet verbis *d. c. tanta qui fil. sint leg.* pro contraria opinione supra recitatis: nam ponderando eam copulam, & positam inter conceptionem, & natiuitatem prolis, contra eandemmet opinionem retorquentur dicta verba. Manifestè namque

patet

patet textum copulatiuè requirere vtrumq; casum, nempè vt conceptio, & natiuitas fit ex personis non solutis: aliàs non obscurè innuit filios non dici spurios. Nat. cons. 403. & Rota decis. 33. num. 6. p. 1. in recent. & decis. 19. in fin. coram Greg. XV. Et per hæc quoque respondetur ad d. l. cum qui C. de nat. lib.

5 Ad rationem prioris sententiæ Respondeo illam non esse propriam iuris canonici: nam eadem ratione naturales, & spurij sunt prorsus incapaces dignitatum tàm de iure canonico per iura, & DD. à me allegatos dub. 72. & Marescot. lib. 2. var. resol. c. 30. num. 3. quàm de iure ciuili l. honor. §. si de honoribus ff. de muneribus & honor. vt multis allegatis afferit Tiraquel. de nobilit. c. 15. num. 14. vbi de communi testatur Gigas. de pension. q. 16. num. 4. Marescot. vbi sup. num. 2. quidquid astruant Panorm. in cap. 1. num. 3. de fil. præsbyt. & Paleoth. de noth. & spur. c. 56. ad-

6 uersus communem ab eo relatam num. 8. Immò prædicta ratio opinionis contrariæ fortiùs sibi vendicat locum in iure ciuili, quàm canonico, quia illud magis odio prosequitur coitum, & maculam ex qua contrahitur illegitimitas, quàm istud, quod vel ex eo maximè probatur, quia de iure ciuili ita à paterna successione ex testamento vel ab intestato spurius filius arcetur; vt etiam ab alimentorum petitione excludatur Auth. quib. mod. nat. effic. sui § si quidem Authen. licet C. de nat. lib. Socin. Iun. consil. 191. num. 18 lib. 4. Ruin. cons. 183. num. 17. Sayr. de cens. lib. 6. c. 10. num. 8. & alij. Aequitas verò iuris canonici admittit eundem spurium ad alimenta, & vult à Patre esse alendum vt disponit cap. cum haberet in. fi. vbi DD. de eo q. dux. in vxor. eam q. polu. per adul. Couar. de sponsal. p. 2. c. 8. §. 6. num. 1. Dec. cons. 312. num. 4. Marsil. singul. 358. Bero. cons. 165. num. 13. lib. 2. Menoch. cons. 60. num. 6. & tract. de præsumpt. lib. 1. q. 35. num. 13. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 11. Marescot. vbi supra c. 83. num. 31. & seqq. Rota decis. 347. p. 4. diuers. & decis. 224. per totam par. 2. in recent. & in Bonon. alimentorum 28. Martij 1594. coram Pennia, & item in Bonon. alimentorum 24. Nouembris 1604. coram Iusto.

7 Ad l. Paulus ff. de sta. homin. Respondeo cum Couar. in eo casu nec tempore natiuitatis matrimonium fuisse legitimum: Nam & si potuit tunc contrahi legitimè tamen contractum priùs eo tempore, quo minimè licebat non fuit nouo consensu, legitimo tempore confirmatum. Qui enim prohibiri contrahere matrimonium, illud contrahunt sub condicione futuræ dispensationis: nihilominus opus est nouo consensu post huiusmodi dispensationem obtentam, vt tradunt Zabarel. & Panorm. in c. super eo. de cond. appos. Henrich. Boich. in c. fin. cod. tit. Aretin. consil. 144. Loazes. tract. de matrim. dub. 12. multis allegatis Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 25. nu. 2. & lib. 8. disp. 8. num. 25. Rota decis. 838. nu. 12. coram Card. Seraph. decis. 201. coram Card. Mantic. & decis. 295. num. 1. & decis. 410. nu. 5. coram Greg. XV. vbi in decisione, & in annotationibus multæ aliæ decisiones cumulantur.

DVBIVM LXXV.

An filius illegitimus possit dispensari ad dignitates in eadem Religione in qua eius Pater fuit, vel est insignitus eisdem, vel dissimilibus?

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus non potest dispensari ad dignitates quas Pater obtinuit.*
2 *Quod extenditur ad filios illegitimos procreatos ante clericatum.*
3 *An idem iuris sit de Patre respectu filij: quod est de filio respectu Patris.*
4 *An idem iuris sit de nepote legitimo ex filio illegitimo respectu aui.*
5 *Quid sentiendum de illegitimis Regularibus filijs Religiosorum.*
6 *An idem dicendum de ministrationibus, quod dictum est de dignitatibus.*
7 *An Pater, & filius illegitimus interdicantur missam celebrare in eadem Ecclesia.*
8 *An Pater, & filius illegitimus clerici arceantur à cohabitatione.*
9 *In quo differat decretum Concil. Trident. sess. 25. c. 15. de reform. à iure communi.*



1 RESPONDEO negatiuè per c. præsentiam c. cum decorem, & c. ad abolendam de fil. præsbyt. & Clemens VII. per suam constitutionem quæ incipit ad canonum conditorē æditam anno 1530. die 3. Iunij in qua hæc ad rem nostram leguntur. *Statuimus, & ordinamus, quòd de cætero filij præsbyterorum ex fornicatione nati ecclesias cathedrales, etiam metropolita-*

politanas, ac monasteria; quibus eorum Patres præfuerunt, se illa, & illas dignitates etiã maiores, & principales personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiua, & alia quacumque benefi ia ecclesiastica cum cura, & siae cura sæcularia, & quorumuis Ordinum regularia, quæ præsbyteri, & Clerici, ac Religiosi eorũ Patres in titulum, vel commendam, aut administrationem ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus: & si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tamquam per praeoccupationem, & contra mentem nostram concessas eis nullatenus suffragari; talesque dispensationes nostris volumus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Et tandem vide Conc. Trid. *sess. 25. c. 15. de reform.* Circa quod Concilij Decretum multa dubia resoluenda occurrunt.

2 Primò dubitari potest an sicut dicta constitutio Clem. ita quoque istud Decretum vẽdicet sibi locum in filijs naturalibus procreatis ante clericatum?

Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 7.* & Manual prælat. *tom. 2. q. 1. art. 10.* negatiuè sentiunt. At affirmatiuam opinionem esse veriorem elicitur ex illis verbis *qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, prout testantur Balb. *decis. 29.* & Garc. *de benef. p. 7. c. 3. num. 15.* referens sic censuisse Sacram Congregationẽ his verbis: *Hoc decretum habet locum in filijs naturalibus procreatis tempore quò parentes eorum nondum erant effecti clerici.*

3 Secundò dubitari potest an sub prohibitione quæ habetur in d. decreto Cõcilij, quò ad filium illegitimum, Pater etiam intelligatur prohibitus obtinere beneficium in ecclesia, in qua huiusmodi filius habuit idem, vel quodcumque aliud etiam dissimile beneficium? Respondeo Rotam *decis. 1442. per totam coram Card. Seraph.* negatiuam sententiã amplexatam fuisse multis Doctoribus, & rationibus adductis, & dicit pro hac opinione facere, quod aliàs censuit Sacra Cõgregatio *22. Decembris 1594. Patrem, scilicet non comprehendi in prohibitione nè filius immediatè succedat in beneficio Patris.*

Tertiò dubitari potest an dicta constitu-
4 tio Clem. & decretum Concil. comprehendant nepotes legitimos præsbyterorum ex filio illegitimo, respectu aui? Rebuff. *in praxi. tit. de dispensatione super defectum natalium num. 27.* Rojas. *de success. ab intest. c. 20. num. 112.* & quidam alij negatiuè opinantur. At affirmatiuè, iure optimo sentiẽdum esse probant Nauar. *lib. 1. consil. 9. & 10. in 2. edit.* Sayr. *de cens. lib. 6. c. 10. num. 46.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 4. q. 17.* & quamplurimi alij ab his relati, & ita conclusit Rota *in nullius legitimatis 12. Februarij 1574. coram Rubeo.* quæ decisio habetur apud Nauar. *d. cons. 10.* quem sequutus est eadem Rota *d. decis. 1442. num. 11.* Et tandem eadem sententia sustinenda videtur nõ solum de prædictis legitimis ex illegitimo, vt dictum est; sed etiam de illegitimis ex illegitimo filio respectu eiusdem aui, vt validis rationibus probat Garc. *de benef. vbi sup. num. 25.* referens *nu. 27.* sic censuisse Sacram Congregationem 1. *Martij* 1589.

Quartò dubitari potest an hoc decretum
5 Concilij ita se extendat ad illegitimos Regulares filios Religiosorum, vt nequeãt promoueri ad dignitates in Religione quas eorum Patres obtinent, vel obtinuerunt? Rodriq. asserit memoratos Religiosos filios Religiosorum posse dispensari ad dignitates, & officia in Religione, vbi eorũ Patres sunt, vel fuerunt professi: non autem in monasterio, vbi Prælationes administrarunt. Quam opinionem, & ipse libenter amplector quidquid in contrarium astruat Manual prælat. cum Rodriq. fauere videantur nonnullæ declarationes Sacræ Congregationis relatæ à Garc. *num. 63.* ex quibus infert illegitimum posse promoueri ad Ecclesiam filialẽ, cuius Matrici Pater præfuit, & si vna sit alteri in aliquo subiecta, seu ab illa dependeat tamquam membrum: modò vtraque sit beneficium separatum: tunc enim cum sint beneficia distincta, & in diuersis Ecclesijs, rectè potest filius illegitimus habere filialem, licèt Pater habuerit, vel habeat Matricem, seu, e contra; nisi tamen habenti vnam ministrandum sit in alia.

6 Quintò dubitari potest an prędictus illegitimus prohibeatur Ministrare, & beneficium adipisci in Ecclesia, in qua Pater ministrauit, & inseruiuit? Respondeo non prohiberi *c. constitutus vbi glos. de fil. presbyt.* & ita censuit Sacra Congregatio teste Garc. *num. 27.* his verbis *filius Clerici ex hoc decreto non prohibetur, quominus tamquam Capellanus amouibilis deseruire possit, atque obtineat beneficium in Ecclesia, in qua eius Pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licèt pro Capellano amouibili inseruierit in eadem Ecclesia.*

7 Sextò dubitari potest an Pater, & filius illegitimus interdicantur rem diuinam facere in eadem Ecclesia? Respondit Sacra Con-

grega-

gregatio his verbis, prout scribit Garc. num. 73. *Conc. Trident. non prohibet quia Pater, & filius possint celebrare Missam in eadẽ Ecclesia; dummodò ambo non obtineant beneficium in ea: sed id fiat ab altero deuotionis gratia: ab altero causa legatis quod relictum sit Missam celebrantibus*. Item respondit eadem Sacra Congregatio. *Ad Episcopum N. scribatur, vt desinat molestiam exhibere illegitimo presbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in Ecclesia, in qua Pater celebrat ob deuotionem; cum neuter habeat beneficium; quia hic casus non est prohibitus à Concilio*.

Septimò dubitari potest an memorati genitor, & Genitus arceantur à cohabitatione. Respondit Sacra Congregatio ad Episcopum Calaritanum his verbis, relatis à Garc. *num. 74. Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concil. Trident. cum Patribus habitare nec de iure est talis prohibitio, quamuis aliqui Episcopi seu Ordinarij id prohibeant sine causa*.

Octauò dubitari potest in quo differat hoc decretum Concilij à iure communi? Respondit Sacra Congregatio vt perspicuum est ex Garc. *num. 74. in quinque*.

Primò quòd non solùm ratione successionis, prout de iure communi; sed etiam ob incontinentia paterna memoriam inualuit hæc prohibitio.

Secundò quòd talis memoria, longissimè arceatur non solùm immediatè prout de iure communi; sed etiam mediatè contra Panor. in c. dilectus nu. 2. de fil. presbyt.

Tertiò quòd non solùm prohibetur successio in eodem beneficio; sed in alio quocumque etiam dissimili, dummodò sint in eadem Ecclesia contra ius commune, de quo per Panor. in d. c. ad abolendam post princ.

Quartò quòd non solùm prohibetur filius obtinere beneficium in eadem Ecclesia, in qua Pater obtinet; sed etiam ministrare contra ius commune, quo tantùm Pater ministrare prohibetur, Panorm. in d. c. cum decorem.

Quintò quòd nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.

DVBIVM LXXVI.

An Prælati Regulares valeant virtute suorum priuilegiorum dispensare cum illegitimis sibi subditis ad quascumque dignitates, & officia Ordinis?

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegia Regularium dispensandi illegitimos.*
2 *Quomodò possint eis vti iuxtà constitutionem Greg. XIV.*
3 *An constitutio Greg. XIV. exposcat suffragia Definitorij; an verò vocalium ad dispensandum cum illegitimis.*
4 *Sententia Authoris.*
5 *Quid veniat sub nomine capituli intermedij.*
6 *Prælati Regulares possunt dispensare cum illegitimis iuxtà tenorem suorum priuilegiorum prout iacent.*
7 *Quid operetur clausula* ex certa scientia, & de plenitudine potestatis *apposita in confirmationibus.*
8 *Priuilegia Regularium dispensandi adhuc manent illæsa post Conc. Trid.*
9 *Speciale priuilegium factum PP. Societatis Iesu dispensandi illegitimos.*
10 *Item aliud factum PP. Congregationis Clericorum Regularium infirmis ministrantium.*



1 ERTVM est multa extare priuilegio Regularibus concessa ad effectum de quo agimus, vt sunt v.g. illa Alex. III. & Ioan. XXII. de quibus D. Ant. 3. *par. tit. 29. de irregul. c. 4. versic. tertius modus*. Item Eugenij IV. & Pauli III. de quibus Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 11.* Et tandem alia Sixti IV. quę referuntur *in compen. priuil. tit. dispensatio num. 12. & 13.* Sed incertum est an Prælati Regulares possint vti his priuilegijs, & dispensare cum illegitimis sibi subditis iuxtà facultatem in eis concessam?

2 Huic difficultati respondeo affirmatiuè: primò namque possunt eis frui secundum dispositionem constitutionis Greg. XIV. editę *anno 1590.* quæ incipit *circumspecta Romani Pontificis*; qua moderationem adhibuit in hac parte constitutionibus Sixti V. contra illegitimos æditis, his verbis: *Volumus, atque statuimus licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum, ac Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxtà tenorem priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum (quæ dummodò vsu recepta, nec aliàs sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt præfertur in hac parte reualida-*

mus) cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis cum generali, seu prouinciali, seu intermedio capitulo, & non aliàs, suffragantibus meritis, dignos iudicauerint, ad honores, gradus, dignitates obtinendas dispensare, & dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas, & inde sequuta quæcumque vt antea valere; & tenere perinde, ac si supradictæ constitutiones non emanassent.

3 Sed ex his verbis duplex dubiolum oritur. Primum est an dicta dispensatio cum illegitimis iuxta dispositionem huius constitutionis fieri debeat cũ suffragijs vocalium in capitulo generali, seu prouinciali; cum verba textus habeant *quos aliàs dictus Generalis, siuè Prouincialis cum generali, seu prouinciali, seu intermedio capitulo, &c. dignos iudicauerint*. An verò solùm cum suffragijs Patrum in Definitorio?

Theia *c.2. fol. 119.* bullæ verbis ionixus illum priorem modum tutiorem existimat. Rodriq autem *vbi sup. art. 9.* & Manual prælat. *tom. 2. q. 2. art. 3.* posteriorem approbant ob notabilem ignominiam, infamiæque notam, cui verteretur hæc legitimatio fratribus præsertim occulte patientibus defectum natalium.

4 Pro resolutione vtraque sententia simul iuncta mihi arridet, vt scilicet natalium macula solis quidem Definitorũ suffragijs abstergatur; vt potè de quorum taciturnitate magis fidendum est ex compromisso tamen in eos (prout rationabiliter existimatur) tacitè facto ab omnibus capituli suffragatoribus in huiusmodi negotijs, quæ sæpè sæpius secretò sunt pertractanda.

5 Alterum dubium est an per illud verbum *intermedio capitulo*, intelligatur solummodò congregatio intermedia, quæ capituli intermedij vim habet in multis Religionib. in verò Cõgregationes, quæ multoties celebrantur congregatis solummodo Patribus Generali, vel Prouinciali cum suis Definitoribus ad eligendum aliquem in Guardianum, siuè ad aliquid aliud peragendum. Rodriq. & Manual prælat. *vbi sup.* hanc posteriorem intelligentiam illorum verborum negãt, & priorem concedunt. At pace tantorum Doctorum nescio quo pacto, quauè ratione ad has posteriores congregationes non admittatur extensio prædictorum verborum; cum enim dispensatio ab irregularitate natalium pendeat non ex loco, sed ab habentibus potestatem: Et dicti DD. acerrimè tuentur tutius esse PP. Definitores cum Prouinciali, siuè cum Generali hanc dispensationem impertiri vti probatum est. Sequitur non esse negandam eisdem hanc eamdem potestatem, quoties simul conueniunt. Neque hæc extensio illorum verborum *intermedio capitulo* est violenta: nam exponuntur *intermedio capitulo* idest in tempore quod est medium inter capitulum præteritum, & futurum.

6 Secundò principaliter possunt vti Regulares Prælati prædictis priuilegijs secũdum eorum tenorem prout iacent, & non secundum dispositionem supradictæ constitutionis Greg. XIV. Idest Generalis, vel Prouincialis seu eorum Vicarij per se absque consensu capituli, seu Definitorij possunt dispensare cum sibi subditis illegitimis ad quascumq; dignitates, & officia Ordinis. Et hoc virtute confirmationum Apostolicarum de priuilegijs Regularium, quæ emanarũt post dictam constitutionem Gregorianam, vt est illa Clement. VIII. facta Patribus de obseruantia, quæ incipit *ratio pastoralis* ędita *anno 1597. die 20. Decembris*, & illa Pauli V. eisdẽ Patribus quæ incipit *iniuncti nobis, &c.* ędita *anno 1609 die prima Decembris*, & item alia eiusdem Pauli V. Societati Iesu quæ incipit *quantum Religio* ędita *anno 1606. pridie nonas Septembris* in quibus confirmationibus appositæ sunt clausulæ *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, &c. motu proprio, &c.* sine
7 vlla restrictione. Sed hæ clausulæ operantur, vt restituantur, & re inualidentur priuilegia reuocata, vt latè videri potest apud Baptistã de salis *in sum. tit. absolutio fol. mihi 9. col. 2.* Panor. & Lignan. *in c. cum super de caus. possess.* glos. *in c. cum accessissent de constitut.* Oldrad. *cons. 257.* Gemin. *cons. 32. circa fin.* Rodriq. *tom. 1. q. 8. art. 3. & tom. 2. q. 34. art. 4. post med. §. quod probatur* Tusch. *lit. C. concl. 710.* Marches. *p. 1. tit. de S. D. N. Papa Referend. c. 2. num. 15. & seqq.* Suar. *de legib. lib. 8. capit. 19.* qui prę ceteris latissime hanc materiam tractat.

8 Neque obstat in dictis confirmationibus semper (exceptis illis Societatis Iesu, ob specialem illius Religionis viuendi rationem) apponi illam clausulam siuè exceptionem. *Quatenus decretis Conc. Trident. nõ aduersentur.* Nam respondeo extare declarationem Sacrę Congregationis tenoris sequentis super *sess. 24. c. 8. de reform. Non tolluntur priuilegia concessa Religionibus de habilitandis illegitimis ad dignitates, & gradus illarum.* Cuius declarationis fundamentum colligi posse existimo ex doctrina, quam tradunt Rodriq. *d. tom. 1. q. 8. art. 7.* & alij quam sequitur Suar. *vbi sup. c. 18. in fin.*

Deni-

9 Denique aduertendum est PP. Societatis Iesu omninò non teneri ad obseruantiam dictæ constitutionis Greg. XIV. non solùm ob memoratas confirmationes; sed præsertim ob aliam constitutionem eiusdem Greg. XIV. quæ incipit *exponi nobis nuper*. æditam *anno* 1591. *die* 30. *Augusti* per quam specialibus rationibus, auctoritate Apostolica decreuit, & quatenus opus esset etiam de nouo concessit, & indulsit Societati Iesu, vt ex tūc deinceps perpetuis futuris temporibus tàm in nouitijs etiam cuiusuis generis illegitimis admittendis, quàm in dispensationibus ad qualibet officia gradus, & dignitates in societate obtinenda ipsis veteranis illegitimis cuiusuis generis concedendis formam, & rationem omnimodam in illius Apostolicis diplomatis, ac priuilegij quibusuis, nec non, & in constitutionibus, decretis, & regulis expressam liberè, & licitè prosequi, & retinere valeat; eamque perpetuò obseruari voluit, & mandauit. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac prædictæ ab eodē Pontifice nuper ædita quæ incipit *circumspecta*, & alia Sixti V. quæ incipit *cum de omnibus*. Refertur hæc bulla inter priuilegia Societatis Iesu *t. t. facultas admittēdi nouitiōs f. l. mihi* 301 *ad tionis collegij Romani eiusdē Societatis*.

Et tandem Idem Greg. XIV. approbando Regulam Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis per suā bullam *illius qui pro gregis* ædita in anno 1591. *die* 24. *Septembris* concessit in §. 29. *Præfecto generali pro tempore existenti, seu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum locorum, seu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore existentibus, & illorum Vicarijs, ac loca tenentibus vt cum eisdem Congregationis personis defectum natalium etiam ex adulterio, sacrilegio incestu, & quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouenientem patientibus, postquàm in dicta Congregatione vota emiserint, vt defectu huiusmodi nō obstante ad quoscumque sacros, etiam presbyteratus ordines promoueri, & in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, nec non ad quascumque administrationes, personatus, præeminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & assumi, illaque gerere, & exercere.* Quas literas Gregorij quò ad hanc partem cōfirmauit Clem. VIII. per suam bullam *superna dispositione* æditam *anno* 1600. *die* 29. *Decembris* in §. 63. Vnde cum certum sit hoc priuilegium extendi ad alias Religiones in priuilegijs communicantes, per consequens cessat omnis difficultas.

DVBIVM LXXVII.

An Prælati conuentuales qui aliter quàm per electionem instituuntur, eorumque Vicarij possint dispēsare cum illegitimis sibi subditis, virtute priuilegij Sixti IV. facti Prioribus conuentualibus eorumque Vicarijs Ordinis Prædicatorum.

SVMMARIVM.

1 *An Prælati conuentuales qui aliter quàm per electionem instituuntur vel eorum Vicarij possint dispensare cum illegitimis.*
Subrogati authoritas.
2 *Item An potuissent Vicarij Priorum Dominicani Ordinis nisi Pontifex expressè concessisset.*
3 *In generali mandato non veniunt, nisi ea, quæ sunt iuris.*
4 *Dispensatio est de maioribus negotijs.*
An sub amplissima facultate dispensandi Vicario facta veniant quæ specialiter commissa sunt eius Ordinario.
5 *Quando subrogatus est eiusdem naturæ illius in cuius locum subrogatur.*
6 *De quibus Vicarijs intelligantur dicta priuilegia.*



1 Circa Prælatos conuentuales, qui aliter quàm per electionem instituuntur inspicienda sunt priuilegia consuetudines, & statuta cuiuscumque Ordinis iuxta plene tradita d. 120. per totum. Et vbi ex ibi dictis concludetur Prælatos prædictos non posse dispensare cum illegitimis sibi subditis, consequens item erit nec etiam eorum Vicarios posse ita dispensare: maiori n. facultate gaudere non habent eis; quia subrogatus; (vt est Vicarius absentis, seu amoti, vel mortui Prioris secundum Siluest. *tit. confessor* 1. *q.* 8. *versic. tertiò Prælatus*) nihil plus iuris habere potest, quàm ille in cuius locum subrogatur *l. si eum §. qui in iniuriarum ff. si quis cau.* Rota decis. 344. *num.* 38. *coram Greg. XV.* Et super se causation habemus dicti

Prælati conuentuales vt probatum est in præcitato *dubio* 120. nec etiam alijs communicare possunt: quia nemo dat quod non habet *c. quod autem de iur. patr.* Panor. *in c. 1. num. 7. vers. oppono contra sex. de elect.* & nemo potest plus iuris in alium transferre, quam sibi competere dignoscatur *c. nemo de reg. iur. in 6.*

2 Immò nec etiam Vicarij Priorum conuentualiũ Dominicani Ordinis potuissent hanc dispensationem sibi subditis impartiri, nisi Pōtif. expressè eamdem authoritatem ad eos extendisset; vt in terminis tradit Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 13. num. 16.* nam Vicarius ex generali mandato nūquã cum inhabilibus dispensat. Cald. *cons. 3. tit. de offic. Vicar.* & Felin. *in c. at si clerici § de adulterijs num. 21. de iudic.* Rota apud Gomes *decis. 26. lib. 1. alias* decisiones allegans. Et ratio est,
3 quia in generali mandato non veniunt nisi ea, quæ sunt iuris *c. causam. de rescript. & c. fin. de offic. Vic. in 6.* At dispensatio est relaxatio iuris. Ergo, &c. Et confirmatur nam in generali concessione non veniunt ea quæ quis in specie non esset verisimiliter concessurus *c. in generali de reg. iur. in 6.* Sed dispensatio est de maioribus negotijs *c. audici in fin.*
4 *1. q. 7. Dec. in d. c. at si clerici § de adulterijs num. 140. de iudic.* Ergo, &c. Atque adeò hæc ita dicta amplia, vt etiamsi daretur eidem Vicario facultas amplissima dispensandi; non apponet tamen per hoc ipse manum ad ea quæ essent specialiter commissa Ordinario cuius vices gerit, Rota *in antiq. decis. 3. tit. de offic. Vic. quam approbat.* Felin. *vbi sup.*
5 Sed obijcies subrogatum esse eiusdem naturæ illius, in cuius lo cum subrogatur in omnibus in quibus expressè contrarium nõ reperitur *l. si cum § qui iniuriarum ff. si quis cau.* Dec. *in c. ex ratione num. 51. de appell. & in c. prudentiam § si verò num. 18. de offic. del.* Rota *decis. 544. num. 16. coram Greg. XV.* Sed Vicarius dicitur subrogatus iuxta dicta *in princ.* Ergo, &c. Respondeo illud axioma de subrogato procedere in successore, in quem transeunt etiam ea quæ sunt de iure speciali, non autem in alijs, vt se explicat idem Dec. *in c. quoniam abbas num. 21. de offi. deleg.* minus namq; ius habet in Ecclesia Vicarius, quàm Rector Rota *decis. 2. tit. de iniur. & dam. dat. in nou.* allegans *c. extirpanda de præben.* & alia iura.

6 Tandem quæres quis propriè veniat sub nomine Vicarij de quo hic agimus? Respondeo cum Suar. *vbi supra c. 22. num. 4. & seqq.* circa hanc quæstionem, duo esse certa, & vnum incertum.

Primum certum est, Vicarium illius domus, quæ non habet alium Prælatum conuentualem, vel quia mortuus est, vel tempus suum absoluit, vel quia in tali domo nõ consueuit alius prouideri Prælatus, certum est, inquam, hunc Vicarium gaudere his priuilegijs, quia licèt non nomine, re ipsa Prælatus conuentualis est.

Secundum certum est eos Vicarios, vel subpriores eorum cõuentuum, in quibus eorum Prælati sunt præsentes, minimè his facultatibus gaudere, & ratio est, quia licèt in aliquibus Religionibus ita appellentur non tamen in eadem significatione, quia tunc non gerunt vices proprij muneris Prælatorum, quod in iurisdictione consistit; sed habent proprium ministerium cuiusdam domesticæ administrationis; in dictis autem indultis nomen Vicarij significat eum qui vices gerit in iurisdictione, & Prælatione.

Incertum verò est. An quando Monasterium habet quidem proprium Prælatum, sed ille abest, an inquam tunc Vicarius possit vti dictis facultatibus? Et circa hũc quoque Vicarium concludit affirmatiuè Suar. *vbi supra* cum Veracruce, relato à Rodriq. *tom. 1. q. 20. art. 3.* aduersus Collect. *privil. verb. absolutio ordinaria quò ad fratres § 7. &* 34. quæ opinio videtur omnino tenenda propter illam dictionem *eorumque. V. q. 4. 71* quæ videtur iuxta eumdem Suar. non bene exponi, nisi de Vicarijs, de quibus nunc loquimur.

Solùm aduerto. Absentem re vera non dici Prælatum conuentualem, maximè ad hũc effectum, qui in hortis, vel in ciuitate, moratur quia hic præsens dicitur vt aliàs dixi *d.*
1 *9. num. 2.* Immò si intra terminos suæ iurisdictionis degat non dicetur absens. In casu de quo agimus Siluest. *tit. Prælatus quæst. 3.* Et licet *d. 72. in fin.* hos Vicarios dixerim cum eodem Siluest. non comprehendi sub nomine gradus, honoris, & dignitatis, à quibus arcentur illegitimi: Attamen illud procedit in materia odiosa: Hic autem sumus in materia fauorabili.

DVBIVM LXXVIII.

An Prælati Regulares valeant sine causa dispensare illegitimos sibi subditos?

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Qui dispensans sine causa peccet mortaliter, & dispensationem reddat nullam.*
2 *Qui gaudeant auctoritate supra ius commune.*
3 *Dispensatus sine causa non est tutus.*
4 *Papa dispensans sine causa, peccat.*
5 *Quæ causa sufficiant ad dispensationem.*



1 GRAVEM quidem culpam perpetrat, dispensationemq; reddit nullam, & inanem quicumque Summo Pōtifici inferior, qui sine causa eam condonare non fortanda: ita docent Innoc. & Panor. *in c. cum ad monasterium num. 17. de st. monach.* Item Panor. *in c. cùm in cunctis §. inferiora num. 8.* & Dec. *nu. 8. de elect.* Specul. *de dispens. §. qualiter. num. 23.* Lambert. *de iur. patr. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 11. num. 12.* Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 14. & 15.* & Garc. *de benef. p 7. c. 2. nu. 49.* Rota in *Romana pensionis 3. Iunij 1583. coram Card. Seraph. in fin.* Ratio ex hoc desumi-
2 tur, quia solùm apud Summum Pontificem residet plenitudo potestatis supra ius commune *c. cuncta 9. q. 3. c. nos si competenter 2. q. 7. c. proposuit de concess. praben.* glos. *in cap. 1. ... ab omnibus de const.* D. Thom. *quodlibet. 4. art. 14.* Ioan. And. *in c. peruenit abitem super glos. 2 qu. ... fiat legit.* Panor. *in c quem ecclesiarum propè fin. de const. vbi quoq;* Felin *num. 25. in fin.* Nisi illud ius haberet in se quamdam rationem diuinam, vel naturalem Panorm. *in rep. in c. per tuas de arb. & in d. c. per venerabilem. & in c. de multa de praben.* Felin. *in c. 1. num. 23. fallent. 4. de const.* Sed alij Papæ inferiores hac auctoritate minime gaudent, vt patet ex communi, & præsertim ex Nauar. *c. 25. num. 74.* & Siluest. *tit. dispensatio num. 1. & seq.* qui testimonio D. Bern. id comprobat.

3 Hinc infertur cum allegatis Doctoribus dispensatum sine causa à quocumque Summo Pontifice inferiore vigore cuiusuis concessionis non esse tutum in eo quod ad conscientiam, vel quod ad Ecclesiam spectat. Eamdem sententiam amplectuntur Couar. *4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. num. 11.* Nauar. *in c. fin. num. 4. de simon.* Gutierez *lib. 1. qq. can. cap. 19. num. 1.* Burgas. *de irregul. p. 7. c. vlt. num. 2.* Azor. *p. 1. lib. 5. c. 15. ad fin.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 17. num. 4. & disp. 4. num. 17. in fin.* Salas. *1. 2. disp. 20. sect. 4. num. 31. & seq.* Suar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 6. num. 13. & de legib. lib. 6. c. 19. num. 2.* Cuius rei ratio hæc assignari potest, quia nunquam censendus est Christi Vicarius illud concedere alijs,
4 quod per se sine culpa exequi nequit. Nam si Pontifex sine causa dispensat, licet teneat dispensatio, vt dictum est, attamen ipsemet etiam à culpa non excusatur D. Thom. *1. 2. q. 97. art. 4.* Caiet. *in sum. verb. dispensatio in initio. & 1. 2. q. 96. art. 5. ad fin.* Sot. *de iust. lib. 1. q. 7 art. 3 ad fin. corporis* Innoc. *in c. cum ad monasterium de sta. monach.* Ioan. And. *in c. dudum de elect.* Pano. *in c. non est voti num. 9. de vot.* Sanch. plurimis relatis *lib. 10. de matrim disp. 18. num. 3. &* plenè Suar. *de legib. lib 6. c. 18. num. 4.* vbi de communi Theologorum.

5 Quæ autem in præsenti iustæ causæ dicantur, certa regula dari nō potest, teste Siluest. *vbi sup.* & Suar. *de legib. c. 17. num. 15. & seqq.* Ideò in hoc à boni viri arbitrio non est recedendum: multæ tamen deducuntur à iure, & præsertim ex *c. innotuit de elect. 1. q. 7 per totam c. sciendum dist. 29.* quæ enumerantur à Siluest. Bonacas. *p. 1. § 3. vers. quæ sint causæ dispensationis* & à Rebuff. *in praxi tit. dispensatio super defec. nat. num. 46.* vt putà vtilitas, scandalum, litteratum scientia, morum honestas, vitæ virtus, fama personæ, & huiusmodi, quas in d. Doctoribus videre licet.

Hic solum aduertendū est cum D. Thom. *in addit. 3. p. q. 19. art. 5.* Ricar. *4. dist. 25. art. 4. q. 3.* Sot. *4. dist. 25 art. 3. q. 1. concl. 1.* Sayr. *de cens. lib. 6. c. 11. num. 8.* Auil. *de cens. p. 7. disp. 3. sub. 6. concl. 2. num. 1.* & alijs tantò difficiliùs concedendam esse illegitimis dispensationem, quantò turpiùs fuerint procreati.

DVBIVM LXXIX.

An in impetranda, seu petenda dispensatione vt tuta sit sufficiat vnicam qualitatem illegitimitatis exprimere, & alias specificas supprimere?

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum eorum qui dicunt omnes illegitimitatis qualitates esse aperiendas in petenda dispensatione.*
2 *Quid necessarió sit manifestandum in petitione dispensationis super defectum natalium.*
An vacans ex geminato adulterio debeat vtrumque exprimere in impetratione pro dispensatione obtinenda.

ris communis, easque moderasse in altera parte, vt scilicet illegitimi dispēsari possint ad honores gradus, & dignitates Ordinis à Superioribus suis iuxta tenorem suorum priuilegiorum cum quibusdam moderationibus, prout pleniùs continetur in eadem constitutione, & nos dicemus infra *dub. 76. per totum*.

3 Sed rogabis quid veniat sub nomine honoris gradus, & dignitatis, à quibus arcentur illegitimi? Respondeo Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 18.* asserere illegitimos non posse assumi ad dignitates, personatus, & alia beneficia curam animarum habentia sine dispensatione per *cap. fin. de fil. presbyt.* vnde infert non posse esse Definitores sine dispēsatione, cum Definitoratus sit propriè personatus *dub. 62. num. 4.* Sed licèt hoc dictum veritate non careat stando in terminis *d. c. fin.* Attamen cum dicta constitutio Sixti V. correctoria iuris communis, quæ incipit *ad Romanum* relaxauerit idem ius commune quò ad personatus spectat, nec fuerit reuocata, per seqq. cōstitutiones illas Greg. XIV. & Clem. VIII sed in suo robore maneat in hac parte, in qua scilicet, declarat, & exponit §. 6. quid veniat sub nomine honoris gradus, & dignitatis ad effectum de quo agimus: Idcircò huiusmodi Pontificiæ declarationi standum est, quæ est tenoris sequentis. *Quoniam verò à multis quæsitum est sub nomine honorum, graduum, & dignitatum, à quibus illegitimi penitus excluduntur quid potissimum sit intelligendum. Declaramus hac in re, de qua nunc agitur appellatione dignitatum, honorum, graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Prouincialium, ac Generalium Superiorum officia, & alia his similia cum honore, & Superioritate coniuncta. Ab officijs autem oneris, vt luti Lectoris Confessarij, Studiorum, & Sacræ Theologiæ Magistri, Regentis, Prædicatoris Verbi Dei, & cæteris huiusmodi; Immò etiam à voce actiua, à Sacris Ordinibus suscipiendis ipsorumque ministerio ipsos illegitimos nequaquam arcemus.* Idem docent Sossa *in expositione motus proprij Clem. VIII. de largitione munerum* vtentis eisdem ferè verbis honoris, scilicet, dignitatis, muneris, & officij. Item idem docent in terminis motus proprij Pij V. & Greg. XIII. interdicentium ingressum feminarum in monasteria virorum sub pœna priuationis officij in admittentes, &c. Idem Rodriq. *nu. 21.* Sorb. *in compen. tit. ingressus monast. monial. num. 8.* & vterque addit in quodam capitulo Toletano fratrū de obseruantia declaratum fuisse comprehendi quoq; Visitatorum, & Commissariorum Generalium, Vicariorum, vel loci præsidentium officia: quæ doctrina est conformis Siluest. *tit. Prælatus q. 3.* & comprobatur à Sanch. *in præcep. decal. lib. 6. c. 15. num. 66.* Ergo dicendum est illegitimos non arceri à Definitoratu. Quòd autem dictum est de Vicarijs, intellige de Vicarijs amoti, seu mortui Guardiani, & nō absentis, etiam extra terminos suæ iurisdictionis. Siluest. *vbi supra*.

DVBIVM LXXIII.

An ille qui postquam Religionem est professus legitimatur per subsequens matrimonium indigeat dispensatione ad dignitates, & officia Ordinis?

SVMMARIVM.

1 *Qui dicatur legitimari per subsequens matrimonium.*
2 *Sic legitimatus habilis est ad omnes gradus Ordinis vti legitimè natus.*
3 *An sic legitimatus valeat sine dispensatione retinere beneficium, quod consecutum fuerat antequam eius parentes matrimonium contraxissent.*
4 *Non firmatur tractu temporis, quod ab initio non subsistit.*
5 *An electio per se nulla validetur per superuenientem dispensationem.*

1 LLE legitimari dicitur per subsequens matrimonium iure canonico, & ciuili, qui natus est ex soluto, & soluta, idest natus, vel generatus est ex parentibus, inter quos tempore generationis, seu natiuitatis ritè matrimonium constare poterat: tunc enim post illud contractum legitimus habetur *c. tanta vbi* Panor. *num. 14. qui fil. sint legit.* & Sixtus V. in bulla quæ incipit *postquam* æditā *anno* 1586. *die 3. Decembris* §. 12. quod locum habet etiamsi alter, vel vterq; parentum post conceptum filium cōtrahat matrimonium cum alio, vel cum alia, quo, vel qua defuncta, inter se etiam tandem contrahant. Panormit. *in capit. ad extirpandas num. 11. de fil. presbyt.*

Host.

Host. *in sum. lib. 1. num. 6. tit. de fil. præsbyt.* Palud. *4. dist.* 41. *q.* 27. Couar. *in 4. p. 2. c. 8.* §. 2. *num.* 1. Siluest. *tit. illegitimus q.* 3. *& tit. legitimus q.* 1. latè Sayr. *de cens. lib. 6. c.* 10. *num.* 14. *&* 15. Suar. *tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 10. Azor. *p. 2. lib. 6. c.* 3. *q.* 21. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 2. *num.* 28. *& seqq.* & in hoc conueniunt omnes.

Dixi *natus, vel generatus est ex parentibus, inter quos tempore generationis, seu natiuitatis*: quia controuertitur inter DD. an inspiciendum sit tempus conceptionis, vel tempus natiuitatis, ad hoc vt coniugalis potuisset esse coitus ad effectum de quo agimus. Et de hac difficultate speciale dubium hìc proximè instituam.

2 His ad dilucidationem tituli prænotatis, dico cōcordem esse omnium Doctorum sententiam legitimatum per subsequens matrimonium nulla dispensatione egere: Sed quò ad consequendos gradus honores, & dignitates sui Ordinis censendum esse æquo iure cū illis, qui ex matrimonio legitimo, & constanti nati sunt, & ita auctoritate Apostolica Sixtus V. inhærens Sacrorum Canonum dispositioni tenore suæ bullæ, quæ incipit *ad Romanum* æditam *anno* 1588. 21. *Octobris* declarauit §. 3.

3 Difficultas verò hìc vrget an idem iuris sit de illo, qui ante dictum matrimonium contractum inter parentes, obtinuit gradum, honorem, & dignitatem, ita vt valeat porrò postquam ritè contractum est, eosdem honores, vel dignitates retinere sine dispensatione. Mandos. *in praxi signat. gratiæ* Gigas. *de pensio* 22. *q.* 19. *num.* 16. Maiol. *lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 16. Vuinald. *de irregul. nu.* 119. & Azor. *vbi sup. versic. secundò* negatiuè sentiunt.

At Sayr. *vbi sup. num.* 30. & alij affirmatiuè opinantur.

Pro resolutione dico eū culpam grauem perpetrare ex eo quòd recepit sine dispensatione beneficium, cum esset illegitimus. Et hoc concedunt vtriusque sententiæ sequaces. Cæterum vtraque opinio mihi probabilis est, & potest concordari hoc pacto, nempè vt non possit retinere illud beneficium sine noua collatione vel electione. Sed benè possit sine noua dispensatione si ei de nouo conferatur.

Posterius membrum huius dicti patet ex eo, quia iure cōmuni iste filius fit legitimus, vt dictum est. Ergo fit habilis iure communi ad retinendum beneficium sine dispensatione quod ei de nouo conferatur licèt illud idē consecutus fuisset antequam eius parentes matrimonium contraxissent: quia hoc non impedit collationem eiusdem beneficij de eo postea habitam post dictum matrimonium contractum, Sed vtitur iure suo.

Prius verò membrum memorati dicti probatur quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio non subsistit *c. non firmatur de reg. iur. in 6*. Ex quo enim electio, vel collatio est nulla à principio, illa non potest conualidari etiam per superuenientem dispensationem Superioris sine consensu eorum, ad quos spectabat electio, seu collatio, si ipsi ignorabant vitium propter quod fuit nulla à principio Panor. *in c. innotuit. num.* 11. *de elect.* Dec. *in cap. at si clerici* §. *de adulterijs num.* 157. *de iudic.* Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 61. *num.* 9. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 7. *num.* 12. *circa med.* & Alter. *de cens. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 6.
4 *cap.* 7. *col.* 3. §. *sed limitanda*. Et confirmatur; nam sicut in matrimonio carnali qui illud prohibiti contrahere, si cōtrahant, & postea dispensationē obtineant, opus est nouo consensu post ipsam dispensationem obtentam, vt probabitur in fine sequentis dubij. Ita dicendum est in electione quia quò ad hęc valet argumentum à matrimonio ad electionem vt dictum est *dub.* 54. *num.* 19.

DVBIVM LXXIV.

Quod tempus sit inspiciēdum in quo coniugalis potuisset esse coitus, ad hoc vt per subsequens matrimonium legitimetur partus, an scilicet tempus conceptionis vel tempus natiuitatis?

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc vt quis legitimetur per subsequens matrimonium, opus est, vt parentes tempore conceptionis matrimonium inter se contrahere possent secundum vnam opinionem.*
2 *Secundum verò alteram sufficit, vt tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis, secundum quod vtilius fuerit proli.*
3 *An hoc posteriorem opinionem amplectitur.*
4 *An clerici teneantur in conscientia ad seruandas leges ciuiles.*
5 *Naturales, & spurij sunt incapaces dignitatum, tam de iure ciuili, quàm canonico.*

6 *Spu-*

6 *Spurijs negantur alimenta de iure ciuili; secus verò de iure canonico.*

7 *Qui prohibiti contrahere matrimonium, si illud contrahunt, & postea dispensationem obtinent, opus est nono consensu.*



1 VRA optimo hanc difficultatem pro maiori dilucidatione tituli precedentis dubij resoluendam proposui; quia adeò grauis existit, vt Couar. in *Epitome 4. decret. p. 2. c. 8. num. 2.* hæc formalia verba protulerit. *Franciscus Sarmentus vir genere, iudicio, & eruditione illustris tres selectarum libros in publicam emisit quorum in primo c. 5. num. 10. ab hac opinione, quam ego communem dixi* (supple considerandum esse tempus natiuitatis) *contrariam sequutus planè discedit, cuius rationibus ingenuè fateor me dubium esse, an & hæc communis opinio, vera sit: Atque ideò Lectorem admoneo, vt & in iudicando, & consulendo cautè, & cum iudicio quæstionem istam diffinire velit.* Cum Sarmento concordant Salyc. *in l. filium versic. sed attende C. de suis, & legitim.* Archid. *in c. O'ofius num. 2. versic. vbi etiam subdit. dist. 56.* Henrich. Boich. *in c. ex tenore num. 4. versic. aut de concepta qui fil. sint legit.* Ant. à Butr. *in c. tanta num. 17. eod. tit.* Zabarel. *in cap. quod nobis num. 3.* vbi Panor. *eod. tit.* Nicol. de Vbald. *tract. de success. ab intest. p. 1. num. 44. versic. secus si ab Amasia, & num. 45. versic. & etiá ibi* Dec. *consil. 155. num. 1.* Menoch. *consil. 60. num. 12.* Filliuc. *tract. 19. num. 133.* & pluribus relatis Garc. *de benefic. p. 7. c. 2. num. 36.* qui huius sententiæ potissimam rationem affirmat, quia hìc agitur de qualitate, & macula, quæ ex vitio, & crimine in coitu, & conceptione commissio contrahitur.

Pro hac eadem opinione adducunt *l. cum quis C. de nat. lib. & c. tanta qui fil. sint legit.* vbi videtur expressus in illis verbis. *Si autem vir viuente vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licèt post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius est filius.* Et sic ibi textus videtur ad initium respexisse.

Item adducunt *l. Paulus ff. de sta. hom.* vbi dicitur, *Eum qui viuente patre, & ignorante de coniunctione filiæ conceptus est, licèt post mortem aui natus sit iustum filium ei ex quo conceptus est non videri.* Vnde hic textus apertè probat legitimum filium non censeri illc cuius parentum tempore conceptionis matrimoniū non erat legitimum, licèt tempore natiuitatis iam cessasset impedimentum per quod reddebatur legitimum tempore conceptionis.

Supposito quod impedimentū de quo in hac lege habetur sit legitimum, & iustum impedimentum quòd consultò addo, quia de iure canonico non censetur iustum, vt benè aduertit Addit. *ad glos. ibid.*

2 Altera opinio affirmat considerandum esse tempus conceptionis, vel natiuitatis, secundum quod vtilius fuerit proli *l. nuper C. de nat. lib. auth. quibus mod. nat. effic. sui §. tribus seu, & §. si quis igitur propè fin.* quæ idem dicit quod *d. l. nuper.* Ita Ioan. And. *in d. c. tanta. col. penult. versic. quod si concepit vbi* quoque Card. *qui fil. sint legit. & in cap. quod nobis post princ. eod. tit. & in c. sine culpa vbi* Franch. *col. 2. versic. circa secundum de reg. iur. in 6.* Bald. *in l. cum quis num. 5. versic. quæro hic C. de natural. lib.* Molin. *de iust. tract. 2. disp. 172.* Henriq. *in sum. lib. 11. c. 20. num. 3.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 7. num. 19.* Sayr. *de cens. lib. 6. c. 10. num. 29.* Bonac. *de cens. disp. 7. q. 2. p. 3. nu. 6.* & alij.

3 Pro resolutione hæc posterior opinio mihi videtur omninò amplectenda, & in praxi seruanda ob verba *d. l. nuper. in fin.* vbi hæc habentur. *Et generaliter definimus, & quòd super huiusmodi casibus variabatur definitione certa concludimus, vt semper in huiusmodi quæstionibus in quibus de sta. librorum est dubitatio non conceptionis; sed partus tempus inspiciatur: Et hoc fauore facimus liberorum, vt editionis tempus statuamus esse inspectandum, exceptis ijs tantummodò casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas expostulat.* Quid clariùs?

Cum igitur clerici teneantur in conscientia ad seruandas leges ciuiles, quæ iuri canonico non aduersantur. Et *d. l. nuper.* non solùm canonibus aduersetur; sed sit illi conformis. Sequitur omninò esse amplectendam, & in praxi seruandam.

Quòd clerici teneantur in conscientia ad obseruantiam legum ciuilium, vt dictum est, &c. probatur ex communi omnium consensu, quidquid in contrarium senserit Nau. relatus, & meritò reprobatus à Suar. *de legib. lib. 3. c. 34. num. 7.* vbi plurimos Theologos, & canonistas cum communi aduersus eum affert.

4 Quòd verò *d. l. nuper.* non aduersetur iuri canonico, atque adeò sit illi conformis, liquidò constat ex ipsismet verbis *d. c. tanta qui fil. sint leg.* pro contraria opinione supra recitatis: nam ponderando eam copulam, & positam inter conceptionem, & natiuitatem prolis, contra eandemmet opinionem retorquentur dicta verba. Manifestè namque

pateт

patet textum copulatiuè requirere vtrumq; casum, nempè vt conceptio, & natiuitas fie ex personis non solutis: aliàs non obscurè innuit filios non dici spurios. Nat. *cons.* 403. & Rota *decis.* 33. *num.* 6. *p.* 1. *in recent.* & *decis.* 19. *in fin. coram Greg. XV.* Et per hæc quoque respondetur ad *d. l. cum quis C. de nat. lib.*

5 Ad rationem prioris sententiæ Respondeo illam non esse propriam iuris canonici: nam eadem ratione naturales, & spurij sunt prorsus incapaces dignitatum tàm de iure canonico per inta, & DD. à me allegatos *dub.* 72. & Marescot. *lib.* 2. *var. resol. c.* 30. *num.* 5. quàm de iure ciuili *l. honor.* §. *si de honoribus ff. de muneribus,* & *honor.* vt multis allegatis asserit Tiraquel. *de nobilit. c.* 15. *num.* 14. vbi de communi testatur Gigas. *de pension. q.* 16. *num.* 4. Marescot. *vbi sup. num.* 2. quidquid asstruant Panorm. *in cap.* 1. *num.* 3. *de fil. presbyt.* & Paleoth. *de noth.* & *spur. c.* 56. ad-

6 uersus communem ab eo relatam *num.* 8. Immò prædicta ratio opinionis contrariæ fortiùs sibi vendicat locum in iure ciuili, quàm canonico, quia illud magis odio prosequitur coitum, & maculam ex qua contrahitur illegitimitas, quàm istud, quod vel ex eo maximè probatur, quia de iure ciuili ita à paterna successione ex testamento vel ab intestato spurius filius arcetur; vt etiam ab alimentorum petitione excludatur *Auth. quib. mod. nat. effic. sui* § *si quidem Authen licet C. de nat. lib.* Socin. *iun. consil.* 191. *num.* 18 *lib.* 4. Ruin. *cons.* 183. *num.* 17. Sayr. *de cens. lib.* 6. *c.* 10. *num.* 8. & alij. Aequitas verò iuris canonici admittit eundem spurium ad alimenta, & vult à Patre esse alendum vt disponit *cap. cum haberet in fin.* vbi DD. *de eo q. dux. in vxor. quam q. polu. per adul.* Couar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 8. § 6. *num.* 1. Dec. *cons.* 312. *num.* 4. Marfil. *singul.* 358. Bero. *cons.* 165. *num.* 23. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 60. *num.* 6. & *tract. de præsumpt. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 13. Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 11. Marescot. *vbi supra c.* 83. *num.* 31. & *seqq.* Rota *decis.* 347. *p.* 4. *diuers.* & *decis.* 224. *per totam par.* 2. *in recent.* & *in Bonon. alimentorum* 28. *Martij* 1594. *coram Penna,* & *item in Bonon. alimentorum* 24. *Nouembris* 1604. *coram Iusto.*

7 Ad *l. Paulus ff. de sta. homin.* Respondeo cum Couar. in eo casu nec tempore natiuitatis matrimonium fuisse legitimum: Nam & si potuit tunc contrahi legitimè, tamen contractum prius eo tempore, quo minimè licebat non fuit nouo consensu, legitimo tempore confirmatum. Qui enim prohibiti contrahere matrimonium, illud contrahunt sub condicione futuræ dispensationis: nihilominus opus est nouo consensu post huiusmodi dispensationem obtentam, vt tradunt Zabarel. & Panorm. *in c. super eo. de cond. appos.* Henrich. Boich. *in c. fin. eod. tit.* Aretin. *consil.* 144. Lozzef. *tract. de matrim. dub.* 12. multis allegatis Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 35. *nu.* 2. & *lib.* 8. *disp.* 8. *num.* 25. Rota *decis.* 838. *nu.* 12. *coram Card. Seraph. decis.* 201. *coram Card. Mantic.* & *decis.* 295. *num.* 1. & *decis.* 410. *nu.* 5. *coram Greg. XV.* vbi in decisione, & in annotationibus multæ aliæ decisiones cumulantur.

DVBIVM LXXV.

An filius illegitimus possit dispensari ad dignitates in eadem Religione in qua eius Pater fuit, vel est insignitus eisdem, vel dissimilibus?

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus non potest dispensari ad dignitates quas Pater obtinuit.*

2 *Quod extenditur ad filios illegitimos procreatos ante clericatum.*

3 *An idem iuris sit de Patre respectu filij: quod est de filio respectu Patris.*

4 *An idem iuris sit de nepote legitimo ex filio illegitimo respectu aui.*

5 *Quid sentiendum de illegitimis Regularibus filijs Religiosorum.*

6 *An idem dicendum de ministrationibus, quod dictum est de dignitatibus.*

7 *An Pater, & filius illegitimus interdicantur missam celebrare in eadem Ecclesia.*

8 *An Pater, & filius illegitimus clerici arceantur à cohabitatione.*

9 *In quo differat decretum Concil. Trident. sess.* 25. *c.* 15. *de reform. à iure communi.*



1 RESPONDEO negatiuè per *c. præsentium c. cum decorem,* & *c. ad abolendum de fil. presbyt.* & Clemens VII. per suam constitutionem quæ incipit *ad canonum conditorē* æditam *anno* 1530. *die* 3. *Iunij* in qua hæc ad rem nostram leguntur. *Statuimus,* & *ordinamus, quòd de cætero filij præsbyterorum ex fornicatione nati ecclesias cathedrales, etiam metropolita-*

politanas, ac monasteria; quibus eorum Patres præfuerunt, se illa, & illas dignitates etiã maiores, & principales personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiua, & alia quæcumque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis Ordinum regularia, quæ præsbyteri, & Clerici, ac Religiosi eorũ Patres in titulum, vel commendam, aut administrationem ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus: & si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tamquam per praeoccupationem, & contra mentem nostram concessas eis nullatenus suffragari; talesque dispensationes nostris volumus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Et tandem vide Conc. Trid. *sess.25.c.15. de reform.* Circa quod Concilij Decretum multa dubia resoluenda occurrunt.

2 Primò dubitari potest an sicut dicta constitutio Clem. ita quoque istud Decretum vendicet sibi locum in filijs naturalibus procreatis ante clericatum?

Rodriq. *tom.1.q.13.art.7.* & Manual prælat. *tom.2.q.1.art.10.* negatiuè sentiunt. At affirmatiuam opinionem esse veriorem elicitur ex illis verbis *qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, prout testatur Balb. *decis. 29.* & Garc. *de benef.p.7.c.3.num* 15. referens sic censuisse Sacram Congregationẽ his verbis *Hoc decretum habet locum in filijs naturalibus procreatis tempore quo parentes eorum nondum erant effecti clerici.*

3 Secundò dubitari potest an sub prohibitione quæ habetur in d. decreto Cõcilij, quò ad filium illegitimum, Pater etiam intelligatur prohibitus obtinere beneficium in ecclesia, in qua huiusmodi filius habuit idem, vel quodcumque aliud etiam dissimile beneficium? Respondeo Rotam *decis. 1442. per totam coram card. Seraph.* negatiuam sententiã amplexatam fuisse multis Doctoribus, & rationibus adductis, & dicit pro hac opinione facere, quod alias censuit Sacra Cõgregatio 22. *Decembris* 1594. *Patrem, scilicet non comprehendi in prohibitione ne filius immediatè succedat in beneficio Patris.*

4 Tertiò dubitari potest an dicta constitutio Clem. & decretum Concil. comprehendant nepotes legitimos præsbyterorum ex filio illegitimo, respectu aui? Rebuff. *in praxi. tit. de dispensatione super defectum natalium num.* 27. Rojas. *de success. ab intest. c.20.num.* 112. & quidam alij negatiuè opinantur. At affirmatiuè iure optimo sentiẽdum esse probant Nauar. *lib. 1. consil. 9. & 10. in 2. edit.* Sayr. *de cens.lib.6.c.10.num.46.* Azor. *p.2.lib. 6.c.4.q.17.* & quamplurimi alij ab his relati, & ita conclusit Rota *in nullius legitimatis 12. Februarij* 1574. *coram Rubeo.* quæ decisio habetur apud Nauar. *d.cons.10.* quem sequutus est eadem Rota *d.decis.1442.num.11.* Et tandem eadem sententia sustinenda videtur nõ solum de prædictis legitimis ex illegitimo, vt dictum est; sed etiam de illegitimis ex illegitimo filio respectu eiusdem aui, vt validis rationibus probat Garc. *de benef. vbi sup. num.25.* referens *nu.27.* sic censuisse Sacram Congregationem 1. *Martij* 1589.

5 Quartò dubitari potest an hoc decretum Concilij ita se extendat ad illegitimos Regulares filios Religiosorum, vt nequeãt promoueri ad dignitates in Religione quas eorum Patres obtinent, vel obtinuerunt? Rodriq. asserit memoratos Religiosos filios Religiosorum posse dispensari ad dignitates, & officia in Religione, vbi eorũ Patres sunt, vel fuerunt professi: non autem in monasterio, vbi Prælationes administrarunt. Quam opinionem, & ipse libenter amplector quidquid in contrarium astruat Manual prælat. cum Rodriq. fauere videantur nonnullæ declarationes Sacræ Congregationis relatæ à Garc. *num.63.* ex quibus infert illegitimum posse promoueri ad Ecclesiam filialẽ, cuius Matrici Pater præfuit, & si vna sit alteri in aliquo subiecta, seu ab illa dependeat tamquam membrum: modò vtraque sit beneficium separatum: tunc enim cum sint beneficia distincta, & in diuersis Ecclesijs, rectè potest filius illegitimus habere filialem, licèt Pater habuerit, vel habeat Matricem, seu, e contra; nisi tamen habenti vnam ministrandum sit in alia.

6 Quintò dubitari potest an prædictus illegitimus prohibeatur Ministrare, & beneficium adipisci in Ecclesia, in qua Pater ministrauit, & inseruiuit? Respondeo non prohiberi *c.constitutus vbi glos. de fil. præsbyt.* & ita censuit Sacra Congregatio teste Garc. *num.* 27. his verbis *filius Clerici ex hoc decreto non prohibetur, quominus tamquam Capellanus amouibilis deseruire possit, atque obtineat beneficium in Ecclesia, in qua eius Pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licèt pro Capellano amouibili inseruierit in eadem Ecclesia.*

7 Sextò dubitari potest an Pater, & filius illegitimus interdicantur rem diuinam facere in eadem Ecclesia? Respondit Sacra Con-

grega-

gregatio his verbis, prout scribit Garc. num. 73. *Conc. Trident. non probibet quin Pater, & filius possint celebrare Missam in eadē Ecclesia; dummodò ambo non obtineant beneficium in ea: sed id fiat ab altero deuotionis gratia: ab altero causa legati quod relictum sit Missam celebrantibus*. Item respondit eadem Sacra Congregatio. *Ad Episcopum N. scribatur, vt desinat molestiam exhibere illegitimo præsbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in Ecclesia, in qua Pater celebrat ob deuotionem; cum neuter habeat beneficium; quia hic casus non est probibitus à Concilio*.

Septimò dubitari potest an memorati genitor, & Genitus arceantur à cohabitatione. Respondit Sacra Congregatio ad Episcopum Calaritanum his verbis, relatis à Garc. num. 74. *Filij illegitimi clericorum non probibentur à Concil. Trident. cum Patribus habitare nec de iure est talis prohibitio, quamuis aliqui Episcopi seu Ordinarij id probibeant sine causa*.

Octauò dubitari potest in quo differat hoc decretum Concilij à iure communi? Respondit Sacra Congregatio vt perspicuum est ex Garc. num. 14. in quinque.

Primò quòd non solùm ratione successionis, prout de iure communi; sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hæc prohibitio.

Secundò quòd talis memoria, longissimè arceatur non solùm immediatè prout de iure communi; sed etiam mediatè contra Panor. in c. dilectus nu. 2. de fil. præsbyt.

Tertiò quòd non solùm prohibetur successio in eodem beneficio: sed in alio quocumque etiam dissimili, dummodò sint in eadem Ecclesia contra ius commune, de quo per Panor. in d. c. Ad abolendam post princ.

Quartò quòd non solùm prohibetur filius obtinere beneficium in eadem Ecclesia, in qua Pater obtinet; sed etiam ministrare contra ius commune, quo tantùm Pater ministrare probibetur, Panorm. in d. c. cum decorem.

Quintò quòd nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.

DVBIVM LXXVI.

An Prælati Regulares valeant virtute suorum priuilegiorum dispensare cum illegitimis sibi subditis ad quascumque dignitates, & officia Ordinis?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Regularium dispensandi illegitimos.*
2 *Quomodò possint eis vti iuxtà constitutionem Greg. XIV.*
3 *An constitutio Greg. XIV. exposcat suffragia Definitorij; an verò vocalium ad dispensandum cum illegitimis.*
4 *Sententia Authoris.*
5 *Quid veniat sub nomine capituli intermedij.*
6 *Prælati Regulares possunt dispensare cum illegitimis iuxtà tenorem suorum priuilegiorum prout iacent.*
7 *Quid operetur clausula* ex certa scientia, & de plenitudine potestatis *apposita in confirmationibus.*
8 *Priuilegia Regularium dispensandi adhuc manent illæsa post Conc. Trid.*
9 *Speciale priuilegium factum PP. Societatis Iesu dispensandi illegitimos.*
10 *Item aliud factum PP. Congregationis Clericorum Regularium Infirmis ministrantium.*

1 CERTVM est multa extare priuilegia Regularibus concessa ad effectum de quo agimus, vt sunt v. g. illa Alex. III. & Ioan. XXII. de quibus D. Ant. 3. *par. tit. 29. de irregul. c. 4. versic. tertius modus*. Item Eugenij IV. & Pauli III. de quibus Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 11.* Et tandem alia Sixti IV. quę referuntur *in compen. priuil. tit. dispensatio num. 12. & 13.* Sed incertum est an Prælati Regulares possint vti his priuilegijs, & dispensare cum illegitimis sibi subditis iuxtà facultatem in eis concessam?

2 Huic difficultati respondeo affirmatiuè: primò namque possunt eis frui secundum dispositionem constitutionis Greg. XIV. editę *anno 1590.* quæ incipit *circumspectio Romani Pontificis*; qua moderationem adhibuit in hac parte constitutionibus Sixti V. contra illegitimos æditis, his verbis. *Volumus, atque statuimus licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum, ac Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxtà tenorem priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum (quæ dummodò vsu recepta, nec aliàs sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt præfertur in hac parte reualidamus)*

mus) cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis cum generali, ſeu prouinciali, ſeu intermedio capitulo, & non aliàs, ſoffragantibus meritis, dignos iudicauerint, ad honores, gradus, dignitates obtinendas diſpenſare, & diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque vt antea valere; & tenere perinde, ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.

3 Sed ex his verbis duplex dubiolum oritur. Primum eſt an dicta diſpenſatio cum illegitimis iuxta diſpoſitionem huius conſtitutionis fieri debeat cũ ſuffragijs vocalium in capitulo generali, ſeu prouinciali; cum verba textus habeant *quos aliàs dictus Generalis, ſiuè Prouincialis cum generali, ſeu prouinciali, ſeu intermedio capitulo, &c. dignos iudicauerint.* An verò ſolùm cum ſuffragijs Patrum in Definitorio?

Thela c. 2. *fol.* 119. bullæ verbis innixus illum priorem modum tutiorem exiſtimat. Rodriq. autem *vbi ſup. art.* 9. & Manual prælat. *tom.* 2. *q.* 2. *art.* 3. poſteriorem approbant ob notabilem ignominiam, infamiæque notam, cui verteretur hæc legitimatio fratribus præſertim occulte patientibus defectum natalium.

4 Pro reſolutione vtraque ſententia ſimul iuncta mihi arridet, vt ſcilicet natalium macula ſolis quidem Definitorũ ſuffragijs abſtergatur; vt potè de quorum taciturnitate magis fidendum eſt; ex compromiſſo tamen in eos (prout rationabiliter exiſtimatur) tacitè facto ab omnibus capituli ſuffragatoribus in huiuſmodi negotijs, quæ ſæpè ſæpius ſecretò ſunt pertractanda.

5 Alterum dubium eſt an per illud verbum *intermedio capitulo*, intelligatur ſolummodò congregatio intermedia, quæ capituli intermedij vim habet in multis Religionib. in verò Cõgregationes, quæ multoties celebrantur congregatis ſolummodò Patribus Generali, vel Prouinciali, cum ſuis Definitoribus ad eligendum aliquem in Guardianum, ſiuè ad aliquid aliud peragendum. Rodriq. & Manual prælat. *vbi ſup.* hanc poſteriorem intelligentiam illorum verborum negãt, & priorem concedunt. At pace tantorum Doctorum neſcio quo pacto, quauè ratione ad has poſteriores congregationes non admittatur extenſio prædictorum verborum; cum enim diſpenſatio ab irregularitate natalium pendeat non ex loco, ſed ab habentibus poteſtatem: Et dicti DD. accerrimè tenentur tutius eſſe PP. Definitores cum Prouinciali, ſiuè cum Generali hanc diſpenſationem impertiri vti probatum eſt. Sequitur non eſſe negandam eiſdem hanc eamdem poteſtatem, quoties ſimul conueniunt. Neque hæc extenſio illorum verborum *intermedio capitulo* eſt violenta: nam exponuntur *intermedio capitulo* ideſt in tempore quod eſt medium inter capitulum præteritum, & futurum.

6 Secundò principaliter poſſunt vti Regulares Prælati prædictis priuilegijs ſecũdum eorum tenorem prout iacent, & non ſecundum diſpoſitionem ſupradictæ conſtitutionis Greg. XIV. Ideſt Generalis, vel Prouincialis ſeu eorum Vicarij per ſe abſque conſenſu capituli, ſeu Definitorij poſſunt diſpenſare cum ſibi ſubditis illegitimis ad quaſcumq; dignitates, & officia Ordinis. Et hoc virtute confirmationum Apoſtolicarum de priuilegijs Regularium, quæ emanarũt poſt dictam conſtitutionem Gregorianam, vt eſt illa Clement. VIII. facta Patribus de obſeruantia, quæ incipit *ratio paſtoralis* ędita *anno* 1597. *die* 20. *Decembris*, & illa Pauli V. eiſdẽ Patribus quæ incipit *iniuncti nobis, &c.* ædita *anno* 1609 *die prima Decembris*, & item alia eiuſdem Pauli V. Societati Ieſu quæ incipit *quantum Religio* ædita *anno* 1606. *pridie nonas Septembris* in quibus confirmationibus appoſitæ ſunt clauſulæ *ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, &c. motu proprio, &c.* ſine

7 vlla reſtrictione. Sed hæ clauſulæ operantur, vt reſtituantur, & re inualidentur priuilegia reuocata, vt latè videri poteſt apud Baptiſtã de ſalis *in ſum. tit. abſolutio fol. mihi* 9. *col.* 2. Panor. & Lignan. *in c. cum ſuper de cauſ. poſſeſ.* gloſ. *in c. cum acceſsiſſent de conſtitut.* Oldrad. *conſ.* 257. Gemin. *conſ.* 32. *circa fin.* Rodriq. *tom.* 1. *q.* 8. *art.* 3. & *tom.* 2. *q.* 34. *art.* 4. *poſt med.* §. *quod probatur* Tuſch. *lit.* C. *concl.* 710. Marcheſ. *p.* 1. *tit. de S. D. N. Papa Reſerend. c.* 5. *num.* 15. & *ſeqq.* Suar. *de legib. lib.* 8. *capit.* 19. qui præ ceteris latiſsimè hanc materiam tractat.

8 Neque obſtat in dictis confirmationibus ſemper (exceptis illis Societatis Ieſu, ob ſpecialem illius Religionis viuendi rationem) apponi illam clauſulam ſiuè exceptionem. *Quatenus decretis Conc. Trident. nõ aduerſentur.* Nam reſpondeo extare declarationem Sacrę Congregationis tenoris ſequentis ſuper *ſeſſ.* 24. *c.* 8. *de reform. Non tolluntur priuilegia conceſſa Religionibus de habilitandis illegitimis ad dignitates, & gradus illarum.* Cuius declarationis fundamentum colligi poſſe exiſtimo ex doctrina, quam tradunt Rodriq. *d. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 7. & alij quam ſequitur Suar. *vbi ſup. c.* 18. *in fin.*

Deni-

9 Denique aduertendum est PP. Societatis Iesu omninò non teneri ad obseruantiam dictæ constitutionis Greg. XIV. non solùm ob memoratas confirmationes; sed præsertim ob aliam constitutionem eiusdem Greg. XIV. quæ incipit *exponi nobis nuper*. æditam *anno* 1591. *die* 30. *Augusti* per quam specialibus rationibus, auctoritate Apostolica decreuit, & quatenus opus esset etiam de nouo concessit, & induisit Societati Iesu, vt ex tūc deinceps perpetuis futuris temporibus tàm in nouitijs etiam cuiusuis generis illegitimis admittendis, quàm in dispensationibus ad quælibet officia gradus, & dignitates in societate obtinenda ipsis veteranis illegitimis cuiusuis generis concedendis formam, & rationem omnimodam in illius Apostolicis diplomatis, ac priuilegijs quibusuis, nec non & in constitutionibus, decretis, & regulis expressam liberè, & licitè prosequi, & retinere valeat, eamque perpetuò obseruari voluit, & mandauit. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac prædicta ab eodē Pontifice nuper ædita quæ incipit *circumspecta*, & alia Sixti V. quæ incipit *cum de omnibus*. Refertur hæc bulla inter priuilegia Societatis Iesu *t.t. facultas admittēdi nouitiōs f. l. mihi* 301 *ad usum collegij Romani eiusdē Societatis*.

Et tandem idem Greg. XIV. approbando Regulam Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis per suā bullam *illius qui pro gregis* æditam *anno* 1591. *die* 24. *Septembris* concessit in §. 29. *Præfecto generali pro tempore existenti, seu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum locorum, seu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore existentibus, & illorum Vicarijs, ac locatenentibus vt cum eisdem Congregationis personis defectum natalium etiam ex adulterio, sacrilegio successu, & quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouenientem patientibus, postquam in dicta Congregatione vota emiserint, vt d. defectu huiusmodi nō obstante ad quoscumque sacros, etiam presbyteratus ordines promoueri, & in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, nec non ad quascumque administrationes, personatus, præheminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & assumi, illaque gerere, & exercere.* Quas literas Gregorij quò ad hanc partem cōfirmauit Clem. VIII. per suam bullam *superna dispositione* æditam *anno* 1600. *die* 29. *Decembris in* §. 63. Vnde cum certum sit hoc priuilegium extendi ad alias Religiones in priuilegijs communicantes, per consequens cessat omnis difficultas.

DVBIVM LXXVII.

An Prælati conuentuales qui aliter quàm per electionem instituuntur, eorumque Vicarij possint dispēsare cum illegitimis sibi subditis, virtute priuilegij Sixti IV. facti Prioribus conuentualibus eorumque Vicarijs Ordinis Prædicatorum.

S V M M A R I V M.

1 *An Prælati conuentuales qui aliter quàm per electionem instituuntur vel eorum Vicarij possint dispensare cum illegitimis.*
Subrogati authoritas.
2 *Item An potuissent Vicarij Priorum Dominicani & dinis nisi Pontifex expressè concessisset.*
3 *In generali mandato non veniunt, nisi ea, quæ sunt iuris.*
4 *Dispensatio est de maioribus negotijs.*
An sub amplissima facultate dispensandi Vicario facta veniant quæ specialiter commissa fuerint eius & dinario.
5 *Quando subrogatus est eiusdem naturæ illius in cuius locum subrogatur.*
6 *De quibus Vicarijs intelligantur dicta priuilegia.*

1 
CIRCA Prælatos conuentuales, qui aliter quàm per electionem instituuntur inspicienda sunt priuilegia consuetudines, & statuta cuiuscumque Ordinis iuxta plenè tradita d. 110. per totum. Et vbi ex ibi dictis concluderetur Prælatos prædictos non posse dispensare cum illegitimis sibi subditis, consequens item erit nec etiam eorum Vicarios posse ita dispensare: maiori .n. facultate gaudere non habent eis; quia subrogatus, (vti est Vicarius absentis, seu amoti, vel mortui Prioris secundum Siluest. *tit. confessor* 1. q. 8. *versic. tertiò Prælatus*) nihil plus iuris habere potest, quàm ille in cuius 2
locum subrogatur *l. si eum* §. *qui in iniuriarum* [illegible] *quod cau.* Rota *decis.* 344. *num.* 38. *coram* [illegible] Et super se [illegible] habens dicti

SVMMARIVM.

1 *Qui dispensans sine causa peccet mortaliter, & dispensationem reddat nullam.*
2 *Qui gaudeant auctoritate supra ius commune.*
3 *Dispensatus sine causa non est tutus.*
4 *Papa dispensans sine causa, peccat.*
5 *Quæ causa sufficiant ad dispensationem.*

1 RAVEM quidem culpam perpetrat, dispensationemq; reddit nullam, & inanem quicumque Summo Pōtifici inferior, qui sine causa eam condonare non formidat: Ita docent Innoc. & Panor. *in c.cum ad monasterium num. 17. de st.monach.* Item Panor. *in c.cùm in cunctis §. inferiera num.8.*& Dec.*nu.8.de elect.* Specul. *de dispens. §. qualiter.num. 23.* Lambert. *de iur. patr.p.1. lib.2.q.7.art.11.num.12.*Rodriq.*tom.1.q.13. art.14.& 15.*& Garc.*de benef.p 7.c.2.nu.49.* Rota *in Romana pensionis 3. Iunij 1583. coram Card.Seraph.in fin.* Ratio ex hoc desumi-
2 tur, quia solùm apud Summum Pontificem residet plenitudo potestatis supra ius commune *c.cuncta 9.q.3.c. nos si competenter 2.q. 7.c. proposuit de concess.praeben.* glos. *in cap. 1. in v°. ab omnibus de const.* D. Thom. *quodlibet. 4.art.14.* Ioan. And. *in c. pervenit absitem super glos. 2 qu. fil.fiat legit.*Panor.*in c.quem ecclesiarum a prope fin.de const.vbi quoq;* Felin *num.25. in fin.* Nisi illud ius haberet in se quamdam rationem diuinam, vel naturalem Panorm. *in rep.in c.per tuas de arb. & in d. c per venerabilem.& in c. de multa de praeben.* Felin. *in c. 1. num.23.fallent.4.de const.* Sed alij Papæ inferiores hac auctoritate minimè gaudent, vt patet ex communi, & præsertim ex Nauar. *c.25.num.74.* & Siluest. *tit.dispensatio num.1. & seq.* qui testimonio D. Bern. id comprobat.

Hinc infertur cum allegatis Doctoribus
3 dispensatum sine causa à quocumque Summo Pontifice inferiore vigore cuiusuis concessionis non esse tutum in eo quod ad conscientiam, vel quod ad Ecclesiam spectat. Eamdem sententiam amplectuntur Couar. *4.decret.2.p.c.6.§.7.num.11.* Nauar. *in c. fin. num.4.de simon.* Gutierez *lib.1.qq.can.cap.19. num.1.* Burgas. *de irregul.p.7.c.vlt.num.21.* Azor.*p.1.lib.5.c.15.ad fin.* Sanch.*de matrim. lib.8. disp.17.num.4. & disp.4.num.17. in fin.* Salas.*1.2.disp.20.sect.4.num.31. & seq.*Suar. *de relig.tom.1.tract.3.lib.4.c.61.num.13. & de legib.lib.6.c.19.num.2.* Cuius rei ratio hæc assignari potest, quia nunquam censendus est Christi Vicarius illud concedere alijs,
4 quod per se sine culpa exequi nequit. Nam si Pontifex sine causa dispensat, licet teneat dispensatio, vt dictum est; attamen ipsemet etiam à culpa non excusatur D. Thom. *1.2. q.97.art.4.*Caiet.*in sum.verb.dispensatio in initio.& 1.2.q.96.art.5.ad fin.* Sot. *de iust. lib. 1. q.7.art.3 ad fin.corporis* Innoc. *in c.cum ad monasterium de st.monach.* Ioan. And. *in c. dudum de elect.* Panorm. *in c.non est voti num.9.de vot.* Sanch. plurimis relatis *lib. 10.de matrim. disp. 18.num.3.& plenè* Suar. *de legib.lib 6.c.18. num.4.*vbi de communi Theologorum.

5 Quæ autem in præsenti iustæ causæ dicantur, certa regula dari nō potest, teste Siluest. *vbi sup.*& Suar.*de legib.c.17.num.15.& seqq.* Ideò in hoc à boni viri arbitrio non est recedendum: multa tamen deducuntur à iure, & præsertim ex *c.innotuit.de elect. 1.q.7.per totam c. sciendum dist. 29.* quæ enumerantur à Siluest. Burgas.*p.2.§.3.vers.quæ sint causæ dispensationis* & à Rebuff.*in praxi tit. dispensatio super defec.nat.num.46.*vt putà vtilitas, scandalum, litterarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, fama personæ, & huiusmodi, quas in d. Doctoribus videre licet.

Hic solum aduertendū est cum D. Thom. *in addit.3.p.q.19.art.5.* Ricar.*4.dist.25. art.4. q.3.* Sot.*4.dist.25.art.3.q.1.concl.1.* Sayr. *de cens.lib.6.c.11.num.8.* Auil.*de cens.p.7.disp. 3.dub.6.concl.2.num. 1.* & alijs, tantò difficiliùs concedendam esse illegitimis dispensationem, quantò turpiùs fuerint procreati.

DVBIVM LXXIX.

An in impetranda, seu petenda dispensatione vt tuta sit sufficiat vnicam qualitatem illegitimitatis exprimere, & alias specificas supprimere?

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum eorum qui dicunt omnes illegitimitatis qualitates esse aperiendas in petenda dispensatione.*
2 *Quid necessariò sit manifestandum in petitione dispensationis super defectum natalium. An natus ex genitura adulterio debeat vtrumque exprimere in impetratione pro dispensatione obtinenda?*

Item an idem iuris sit de eo qui natus ex sacerdote, & muliere soluta.

Item an idem iuris sit de eo qui natus est ex sacerdote, & muliere soluta quidem, et tamen ministrauit sacramentos?

3 *An sit aperienda circumstantia materna nobilitatis.*

An filius spurius succedat Matri illustri extantibus filijs legitimis?

An quis possit legitimari sine succedendi potentia?

4 *Ignorantia, vel bona fides potest excusare eos qui aliquam illegitimitatis speciem subticuerunt in petenda dispensatione.*

An sit valida dispensatio illegitimi qui ignorans in impetratione expressit se esse filium viduæ cum tamen sit filius coniugatæ?

An natus ex muliere quæ virum suum ignorabat esse sacerdotem, censeatur legitimus?

5 *Item verba generalia dispensantis possunt eosdem excusare.*

6 *Nisi conceptio valdè atrox, & turpis extaret.*

7 *Refellitur opinio Rodriq. contraria.*

1 ESPONDEO primò omnia quæ fusè, lateque à Doctoribus communiter traduntur pro resolutione negatiua præsentis difficultatis eò tendere, vt ei, qui dispensati onem est condonaturus, comperta sint ea, quæ possent ipsum à dicta condonatione retrahere, vel ad eam difficiliùs concedendam inducere; & non nisi re priùs maturè discussa *c. postulasti vbi* Felin. *num. 2. versic. quarta declaratio de rescript. l. 1. ff. de nata. rest.* Panor. *in c. per venerabilem num. 27. qui fil. sint legit.* Couar. *in epitome 4. decret. p. 2. c. 8. §. 9. num. 1.* & alij.

2 Ex hoc autem fundamento infertur primò in impetratione aperiendas esse non solùm quascumque illegitimatis species enumeratas à Sayr. *de cens. lib. 6. c. 10. num. 6. & seq.* & multis Doctoribus relatis à Bonac. *de cens. disp. 7. q. 1. p. 3. num. 1.* quæ conceptionem dehonestarunt, ad hoc, vt valida sit dispensatio; sed etiam omnes qualitates, quæ odiosiorem reddunt concubitum ad hoc ne vitietur ipsamet dispensatio: Secus verò de qualitate, quæ solammodò aggrauat vitium parentum. Exemplum de priori membro huius illationis fit. Si quis ex geminato adulterio natus sit, hoc est ex Patre vxorato, & item ex matre coniugata: de hoc duplici vitio oportet in impetratione mentionem facere: Et si se tantummodo dicat progenitum ex patre matrimonij vinculo adstricto; matre verò soluta, irrita est, & manis gratia. Exemplum de secundo huius illationis membro fit. Si quis sit filius Sacerdotis, & mulieris non coniugatæ, sat est si se talem exprimat in impetratione absque eo quòd manifestet dictum Sacerdotem ministrasse Sacramenta ipsi mulieri; quia id dumtaxat aggrauat vitium parentum. Rota *decis. 2. tit. de fil. presbyt. in antiq. & decis. 4. num. 4. eod. tit.* vbi refert stylum pœnitêtiariæ, & authoritatem Card. de florent. tûc pœnitentiarij Maioris. Excipe tamen ab hoc exemplo Sacramentum Baptismatis, quia si dictus Sacerdos illam mulierem Baptismate abluisset, vel ex ipso sacro fonte suscepisset, tunc filius genitus est ex concubitu incesto ob gradum affinitatis perpetuæ, & irreuocabilis. Rota *vbi sup.*

Hæc illatio patet ex *c. fin. de fil. presbyt. in 6. & c. 2. eod. tit.* & omnibus præcitatis Doctoribus, & insuper ex Oldrad. *cons. 247.* Siluest. *tit. legitimus q. 3.* Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. super defect. nat. num. 43. & 61.* Rodriq. *tom. 1. q. 13. art. 17.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 3. q. 20.* Manual prælat. *tom. 2. q. 2. art. 13.* & Rota *decis. 353. num. 14. coram Greg. XV.*

3 Secundò infertur quando effectus emanaret ex qualitate expressa, qui emanaret ex non expressa tunc non nocere illam qualitatem silentio inuoluere. Ita fuit dictum *in nullius, seu Caputaque pensionis 18. Aprilis 1616. coram Andrea, quam refert.* Beltraminus in *annot. ad decis. 87. Greg. XV.* vt v.g. si quis ex patre nobili coniugato, & matre illustriorum ducat, satis est si se ex adulterio prouenientem significet, tacitus prætermittens nobilitatem parentum, vt constat ex præallegatis Doctoribus. Et quamuis Host. Ioan. And. & Ant. à Butr. *in c. fin. de fil. presbyt.* Panor. Felin. *vbi sup. vers. cæterum* Ruin. *cons. 88. num. 6. vsq; ad 13. lib. 3.* Rolan. *cons. 89. num. 45. & seq. lib. 1.* Menoch. *cons. 181. num. 3. & 4. lib. 2.* Crau. *cons. 687. num. 3. vers. & de qualitate matris lib. 4.* Decian. *cons. 90. num. 10. lib. 2.* Pute. *decis. 435. num. 1. lib. 1.* Surd. *cons. 526. num. 13.* & Azor. *vbi sup.* teneantur circumstantiam maternæ nobilitatis esse necessariò explicandam, quia filius spurius non succedit matri illustri extantibus filijs legitimis. *Authent. si qua illustris C. ad senatus consult. Orfitian.* Attamen hoc dicitur ob notabile detrimentum tertij, in quod cadit tunc dispensatio ad effectum succedendi, vt elicitur ex dictis à Felin. *vbi supra num. 11. cas. 2.* Alciat. alios referens *l. 2. in princ. num. 51. vers.*

fallit

fallit 4. ff. de verb. oblig. Aret. *ibid. num. 1. in fin.* Couar. *4. decret. p. 2. c. 8. §. 5. num. 21.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 3.* & alijs. Hoc autem detrimentum longè abest à dubio nostro, vbi agimus de dispensatione ad solum effectum dignitatis, vel officij in Religione assequendi, qui effectus non lædit ius tertij, cum possit stare, vt quis sit legitimatus sine succedendi potentia, & in reliquis talis filius dicatur restitutus natalibus, ac ablata ei censeatur macula Spurietatis: Bart. *in l. 15. potest ff. de his qui. hær.* Goz. *cons. 6. num. 64.* Ruin. *cons. 75. num. 18. lib. 3.* Socin. *iun. cons. 93. num. 41. lib. 3.* Tiraquel. *in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 317. C. de reuo. dona.* Gabriel. *consil. 21. num. 21. lib. 1.* Surd. *cons. 337. num. 50. & 51.* Rolan. *cons. 67. num. 36. lib. 3.* Rota *decis. 1121. num. 5. coram Card. Seraph.*

4 Respondeo principaliter ad dubium secundò affirmatiuam sententiam procedere vbi ignorantia intercedit vt v. g. si quis se filium viduæ existimasset, & post dispensationem cognoscit se natum ex coniugata. Ita Aluar. Velasc. relatus, & approbatus à Rodriq. aut si v. g. natus sit ex vxore, quæ virum suum ignorabat esse Sacerdotem: tunc illius bona fides excusat, vt eius filius sit legitimus *c. inhibitio de cland. & c. ex tenore qui fil. sint legit.* quare tunc nulla egebit dispensatione vt inter alios notant Rebuff *vbi supra* Ant. à Butr. *in c. tanta. & in c. quod nobis qui fil. sint legit.* Molin. *de dispens. primog. lib. 5. c. 1. num. 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 81. num. 3.* Garc. *de benef. p. 7. c. 1. num. 80.* Azor. *p. 1. lib. 6. c. 3. q. 8.*

5 Item procedit affirmatiua sententia vbi Principis verba in dispensatione seu legitimatione apposita generaliter sonarent, vt putà *qualitercumque, & ex quocumque nefario coitu, & c.* Bald. *in l. cam quam num. 36. C. de fideicom. & in authent. si qua illust. in num. 50.* Capra *cons. 157. num. 8.* Parif. *cons. 15. num. 67. libr. 2.* Cran. *cons. 687. num. 6.* Surd. *cons. 303. num. 10.* Mascscor. *lib. 2. var. resol. c. 87. num. 5.* Rota *decis. 2. tit. de fil. presbyt. in nou. & fuit dictum in d. nullius coram Aurea, & decis. 87. coram Greg. XV.*

6 Hoc tamen dictum limita vt hæc affirmatiua sententia non procedat in dicta generalitate verborum, quando defectus in conceptione bonitatis adeò atrox, & turpis extat, vt iure optimo in generali concessione non veniant ea, quæ superior verisimiliter nõ esset concessurus *c. in generali de reg. iur. in 6.* vtpote ex coitu cum Moniali, cum Matre, Sorore, filia, & c. Felin. *vbi sup.* Garc. *de benef. p.* 8. *c. 3. num. 55.* Azor. *t. 2. lib. 2. c. 14. q. 8. §. 2.* Rodriq. Manual. prælat Couar. *num. 4.* referens Nicolaum de Voald. & alij quia teste Bal. *in l. 1. verb. vbi setas &c C. de fart.* vbi plura concurrunt obstacula non sufficit generalis clausula, & *in l. barbarius ibi, & si dicatur ff. de offic. præto.* Princeps in sua dispensatione non præsumitur velle promouere odiosos, & multipliciter criminosos.

7 Rodriq. asserit in Religionibus non esse necessariò explicandas in specie omnes illegitimitatis species, siuè qualitates, quia Prælati Regulares verisimiliter cēsentur dispensare cum illegitimis sibi subditis tacitè in eis omnibus. At reuera hæc opinio non est tuta tum quia omninò repugnat memoratæ communi doctrinę: tum etiam quia Prælati Regulares non ex suprema authoritate vt Princeps, qui ad iuris solemnitatum obseruantiam non adstringitur, dispensant: sed ex concessione, & priuilegio: vnde ex eorum dispensationibus iuxtà exigentiam debet constare eos cum iustæ causæ cognitione dispensasse, vt in præcedenti dubio dictum est, & dicetur *dub. 81.* Hoc autem esse non potest, nisi exprimatur qualitas illegitimitatis, quia ex ea colligenda, atque consideranda est dicta sufficientia causæ. Concordat Manual prælat.

DVBIVM LXXX.

Quid operetur dispensatio illegitimis Regularibus impertita?

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio, & legitimatio in quo differant primò.*

2 *In quo differant secundò.*

Vbi maius conceditur, minus quoque concessum esse videtur.

Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus.

Quæ exorbitant à iure communi non sunt ad consequentiam trahenda.

3 *Dispensandi potestas est latè interpretanda: Actus verò dispensationis strictè.*

4 *Quando non valeat argumentum à maiori ad minus in dispensatione.*

5 *An dispensatus ad Prouincialatum censeatur dispensatus ad Guardianatum.*

6 *Illegitimus dispensatus in Religione, non cen-*

setur

setur dispensatus in sæculo.

7 *Item dispensatus ad beneficium in sæculo, non censetur dispensatus in Religione.*

8 *Secus verò dispensatus in sæculo ad omnia ab Apostolico Nuncio censetur enim quoque dispensatus in Religione.*



1 NOTA illud verbum *dispensatio* & non *legitimatio* longè namque inter se differunt. Et primò legitimatus omnia legitimorum iura adipiscit, à quibus iure scripto, ciuili, vel canonico repellebatur: Dispensatus verò non ad omnia; sed ad quædam solummodò iura fit habilis. Dec. *conf.* 258. *col. fin.* Castr. *conf.* 34. *super primò num.* 1. *in fin. verb. non dico lib.* 2. Couar. *in* 4. *p.* 2. *c.* 8. §. 8. *num.* 1. *&* 2. Tusch. *lit. l. concl.* 220. Rodriq. *tom.* 1 *q.* 13. *artic.* 10. Azor. *p.* 2. *lib.* 2. *c.* 14. *q.* 1. Auil. *de cens. p.* 7. *disp.* 3. *dub.* 6. *quarto not.* §. 2. Suar. *tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 6. Bonac. *de cens. disp.* 7. *quæst.* 2. *p.* 3. *num.* 14. *&* Rota *decis.* 353. *num.* 13. *&* 14. *coram Gregor. XV.*

2 Secundò dispensatio, & legitimatio differunt, nam legitimatio est latè interpretanda, vt asserunt multi ex citatis Doctoribus. Dispensatio verò est strictis iuris, & strictè interpretanda; ita vt non valeat argumentum à maiori ad minus.

Neque obstat primò contra id quod dicitur de dispensatione quòd vbi maius conceditur, minus concessum esse videatur *c. ex parte tua de decim. & c. per venerabilem qui fil. sint legit.* Nam respondeo primò hos textus loqui in concessionibus à lege, vel canone inductis: & non in his quæ à Superiore fiunt priuatim *c. cui de non sacerdotali de præben. in* 6. *& c. fin. de tempor. ordin. episc.* Secundò respondeo ad *d. c. per venerabilem* cum Panor. *ibid. num.* 6. & Felin. *in c. fin. num.* 5. *de simon.* esse allegationem partis, ac proindè nihil probare.

3 Neque obstat secundò. *Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus c. cui licet de reg. iur. in* 6. Nam respondeo id nunc fallere per aliam regulam. *Quæ à iure communi exorbitant non sunt ad consequentiam trahenda c. quæ à iure de reg. iur. in* 6.

Neque obstat tertiò, potestatem dispensandi, cuius effectus non in ipsum cui fit potestas, sed in alium deriuatur, latè interpretandam esse, tamquam priuilegium Principis. Panor. & Felin. *in d. c. fin. num.* 7. *de simon.* Siluest. *tit. dispensatio q.* 5. *num.* 9. Franch. *in c. is qui de fil. presbyt. in* 6. Nauar. *comment.* 4. *de regul. num.* 35. *in fin.* Auil. *de cens. p.* 7. *disput.* 3. *dub.* 7 Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disput.* 2. *latè per totam.* Couar. *vbi sup. num.* 6. Sayr. *de cens. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 8. *in fin.* Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 6. *num.* 73. Suar. *de legib. lib.* 6. *c.* 14. *num.* 8. *& c.* 17. *num.* 11. qui limitationem addit *d. c.* 17. *à num.* 5. *vsque ad* 11. cum communi, nisi scilicet illa potestas data esset pro certa persona, vel pro certis personis.

Nam concedo potestatem dispensandi esse latè interpretandam: sed nego dispensationem non esse strictè interpretandam: Vnde sicut in dubio an potestas dispensandi extendatur, interpretandum est affirmatiuè; Ita in dubio an dispensatio extendatur, interpretandum est negatiuè. Panor. *in c. at si clerici* §. *de adulterijs num.* 8. *de iudic.* qui in terminis loquitur nostris. Dec. *ibid. num.* 96. *quem sequitur* Sanch. *d. disp.* 2. *num.* 9.

Manet ergo firmum dispensationem esse stricti iuris, & strictè interpretandam; ita vt non valeat argumentum à maiori ad minus, sicuti confirmant Panor. *in c. ad aures num.* 7. & Ripa *num.* 37. *de rescript.* Felin. *vbi sup. num.* 4. *& in c. postulasti num.* 8. *circa fin. versic. regula est de rescrip.* Couar. *vbi sup. num.* 11. Sayr. *de cens. lib* 6. *c.* 11. *num.* 16. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 32. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 6. *num.* 58. Beltram. *in addit. ad decis.* 87. *Greg. XV. num.* 17. & tandem firmauit Rota *ibidem coram Greg. XV.* & est communis, receptissima que sententia, maximè si temperetur, vt

4 dictum argumentum à maiori ad minus non valeat in dissimilibus causis: Sed benè postea valeat vbi minus est annexum, & quasi inclusum in maiori, tanquam pars eius, vel ab eo inseparabile: Tunc enim dispensatio in casu maiori extenditur ad minorem; quia concesso toto, partes concessæ videntur: vt puta dispensatio ad Sacerdotium extenditur ad omnes Ordines perambulos. Ioan. And. quem refert, & sequitur Rota *decis.* 2. *tit. de fil. presbyt. in nou.* Host. *in d. c. postulasti num.* 12. Franch. *in d. c. cui de non sacerdotali.* Felin. *in d. c. fin. num.* 5. *de simon. & in c. at si clerici* §. *de adulterijs num.* 17. *de indic.* Suar. *tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 3. *num.* 3. Sayr. *de cens. lib.* 7. *c.* 14. *num.* 17. Sanch. *vbi sup.* & alij.

5 Modò ex hac doctrina sic latè explanata clarè elicitur responsio ad dubium, nempè dispensatum v.g. ad Prouincialatum, vel Generalatum non censeri dispensatum ad Prioratum, vel Custodiatum. Et è contra dispensatus ad Guardianatum, nō censetur dispensatus ad Prouincialatum. Si verò verba dispensationis sonarent ad *quæcumque beneficia, & Officia, &c.* tunc benè est dispensatus

ad

ad omnia, quia verba generalia integram dispensationem important iuxta limitationes traditas in superiori dubio. Felin. in d. c. postulasti num. 8. in fi. de rescript. Suar. & Sanch. vbi sup. num. 28. Garc. ab ij rela. 15 num. 65. quidquid dicat Henriq. lib. 14. c. 8. §. 10. qui propterea nō immeritò arguitur à Sayr. lib. 6. c. 11. nu. 28. & ab ipsomet Garc. nu. 69.

Ratio horum dictorum est quia apud Prælatos Regulares residet tantummodò potestas dispensandi super defectū natalium ad Prælaturas, dignitates, & officia Ordinis non autem legitimandi, vt patet ex dub. 76.

Item pari ratione secundò dico Religio-
6 sum prædictum natalium maculam pre se ferentem qui in Religione eam abstersit ex dispensatione suorum Prælatorum iuxtà tenorem prædictorum priuilegiorum si à Religione eijciatur non posse in sæculo existentem sine noua dispensatione ad Ecclesiastica beneficia promoueri. Et idem de eodem affirmandum est, si ad alium transmigrauerit ordinem. Rodriq. vbi sup. & Man. prælat. tom. 1. q. 2. art. 4.

Item pari ratione tertiò dico eum illegi-
7 timum, qui ad beneficium fuerit dispensatus in sæculo, & Religionem postea fuerit professus non posse absque noua dispensatione in ea esse Prælatum Rodriq. & Manual prælat. vbi sup. qui asserunt ita accipiendum esse in hoc sensu Nauar.

8 Si verò huiusmodi illegitimus in sæculo existens ab Apostolico Nuncio fuerit dispensatus ad quæcumque beneficia, officia, &c. & ad omnia ad quæ iure canonico erat inhabilis: tunc postea Religionem ingressus, poterit in ea consequi etiam quascumque Prælaturas & dignitates: tum quia non est attendendum tempus dispensationis; sed tempus vocationis c. si eo cui de præben. in 6. & c. si eo tempore de rescript. eod. lib. Tum etiam quia cum quis redditur habilis ad ea, ad quæ iure canonico erat inhabilis, censetur legitimatus. Rebuff. in prax. tit. dispensatio super d fect. nat. num. 74. & 75. Rodriq. quem sequitur Manual prælat. vbi sup.

DVBIVM LXXXI.

Quæ forma seruanda sit à Prelatis Regularibus in dispensationibus illegitimorum?

SVMMARIVM.

1. Quæ forma sit seruanda in dispensationibus super irregularitates.
2. Promouens ad Prælaturam, vel Officium, eum quem scit illegitimum, censetur cum eo dispensare.
 Non solum in foro conscientiæ; sed etiam in foro fori.
3. Formula dispensandi super defectum natalium.
4. Quando litteris Prælatorum adhibenda sit plena fides in iudicio?
5. An Prælati Regulares virtute suorum priuilegiorum possint dispensare illegitimos absentes sibi subditos.
 Quando in facultatibus dispensandi illegitimos requiratur mentio de absentibus.
 Quare priuilegia toti Religioni concessa sint extendenda.

1 ONSTANS est omnium Theologorum, & Canonistarum, sententia ad dispensandam irregularitatem, satis esse quæcumque siue facta, siue verba, ex quibus animus dispensandi sufficienter deducatur in eo qui potest dispensare. D. Ant. 3. p. tit. 29. c. 6. in fin. de irregul. Siluest. tit. irregularitas. q. 28. versi. tertiò. Sayr. de cens. lib. 7. c. 14. num. 18. Suar. tom. 5. disp. 41. sect. 3. & de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 61. num. 13. & de legib. lib. 6. c. 19. num. 2. Auil. de cens. p. 7. disp. 10. in princ. Bonac. de cens. disp. 7. q. 5. p. vlt. num. 7. & communiter omnes.

2 Facta ex quibus sufficienter colligitur animus dispensandi in eo qui potest dispensare, sunt si v. g. Prælati Regulares apud quos residet potestas dispensandi, certò sciant aliquem esse illegitimum, & tamen non obstante tali impedimento eum promoueant. Bellam. in c. vnientes num. 11. & 19. de filijs presbyt. Rosell. verb. dispensatio num. 6. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 4. num. 23. Suar. tom. 5. disp. 41. sect. 3. num. 4. & alij.

Nonnulli vt Nauar. c. 23. num. 74. & lib. 4. cons. 1. tit. qui fil. sint. legit. Sayr. de cens. lib. 7. c. 14. num. 11. Auil. de cens. p. 7. disp. 10. dub. 6. concl. 1. tertiò not. aiunt id solùm procedere in 3 foro conscientiæ. At meritò in vtroque foro idem sustinent Maior. lib. 9. de irregul. cap. 1. num. 14. lib. 4. c. 10. num. 3. & lib. 5. c. 51. num. 8. Suar. vbi sup. in fin. & de legib. lib. 6. c. 23. num. 23. Salas. 1. 2. disp. 20. sect. 2. Sanch. vbi sup. num. 17. in fin. dummodò tamen pro foro exteriori probari possit ad tollendum scandalum causam

causam dispensandi, vbi necessitas exposceret. Et pro foro conscientiæ qualitercumque de illa constet. Suar. vbi sup. de legib. num. 24. & c. 19. num. 2.

3 Verba autem sufficienter indicantia animum dispensantis cum iustæ causæ cognitione possumus dicere esse formulam ex consimilibus verbis contextam. *Cum te fratrem N. Religiosum probum, & moribus ornatum noverimus (vel alia causa, quæ animum dispensantis, mouere posset, afferatur) authoritate nobis concessa dispensamus te cum super irregularitate natalium, ex quovis nefario coitu eam contraxeris, & habilitamus ad quascumque administrationes, officia, dignitates, gradus, & honores Ordinis nostri, vt ad illa eligi, & assumi, gerere, & exercere licitè, & liberè valeas. Quibuscumque non obstantibus, &c. In quorum fidem, &c.*

4 Cur similis formulæ in scriptis redactæ propria subscriptione, & sigillo Officij dispensantis munitæ plena fides adhibetur in iudicio, tamquam viri in dignitate Ecclesiastica constituti, seu Iudicis Ordinarij, cum hæc dispensatio ad eorum officium spectet, & non cadat in præiudicium tertij *cap. post cessionem de prob. c. 2. de fid. instr. c. nobilissimus d. 97. glos. verb. authenticas in c. cum in ecclesijs de maior. & obed. & verb. authenticum in c. 1. de fid. instrument* Gabriel. *de probat. concl. 3. num.* 13. Rota *decis.* 1349. *num.* 1. & in terminis de Prælatis Regularibus eadem Rota *decis.* 1365. *num* 6. *coram Card. Seraph.* & nouissimè multis allegatis Gracian. *disceptat. forens.* 6. 620. *num.* 10. & 13.

Dixi plenam fidem adhiberi Prælatorum, siue Ordinariorum litteris in iudicio in *his quæ ad eorum officium spectans, & non cadunt in præiudicium tertij.* Vt v. g. si Prouincialis testaretur suis litteris Guardianum liberè, ac sponte renunciasse in manibus suis Guardianatus officium, tunc enim huiusmodi litteris non esset præstanda fides ob fraudis præsumptionem. Mascard. *concl.* 990. & 1338. *à nu.* 7. *vsque ad* 12. *de probat.* Crescent. *decis.* 13. *de probat.* Puteus *decis.* 384. *lib.* 1. Gratian. *vbi sup.* Rota *decis.* 11. *tit. de iur. patr.* & *decis.* 46 *tit. de probat. in nou.*

5 Tandem remanet dubium breuiter resoluendum: An scilicet necessariò requiratur ipsa præsentia illegitimi dispensandi à Prælatis Regularibus in ipso actu dispensationis.

Et primò videtur affirmatiuè sentiendum, nam, vt testantur Signorol. *cons.* 127. *num.* 3. & *in vltimis verbis.* Curt. Sen. *cons.* 19. *num.* 13. Cephal. *cons.* 186. *num.* 31. & alij facultas dispensandi, siue legitimandi absentem, requirit specialem mentionem super hoc; alias legitimatio facta vigore facultatis, quæ hac clausula careat, est nulla sed priuilegia, quorum virtute Prælati Regulares dispensant, nullam mentionem faciunt de dispensatione absentium. Ergo est negatiuè sentiendum.

6 At his non obstantibus dico necessariò non requiri præsentiam illegitimi dispensandi: sed vel ipse dispensans potest impertire huiusmodi beneficium dispensationis per rescriptum, siue per delegatum, & dispensandus poterit eam impetrare per procuratorem &c. Quæ omnia liquidò constant ex communi omnium Doctorum sententia, vt resolutum fuit in Rota *decis.* 41. *nu.* 4. *coram Greg. XV.*

Ad fundamentum contrariæ opinionis respondeo eam clausulam necessariò expostulari ad effectum legitimandi inuitum, non autem vt absens possit consentiendo ratam habere legitimationem de se factam. Rota *vbi supra num* 5. & plurimis Doctoribus allegatis, & alijs decisionibus Rotæ cumulatis Marescot *lib.* 2. *var. resol. c.* 87. *numer.* 9. & *seqq.* Hæ autem rationes, cum essent in Religiosis, ex eo quòd non sint sui iuris, nec habeant velle nec nolle *c. non dicatis* 12. *q.* 2. *c.* 2. *de test. in* 6. Rota *decis.* 360. *coram Coccino.* Ideo non est desideranda memorata clausula in priuilegijs, Superioribus eorundem Regularium concessis; Possunt namque Prælati Regulares dispensare iuxtà suorum priuilegiorum tenorem cum subdito etiam inuito, & maximè vbi talis dispensatio cederet in commodum Religionis: Priuilegia enim tota Religioni concessa, sunt extendenda tanquam fauorabilia, quia sunt ratio, quæ pro Religione facit *l. sunt persona in fin. ff. de relig.* & *sumpt. fun.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 13. & Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 27. *numer.* 7. Aliàs sequeretur melioris conditionis esse illegitimum in Religione quàm legitimum: Quod est absurdum. Sequella patet nam legitimus potest cogi ad acceptandum Prælaturam secundum quod probatum est *dub.* 41. Illegitimus verò non posset. Ergo melioris conditionis esset hic, quàm ille.

S. De

§. De his qui sunt ex genere maculato circa fidem.

DVBIVM LXXXII.

An descendentes ex hæreticis eorumquè credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus inhabiles sint ad beneficia, dignitates, & officia?

SVMMARIVM.

1 *In quo gradu descendentes ex hæreticis sint inhabiles ad dignitates & officia.*
2 *An eadem pœna comprahendat etiam illegitimos.*
3 *An etiam genitos ante parentum hæresim.*
An semen infirmi sit aptum generationi.
4 *An etiam descendentes ex hæreticis occultis.*
5 *An etiam descendentes ex condemnatis in contumaciam.*
Verè contumax in crimine hæresis æquiparatur pertinaci.
6 *An dicta pœna comprahendat quoq; descendentes ex hæreticis emendatis, & Ecclesiæ reincorporatis.*
7 *An quoque descendentes ex relapsis.*
8 *An prædicti omnes descendentes priuentur etiam beneficijs, & officijs obtentis ante paternam hæresim.*

1 PRIMVS, & secundus gradus per paternam lineam arcentur à dictis munerib. per maternam verò primus dumtaxat; ita vt si v. g. Titius fuerit hæreticus, & filium, filiamque habuerit: vterque redditur inhabilis. Quòd si filius filium susceperit, hic quoque nepos ex filio est affectus inhabilis. Quòd si filia filium genuerit, hic nepos ex filia nõ est factus inhabilis. Ità si fœmina hæresim incurrerit, & filios genuerit, sunt ipsi solùm inhabiles c. *quicumque* §. *hæretici* &. *ut commissi versic. ut priuandi* & c. *statutum* 2. *de hæres. in* 6. Pegnna p. 3. q. 115. *comment*, 164. *in princ. versic. quantum ad primum*. Molin. *tract*. 3. *de iust*. p. 1. *disput*. 658. *num*. 19. *versic. filij tamen*. Suar. *tom*. 5. *disput*. 43 *sect*. 3. *num*. 1. Azor. p. 1 *lib*. 8. c. 13. q. 8. *in octauo hæreticorum pœna*. Less. *de iust lib*. 2. c. 34. *num*. 121. Sanch. *in præcep. decal. lib*. 2. *cap*. 27. *num*. 2. & *seqq* Farinac. *de hæresi*. q. 191. *num*. 51. Duard. *in bull cen. Domini lib*. 2. *in can*. 1. q. 27. *num*. 27. Bonac. *de cens. disp*. 7. q. 3. p. 7. *num*. 9. & *omnes*.

2 Circa hanc assertionem nonnulla occurrunt dubia, & primò. An hæc pœna extendatur solùm ad filios legitimos, vel etiam ad illegitimos?

Respondeo ex communi omnium sententia extendi ad vtrosque: aliàs maiori priuilegio gauderet luxuria, quàm castitas.

3 Secundò. An comprehendat etiam genitos, natosque filios ante parentum hæresim? Respondeo affirmatiuè: Et licèt negatiua pars sit mitior, ac benignior, quam sequuti sunt Simanchas *de cathol. inst. tit*. 29. *num*. 14. & *seqq*. Less. *vbi sup*. Bonac. multis relatis *vbi sup. num*. 10. & alij haud pauci citati; sed nõ approbati à Pegnna, & Farinac. *num*. 53. Affirmatiuam tamen reprobatis contrarijs rationibus latè defendunt Couar. *lib*. 2. *var. resol*. c. 8. §. 5. *per totum*. Roias *in tract. de hæret*. p. 2. *assert*. 4. *num*. 354. & *seqq*. & *sing*. 68. Pegnna *vbi sup. comment*. 163. *vers. illud præterea quæsitum* scribens ad hæc in iudicando, & consulendo non esse recedendum. Azor. p. 2. *lib*. 6. c. 4. q. 3. *vers. dubiæ quæstionis* Suar. *nu*. 2. Duar. & Farinac. *num*. 52. qui testatur sic resoluisse Rotam coram d. Pegnna *in vna Conchen. pensionis* 24. *Octobris* 1594. & *in eadem causa coram Peregrino* 6. *Martij* 1598. *quam de verbo ad verbum refert*, & *sequitur* Garc. *de benefic*. p. 11. c. 10. *num*. 79. & Marescot. *lib*. 2. *var. resol*. c. 36 *num*. 10.

Huius resolutionis potissima ratio videtur quam tradit Pegnna *vbi sup. vers*. postremò quia *in d. c. statutum* apertissimè cauetur vt filij, & nepotes illorum hæreticorum in supradictis pœnis comprehendantur, quorum parentes tales esse, vel tales etiam decessisse probantur: Ergo satis esse videtur parentes in sua hæretica prauitate mortem oppetijsse: vnde non obscurè consequitur constitutionem de filijs quoque natis ante hæresim loquutam post mortem patris, aut in articulo mortis ab eo generari nequeant quod à fortiori patet de semine infirmi, quod non præsumitur aptum generationi; sed morbosum Auicen. *in* 3. *can. fen*. 21 *tract*. 1. *cap*. 8. & Aristot. *de gener. anim. lib*. 1. c. 18. Et apud iurisperitos teste Horatio Giouagnonio *lib*. 1. *respons*.

respons.6.num.58 ieſt tex. *in l. filinis* ibi (infirmitate interueniente) *de his qui sunt sui, vel lien.iur. l. si pater §. in arrogationibus* ibi (niſi ſit morbolus) *ff. de adopt. & in l. si quis posthumos in princ. ff. de lib. & posthum.* ibi (aut valetudo, &c.)

4 Tertiò dubitari poteſt. An ſermo ſit quoque de deſcẽdentibus ex hęreticis occultis? Reſpondeo negatiuè; ſed requiri, vt ortum ducant ex ijs, quos tales eſſe conſtiterit ſiuè per euidentiam facti, ſiuè per ſententiam Iudicis, ſiuè per propriam confeſsionem in iudicio, vel ſi tales eſſe manifeſtum ſit in ijs locis, in quibus viuere, aut vixiſſe conſtat, vt elicitur ex verbis textus ſuprà proximè recitatis. Ita Leſſ. Farinac. *num. 69.* Duard *nu. 28.* Azor. *p. 2 lib. 6. c. 4. q. 2. versic. si roges* qui addit idem iuris eſſe de deſcendentibus ex ſuſpectis de hæreſi. At meritò Sanch. *num. 29.* & Farinac. *num. 67.* id negant, quia textus verba facit de ſolis deſcendentibus ab hæreticis, & cum res ſit pœnalis non eſt extendenda ad ſuſpectos de hęreſi *c. statutum de el. El. in 6.*

5 Quartò dubitari põt An in dicta aſſertione contineantur deſcendentes ex condemnatis in contumaciam? Farinac. *num. 56. & 68.* authoritatibus, & rationibus negatiuæ adhæret, etiam ſi ſtatua fuerit combuſta. At mihi magis arridet affirmatiua cum Pegna *d. comm. nt 164.* quem ſequitur Sanch. *num. 19. in fin.* ducor quia talis contumax in crimine hæreſis æquiparatur pertinaci, & ob id habetur pro hæretico, cum præſumptio vehemens tranſeat in violentiam. Sic Hoſt. Ioan. And. Gemin & Franc. homnes relati, & approbati à Rota coram Peregrino, quam ſupra dixi Garciam ponere *p. 11. c. 10. nu. 79. circa fin. versic. nec obstare docebant.*

Et quamuis hæc opinio longè mihi probabilior ſit quàm contraria; attamen autumo eam eſſe limitandam, dummodò, ſcilicet, is qui damnatur contumax, verè, & propriè contumax ſit, qualem ius dipingit *c. excommunicamus § qui autem in fin. de haret. & c. cum contumacia eod. tit. in 6.* Nam ſi de eius contumacia planè non conſtaret, aut elapſo anno per morbum, vel per aliud legitimum impedimentum ad Iudices fidei accedere nõ valuiſſet, aut pro abſolutione inſtitiſſet aut ſatisfactionem obtuliſſet aut denique ea pręſtitiſſet, dixiſſet, aut feciſſet, quæ ipſum virum catholicum oſtenderent: tunc puto eius filios, & nepotes nullo pacto eſſe cenſendos inhabiles.

6 Quintò dubitari poteſt. An ſi hæretici reſipiſcant, & Eccleſiæ reincorporentur, eorum deſcendentes priuentur vt ſupra &c.?

Reſpondeo negatiuè, vt liquidò patet ex verbis textus *d. c. statutum 2. de haret. in 6. Non autem illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ vnitati.* Et idẽ iuris eſt quoquè, ſi ante peractam pœnitentiam obierint, dummodò eam recipere, & exequi parati eſſent Pegnha *d. comment. 162. versic. iam tandem* Tolet. *lib. 1. c. 69. versic. sexto.*

7 Farinac. *num. 64.* Secus verò aſtruendum eſt, ſi dicti hæretici ſint relapſi, quamuis iterum pęnituerint, vt docent Pegana *d. comment. 164. versic. appositam sententiam.* Roias *in tract. de haret. p. 2. assert. 42. num. 338.* Azor. *vbi sup. §. 1. & 2.* Suar. *num. 4.* Simanch, *num. 7.* Auil. *de cens. p. 7. disp. 4. dub. 3.* Farinac. *num. 65.* Duard. *vbi supra* non obſtante contraria ſententia Toleti *vers. septimò*, & quorumdam aliorum. Ratio eſt quia relapſi licèt per pęnitentiam reſipiſcant non habentur pro reconciliatis, prout poſtulat textus, ſed traduntur curiæ ſæculari.

Dixi *non habentur pro reconciliatis prout postulat textus*, quia licèt relaxatus brachio ſæculari conuertatur: attamen præſumitur hęreticus, & conuerſio eius ficta timore pœnæ, præter illud quod ad beneficium abſolutionis ſpectat *c. super eo de haret. in 6.* Sanch. *num. 23.*

8 Sextò dubitari poteſt an ſicut memorati deſcendentes exiſtunt ipſo iure priuati beneficijs, & officijs, poſt paternam hęreſim obtentis iuxta communem: Ita quoque priuentur obtentis ante dictam paternam hæreſim?

Reſpondeo negatiuam amplexatos fuiſſe Panor. *in c. vergentes num. 4.* & Felin. *num. 9. de haret.* Rebuff. *in praxi tit. de mod. amitt. benef. num. 25.* Gundiſ. *de haret. c. 19. num. 2.* Ludou. Carrer. *de haret. num. 141.* Couar. *lib. 2. var. r. fol. c. 8. num. 4.* vbi tamen affirmatiuam dicit communem. Simanc. *vbi supra num. 20.* Pegnna *d. comment. 163. versic. ego verò.* Menoch. *cons. 805. num. 33. lib. 9.* Azor. *vbi supra p. 2.* Tolet *vbi supra versic. nono.* Sanch. *c. 28. num. 28. & seqq.* Duard. *in bull. can. Domini vbi sup.* cum alijs recentioribus.

Affirmatiuam verò tutati ſunt Ioan. And. *in c. vt commissi §. priuandi num. 4. & Gemin. num. 4. de haret. in 6.* Henrich. Boich. *in d. c. vergentis num. 12.* & Ananias *num. 13. de haret.* Præpoſit. *in c. satis peruersum num. 4. dist. 56.* Imol. *in l. in insulam. nu. 2. ff. solut. matrim.* Roman. *sing. 693.* Gigas *in tract. de crim. læsæ maiest. lib. 3. q. 11. in fin.* Garc. *vbi sup.* & alij quam-

quamplurimi per Farinac. num. 57. allegati. Et huic opinioni videntur conferre constitutiones Summorum Pontificum Innoc. scilicet IV. 10. Nicol. III. 2. Alex. IV. 10. & Pauli IV. 10.

Pro resolutione rem hanc ita dubijs implicatam esse dico ob rationes validas, insigniumque Doctorum authoritates hinc inde allatas, ut Roias sing. 24. in fin. quem sequitur Farinac. num. 29. dixerit Pontificis declaratione indigere. Hinc Rota decis. 99. panes eumdem Farinac. edit. August. Taurinorum cum huiusmodi dubium occurrisset tempore Pontificatus felic. record. Clem. VIII. Anno Domini 1594. noluit à principio quidquam decidere, sed ordinauit, vt fieret relatio Sanctissimo, qui die 23. Decembris respondit Congregationem Sanctæ Inquisitionis seruare negatiuam opinionem, tanquam mitiorem, & humaniorem, prout habetur in d. decis. in fine, & testatur Marescot. lib. 2. var. resol. c. 35. num. 9. Verum quia pars instabat pro resolutione, Causa de ordine eiusdem Sanctissimi reproposita, & resoluta fuit articulo mature discusso secundum affirmatiuam sententiam sub die 6. Martii 1598. quę est decisio 113. per Farinac. vbi sup. & refertur quoque à Garc. d. c. 10. num. 79.

DVBIVM LXXXIII.

An descendentes ex hæreticis, eorumque fautoribus, credentibus, &c. sint infames?

S V M M A R I V M.

1 *Infames sunt priuati iure eligendi.*
2 *Infamia inducit irregularitatem, sed non è contra.*
3 *Indecens est, in dubio existimare aliquem infamem.*

1 HOc dubium proposui; quia si essent infames, nedum essent priuandi beneficijs vt in superiori explanatum est; sed etiã iure eligendi contra doctrinã Simanc. de cathol. instit. tit. 9. num. 19. & Suar. vbi infra.

Quàm breuissimè igitur dico DD. quamplurimos, ut communiter citari à Farinac. de hæresi q. 191. num. 23. pro affirmatiua opinione. At innea optime ab hac opinione recedunt Menoch. cons. 808. num. 44. & 45. lib. 9. Suar. tom. 5. disput. 48. sect. 3. num. 1. Sanch. in precep. decal. lib. 2. c. 28. num. 5. & Sayr. de cens. lib. 6. c. 10. num. 40. vers. quod si dicas. Quamuis

2 enim infamia irregularitatem inducat; non tamen ex hoc sequitur à contrario sensu omnes irregulares infamia laborare vt plenè dicam dub. 86. num. 4. aliàs irregulares essent inhabiles ad testimonium ferendum, ad suffragandum in electionibus, & ad alios effectus, qui iure prohibentur infamibus, vt ibidem explanabo. Sed nemo concedet hos effectus esse tribuendos irregularibus. Ergo non sunt infames.

1 Et ad cõtrariam opinionem communem, respondendum est cum Suar. vel illos Doctores videri confundisse infamiam cum irregularitate, vel loquutos esse de infamia non simpliciter, sed in iure expressa, & in ordine solùm ad beneficia, honores, & dignitates consequendas.

Vnde concludamus, posteriorem opinionem esse tutiorem, cum indecens satis sit, in dubio existimare aliquem infamem esse, cũ & hoc iuris communis regulis repugnet cap. dudum de præsumpt. d. merito ff. pro socio. Pal. ibi de geth. ar. spir. c. 20. num. 6.

DVBIVM LXXXIV.

An Neophyti sint inhabiles ad dignitates, & Officia obtinenda?

S V M M A R I V M.

1 *Qui verè Neophyti dicantur.*
2 *Neophyti sunt irregulares, & inhabiles ad officia, & dignitates.*
3 *Exponitur c. constituit 17. q. 1.*
4 *An filij Cathecumenorum sint inhabiles ad dignitates, & Officia.*

1 NEOPHYTI in casu, & ad effectum, de quo agimus dicuntur, nuper ad fidem cõuersi, & genus ab infidelibus deducentes, qui post vsum rationis baptizati fuerunt. Ita omnes citandi DD. V

2 Hi ergo Neophyti sunt irregulares, & per consequens arcentur à memoratis muneribus, quamdiu ad iudicium Episcopi, vel Prælati Regularis iurisdictionem quasi Episcopalem habentis, ita moribus, & Christiana disci-

disciplina instructi sunt, vt veterani Christi milites censeri iure possint: Quo tempore elapso cessat huiusmodi irregularitas, & consequenter absq; dispensatione poterunt promoueri *c. 1. dist. 57. c. cum te. de rescript. vbi* Felin. *num. 12. & in c. cum sit. in princ. de iudæ.* Biax. *in direct. elect. p. 2. c. 15.* Tolos. *in tit. de elect. c. 12. nu. 2.* Nauar. *c. 27. nu. 205.* Couar. *in clem. si furiosus p. 1. §. 2. art. 7.* Suar. *tom. 5. disp. 43. sect. 3. num. 7.* Auil. *de censur. p. 7. disp. 4. dub. 4. concl. 3. & seqq.* Sanch. *in præcep. decal. lib. 2. c. 28. num. 11.* Rodriq. *tom. 1. q. 24. artic. 7.* Manual prælat. *tom. 2. quæst. 8. artic. 7.*

3 Sed his obijcies verba *c. constituit, 17. q. 4. Constituit Sanctum Concilium, vt Iudæi, aut hi qui ex Iudæis sunt officia publica nullatenus appetant, &c.* Ergo non tantùm Neophyti; sed etiam ex Iudæis simpliciter nati, licèt baptizati ab ineunte ætate.

Respondet Suar. ibi per publica Officia iuxtà subiectam materiam intelligi magistratus, & alia officia, quæ pertinent ad polyticam, & temporalem gubernationē Christianorum, vt satis constat ex Concilio Toletano IV *can. 65.* ex quo sumptus est ille textus. Deindè ipsemet Suar. de mente gloſ. & Turrecrem. inquit per illos *qui ex Iudæis sunt* intelligi qui ex familia sunt Iudæorum, præsertim filij familias: Et addit *ex Iudæis* etiam appellari Proselitos qui Iudaismum profitebantur, licèt ex eorum origine non essent.

4 Vltimò notādum idem iuris esse de filijs Cathecumenorum, quamuis eorum parentes à fide recesserint, quod de Neophytis per totum hoc dubium dictum est. Ratio est quia parentes eorum non fuere verè, & propriè hæretici, quare censendi sunt eorum nati non amplius, quàm ex Iudæis, siuè alijs infidelibus geniti. Sanch. *num. 13.*

DVBIVM LXXXV.

An ortum ducentes ex genere maculato circa fidē arceantur ab Officijs, & dignitatibus Regularibus speciali, vel communi prohibitione?

SVMMARIVM.

1 *Descendentes ex genere maculato circa fidem, sunt inhabiles speciali prohibitione apud PP. de Obseruantia.*
2 *Item apud Minimos S. Francisci de Paula.*
An extendantur ad alias Religiones tales prohibitiones?
3 *Item an sint inhabiles de iure communi.*
Argumentum à speciali valet.
4 *An statutum inhabilitans dictos descendentes sit validum?*

1 
VARIAE constitutiones Summorum Pōtificum quibusdam singularibus Religionibus specialiter factæ extāt, & præsertim Illustrissimo Ordini Patrum de obseruantia, quibus bullis occluditur aditus ad quamcumque dignitatem, & munus præfatis descendentibus. Sed quia pœnales sunt, vtpotè inhodantes excommunicationis vinculo, & alijs pœnis ipso facto incurrēdis eos promouentes, vel eligentes: Idcircò non extenduntur ad alios Ordines gloſ. *in c. decet, verb. processus de immun. eccl. in 6.* Panor. *in c. vnic. num. 18. in fin. vt eccl. benef.* Rodriq. *tom. 1. q. 67. artic. 2. circa med.* & plenius dixi *dub. 56. num. 9.*

2 Item extant bullæ quibus trahentes originem ex d. generatione maculata prohibentur ascendere ad Prælaturas, & Officia Ordinis in Sacra Religione Minimorum S. Francisci de Paula, & præsertim Greg. XIII. *edita anno 1583.* quæ incipit *muneris nostri* de qua Rodriq. *tom. 3. q. 11. art. 4.* quæ constitutio, cum partim appareat pœnalis, partim fauorabilis ad alios posset extendi; sed cum hac limitatione vt si parte fauorabili frui velint parti quoque pœnali subiaceant quia, qui sentit commodum, debet sentire, & incommodum *c. qui sentit de reg. iur. in 6.*

3 Cæterum de iure communi nulla extat prohibitio quò ad tales descendentes attinet, quod primò patet per locum à speciali, qui valet teste Nauar. *lib. 3. conf. 5. num. 5. de regul. in antiq.* in hac forma: *Hoc est speciale iure particulari. Ergo contrarium est dicendum iure communi d. 25. c. qualis.* At speciale est ne quis descendens ex infideli hæretico assumatur ad dignitates, & beneficia per iura in superioribus dubijs allegata. Ergo contrarium est dicendum in descendentibus ex alijs infidelibus.

Secundò patet ex regula generali quam

tradit

tradit Felin. in c. eam te. col. 8. de rescript. communiter receptus teste Nauar. vbi sup. nempè infidelitatem præcedêtem, etiam propriam non obesse alicui quò ad Ordines, & beneficia, nisi sit hæresis. Ergo à fortiori non nocebit aliena.

4 Immò addo adeò verum esse memoratos descendentes esse habiles ad officia, & dignitates de iure communi, vt controuertatur inter DD. an sit validum statutum in aliqua Religione conditum sine speciali authoritate, vel confirmatione Summi Pontificis per quod inhabilitentur ipsi descendêtes ad d. officia, & dignitates eiusdem Religionis. Et quod magis est videntur omnes in negatiuam partem inclinare, præsertim verò Nauar. vbi sup. & Rodriq. tom. 1. q. 10. art. 3. Præcipuum fundamentum est, quia nullus inferior Papæ potest statuta condere contra ius commune canonicum, aliàs nulla sunt, vt latè probabo d. 108. num. 1. & seqq. Sed præfatum statutum est huiusmodi. Ergo est nullum.

Minor probatur, nã in c. eam te. de rescript. Alex. III. dixit quemdam non debuisse fieri inhabilem eò quòd antea fuisset Iudæus his verbis. Pro eo vero quòd Iudæus exiuterit dedignari non debes.

Nauarrum postea approbauit Sanch. de matrim lib. 7 disp. 37. num. 30. cum alijs. Et licèt nouissimè Suar. de relig. tom. 4. tract. 10. lib. 2. c. 2. num. 3 contradicat huic opinioni in materia de recipiendo præfatos descendentes ad Ordinem, & ad professionem, in quibus terminis principaliter quæstionem tractant allegati DD. Attamen num. 6. in fin. concordat postea cum ipsis in materia de admittendis dictis descendentibus ab beneficia propter d. c. eam te. de rescript.

§. De infamibus.

DVBIVM LXXXVI.

An infames eligi vel eligere valeant?

SVMMARIVM.

1 Duplex infamia.
2 Quid sit infamia iuris, & quæ requirantur ad eam incurrendam.
3 An incurratur quando delictum propter quod ipsa eo ipso irrogatur est occultum.
4 Quid sit infamia facti; & an inducat irregularitatem propriam.
5 Infames quacumque infamia sunt ineligibiles ad dignitates, & honores.
6 Quando secus dicendum de infami infamia meri facti.
Quando accusatus, denunciatus, vel inquisitus non possit promoueri.
7 Infamis quacumque infamia non potest eligere.
Infamibus prohibentur actus legitimi.
Eligere est actus legitimus.
8 Infamis infamia meri facti potest eligere.
9 Electio celebrata per scrutatores, siue per compromissarios infames infamia meri facti non vitiatur, si alioqui ritè, & rectè celebrata sit.



1 INFAMIS quispiam dupliciter dicitur: vel enim quis est infamis infamia iuris, vel infamia facti.

2 Infamis infamia iuris est ille, qui committit delictum, cui est imposita infamia à iure ciuili, siue canonico: omnis namque infamia quæ per ius canonicum nõ est reuocata, censetur canonica. c. omnes verò 6. q. 1. DD. plures cumulat Barbos. de offic. episc. p. 2. alleg 43. num. 1.

Ad hanc iuris infamiam incurrendam requiritur sententia Iudicis, vel confessio Rei in iudicio legitimo Innoc. Viu. Bald. & Mascard relati, & approbati à Farinac. de test. lib. 2. q. 56 num. & 18. Suar. tom. 5. disp. 48. sect. 1 num. 8. & 9. Sayr. de cens. lib. 7. c. 11. nu. 3. Filliuc. tom. 1. tract. 19. & 11. c. 8. num. 206. Bonac. de cens. disp. 7. q 3. p. 1. nu. 2. & Barbos. vbi supra num 13.

3 An vero incurratur infamia iuris, quando delictum propter quod ipsa infamia irrogatur ipso facto, est occultum: tres inuenio opiniones. Prima negat, nisi accedat sententia declaratoria Bursat. cons. 14. num. 18. & seqq. lib. 1. Azor. p. 1 lib. 8. c. 13. q. 7. versic. sed verius: Sanch. in præcep. decal. lib. 2. c. 16. nu. 1. & Farinac. de hæresi q. 188. num. 56. Secunda sustinet incurri hanc pœnam ante iudicis sententiam, modò delictum sit notoriũ Tabiena tit. infamia num. 2. Couar. lib. 3. var. resolu. 3. num. 2. cum Salycet. Auil. de cens. p. 7. disp. 4. dub. 5. in princ. cum Henriq. & Bonac. vbi supra. Tertia quæ mihi magis arridet, ductus incurri ante sententiam Iudicis, etiam si delictum sit occultum Bart. in l. cunctos populos nu. 11. & 12. in 9. opposit. Paul. de Castr. nu. 18.

C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & in l. improbum fœnus C. ex quibus cau. infam. irrogat. in fin. Pegna *in direct. inquisit. p. 1. comment. 4. vers. ex his postea* Greg. Lopez. *l. 4. tit. 6. partita 7. verb. vsurarios* Suar. *vbi supra num. 16.* Garc. *de benef. p. 7. c. 8. num. 17.* Filliuc. *num. 209.* Barbos. *vbi supra num. 17.*

4 Infamis autem infamia facti dicitur ille, qui committit delictum quod infame censetur apud graues, & honestos viros, quod delictum debet esse publicum, seu notorium. Et in hoc conueniunt omnes: sed discrepant an hæc infamia facti sic descripta inducat irregularitatem propriè, strictè, & absolutè loquendo. Nam Dyn. *in reg. infamibus de reg. iur. in 6.* Farinac. *vbi supra de test. num 6.* Bonac. *vbi supra num. 5.* vbi de communi, affirmatiuam sententiam tuentur quamdiù delinquens non fuerit emendatus.

At Suar. *num. 11.* Garc. *de benef. p. 7. c. 8. num. 64. & p. 11. c. 3. num. 118.* & Filliuc. *vbi sup. num. 204.* & alij apud Bonac. *vbi supra* docent infamiam tàm iuris, quàm facti non inducere irregularitatem, nisi foueatur aliquo iure. Quæ opinio mihi probabilior est; nam quemadmodum irregularitas non incurritur, nisi sit expressa in iure *c. is qui de sent. excom. in 6.* sic nec potest infamia inducere irregularitatem propriè loquendo, nisi sit expressa in iure.

Hac distinctione explicata dico primò
5 infames quocumque modo ex supradictis non posse eligi ad dignitates, & honores *c. illis qui, & c. infames 6. q. 1. can. qui in aliquo dist. 51. cap. infamibus vbi* glos. *de reg. iur. in 6.* Gemin. *cons. 12. in princ. relatus à* Tusch. *lit. I. conclus. 14. num. 6.* Biax. *in direct. elect. p. 2. cap. 16.* Suar. *vbi supra num. 11.* Garc. *d. num. 64.* & Marches. *p. 1. tit. de S. D. N. Papæ Referend. c. 2. num. 306.* vbi alios refert.

Ab hac tamen conclusione excipe infamē
6 infamia meri facti, si reuera fuerit emendatus: tunc enim benè poterit promoueri. Ratio exceptionis est, quia huiusmodi infamis infamia meri facti, idest cuius infamia non est expressa in iure, non est propriè, strictè, & absolutè irregularis, vt dictum est supra: sed secundum quid, quatenus, scilicet, prohibetur promoueri stante tali infamia *c. omnipotens vbi glos. de accus. c. fin. vbi glos. verb. infamia de fur. c. & c. cum in cunctis §. inferiora de elect.* Sed ista prohibitio, seu impedimentum cessat cessante, seu sublata infamia per emendationem, vt in sequenti dubio dicetur. Ergo benè poterit promoueri.

Ex hac conclusione infertur accusatum, denunciatum, vel inquisitum de aliquo crimine, interim pendente accusatione denunciatione vel inquisitione non posse promoueri *l. reus ff. de muneribus, & honoribus cap. 31. dist. 8. c. fin. de testibus c. omnipotens, & c. tantis dist 81.* Rota *decis. 393. num. 2. coram Card. Seraph.* quod procedit quando per talem accusationem, denunciationem, vel inquisitionem persona est infamata apud graues, & bonos viros: secus verò dicendum si à vilibus, infamibusq; personis, siuè à maleuolis, vel inimicis ortū ducat huiusmodi infamia. Hostien. & Ioan. And. *in c. meminimus de accus.* Felin. *in d. c. omnipotens* Biax. *in direct. elect. p. 2. c. 23. in fin.* Nauar. *lib. 5. cons. 2. in antiqu. & cons. 6. in nou. de accus.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 154.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 7. q. 4. § cæterum* Garc. *de benef. p. 7. c. 8. num. 6 & 7.* vel aliquis rumor sit sparsus, & etiam credi tus apud aliquos vt probatur *in c. qualiter, & quando 2. de accus. vbi* glos. *verb. ad inquirendū* communiter recepta teste Nauar. *lib. 5. cons. 3. num. 7. de accus.* Rota *decis. 677. num. 3. p. 4. diuers.* penes Garc. *in addit. ad d. num. 7.* & Barbos. *de offic. episc. p. 2. alleg. 43. num. 14.*

7 Dico secundò infamem infamia iuris, vel facti legalis, idest quod fouetur à lege, non posse eligere Suar. *tom. 5. disp. 48. sect. 3. num. 12. ad fin.* & ratio est, quia infamibus sunt interdicti actus legitimi *l. actus ff. de reg. iur.* *glos. in c. vt circa verb. eligentium de elect. in 6.* Sed eligere est actus legitimus *c. solet. in fin. de sent. excom. in 6.* glos. *vbi supra, & in c. actus legitimi in fin. casus de reg. iur. in 6.* Gemin. *in d. c. vt circa §. adiecto num. 10. de elect. in 6.* & Tolos. *in tit. de elect. c. 16. num. 10.* Ergo ab eo merito arcetur infamis.

8 Dico tertiò infamem infamia meri facti posse eligere. Ita Simanch. cum communi quem refert, & sequitur Suar. *vbi sup.* & probatur nam si infamia meri facti est illa quā supra *num. 4.* descripsimus; Ergo pendet ex humana, & sæpè ex mundana prudentia. Ergo nulla talis opinio hominum existimatur vera infamia in ordine ad aliquos actus, & ministeria Reipublicæ, nisi aliqua lege comprobata sit, sequella patet, quia alioqui sæpè res tota penderet ex vulgi æstimatione, & tot ferè essent opiniones, quot ingenia. Debet igitur esse certa, & ideò in lege expressa ad hoc vt habeat certos effectus morales.

Hinc si fortè contingat eos qui ad scru-
9 tandum lecti sunt aliqua infamia meri facti laborare, non ideò credas electionē alioqui rectè, & ritè factā vitiari, quamuis probos, ac fide dignos eos leges desiderent: Com-

munius

munitus namque tenetur hoc non esse de substantia; sed solum de iustitia Panorm. *in d. c. quia propter nu.16. post med. vers. addunt etiam aliqui* Mirand. *tom. 1. q. 23. artic. 19. §. decimo octauo.* Vnde collegium quod in eos iam consensisse videtur amplius resilire non potest, vt de compromissarijs dictum est *dub. 21. nu. 11.* Ita Hostien. *in sum. tit. de elect. §. qualiter facienda verb. de collegio* Biax. *in direct. elect. p. 3. cap. 24.* & Cuch *instit. maior lib. 4. tit. de elect. num. 198.*

DVBIVM LXXXVII.

An apud Prælatos Regulares resideat potestas dispensandi super infamiam.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Regulares nequeunt dispensare super infamiam iuris, nisi vt dicitur num. 3.*
2 *An Principes dispensent super infamiam ab eis, vel lege ciuili irrogatam?*
3 *Papa dispensat quamcumque iuris infamiã.*
4 *Prælati Regulares possunt dispensare infamem iuris occultum.*
5 *Nisi infamia consurgat ex aliquo casu bullæ cenæ Domini.*
6 *Item possunt dispensare super infamiam meri facti.*
7 *Item per pænitentiam solam potest aboleri infamia meri facti.*
Omnis res per quascumque causas componitur per easdem dissoluitur.

1 RESPONDEO primò publicè commaculatum infamia iuris non posse dispensari à Prælatis Regularibus. Nã & si Princeps, siue Iudex valeat abolere infamiam ab eo, quem ipse, vel lex ciuilis damnauit Siluest. *tit. infamia q. 11.* Armil. *eod. tit. num. 6.* & expressius Sayr. *de cens. lib. 7. cap. 11. nu. 15.* Auil. *de cens. p. 7. disp. 4. dub. 5. concl. 3.* citans Henriquez Suar. *tom. 5. disp. 48. sect. 1. num. 9.* Filliuc. *relatus, & approbatus* à Bonac. *de cens. disp. 7. q. 3. p. 1. num. 6.* per hoc tamen memoratis Prælatis non conceditur dispensatio, quia nec etiam Princeps, siue Iudex directè dispensat; sed indirectè, quatenus, scilicet, aufert infamiam, qua sublata tollitur irregularitas: Sed solus Papa dispen-
2 sat quamcumque iuris infamiam *c. cum te de sen. & re iud.* Panorm. *in c. de simoniacè num. 6. circa med. de simon.* Nauar. *c. 22. num. 204.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 19. p. 3. col. 4. vers. postremò.* Henriq. *lib. 14. c. 5. §. 3.* Sayr. & Auil. *vbi supra.* Hinc meritò inferunt Rodriq. *tom. 1. q. 24. art. 6.* & Manual prælat. *tom. 2. q. 8. artic. 5. concl. 1.* præfatos Prælatos non posse dispensare cum Religioso conuicto, & iuridicè condemnato de crimine nefando, quia ipso iure est infamis, vt est tex. *in l. cum vir. C. de adulter. & l. 1. C. de secund. nupt. & c. infames 3. q. 7. vbi glos.* Apost. *ad consil. 90. Dec. verb. initio.* Graff. *de casibus reseru. lib. 1. c. 11. num. 19.* & alij. Et idem asserendum est de alijs criminibus, qui in iure notantur infamiã.

3 Hanc conclusionem limita, vt solummodò procedat in delictis, in quibus ij Prælati Regulares dispensare nequeunt. Nam quemadmodum Episcopus dispensando super delicto, ad quod sua facultas se extendit, vt in adulterio, furto, Sacrilegio, falso testimonio, vel alio huiusmodi mediocri crimine non graui ... adulterio, accessoriè tollit infamiam ex tali delicto ortam. Nauar. *c. 27. num. 204. vers. dico septimò* Sayr. *de cens. lib. 7. c. 11. num. 15.* Henriq. *lib. 14. c. 5. §. 3.* Auil. *de cens. p. 7. disp. 4. dub. 6.* Tolet. *lib. 1. c. 57. num. 4. versic. dico quartò* Reginald. *lib. 30. tract. 2. nu. 196.* Vgol. *c. 60 §. 5. num. 10.* Barbos. *de offic. episc. p. 2. all. 43. num. 31* Bonac. cum alijs *vbi supra* aduersus Filliuc. Ita quoque Generalis, & Prouincialis, quibus licet, sicut, & Episcopo in ijs delictis dispensare. Rodriq. *tom. 1. q. 24. art. 17.* Manual prælat. *tom. 2. q. 31. art. 11.* Beia *p. 4. c. 57. in fin.* Cruz. *de sta. relig. lib. 1. c. 6. dub. 5. concl. 6.* & latiùs dicitur *dub. 98. pe. totum.*

4 Respondeo secundò commaculatum infamia iuris, cuius delictum, seu factum est occultum, posse dispensari à Prælatis Regularibus. Et primò probatur nam sicut Episcopi per Tridentinũ gaudent facultate dispensandi in delictis occultis, excepto homicidio voluntario: Ita pari facultate potiuntur Prælati Regulares iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, vt probatum est *dub. 71. num. 6.* Secundò probatur: nam esto hęc infamia induci possit aliquando absque delicto; valent nihilominus præfati Prælati dispensare super eam: quia vigore priuilegiorum gaudent facultate dispensandi in irregularitatibus, exceptis illis, quæ ex bigamia, homicidio voluntario, & mutilatione procedunt.

5 Hæc quoque cõclusio limitatur, vt locum non habeat in infamia consurgente ex hæresi, quia

si, quia neque in ea, neque in alijs casibus bullæ cœnæ dispensare possunt memorati Prælati, vt notum est ex *dub. 69. num. 5. & seqq.*

6 Respondeo tertiò prædictos Prælatos posse dispensare super infamiam facti meri: & ratio est, quia sicut Episcopus dispensat cum huiusmodi infamibus Nauar. & Aul. *vbi supra* Tolet. *versic. dico quartò* Barbos. *vbi supra num. 30.* & alij. Ita eadem facultate fruitur Prælatus Regularis iurisdictionem quasi Episcopalem habens Rodriq. *tom. 1. q. 24. art. 6.* Manual prælat. *tom. 2. q. 8. artic. 5.* & Cruz. *de sta. relig. lib. 1. c. 6. dub. 17. concl. 2.*

7 Respondeo quartò infamiam meri facti per penitentiam absorberi, abolerique posse Panorm. *in cum te num. 9. de re iud.* Nauar. c. 27. *num. 204. vers. decimoseptimò* Suar. *num. 8.* Filliuc. *num. 122.* Reginald. *num. 195.* Bonac. *num. 5.* Barbos. *vbi supra num. 21.* & alij communiter: quia omnis res per quascumq; causas componitur, per easdem dissoluitur *c. 1. de reg. iur. & c. testamentum de test.* glos. *in c. 1. dist. 25. in fin.* Infamia autem facti nascitur per factum malum. Ergo per factum bonum, vel per emendationem, dissoluitur, sinè per purgationem, vt benè declarat Tolet. *lib. 1. c. 57. num. 4.*

§. De corpore vitiatis, &c.

DVBIVM LXXXVIII.

An corpore vitiati posſint eligi ad dignitates, & officia?

SVMMARIVM.

1 *Qui sine notabili horrore, & scandalo ministri Ecclesiastici esse non possunt, sunt irregulares,*

2 *Si verò in aliquo tantùm actu, vel officio sunt notabiliter horrendi, & scandalosi, sunt irregulares quò ad ordines suscipiendos, & beneficia.*

3 *Et etiam ad obtentos, quando sic tale vitium accidit propria culpa.*

4 *Sed si non propria culpa accidit sunt tantùm irregulares ad illum actum, vel officium Ordinis ad quem sunt inhabiles.*

5 *Et si nullum impedimentum præbeat tale vitium contractum absque culpa nullam inducit irregularitatem.*

6 *Qui corpore vitiati possint, & non possint dispensari à Summo Pontifice: Et qui ab Episcopis.*

7 *Et qui possint dispensari à Prælatis Regularibus.*



1 Ii e o primò qui ita corpore insigniter deformati sunt, vt sine notabili horrore, & scandalo ministri ecclesiastici esse non possunt irregulares esse, non solùm quò ad Ordines, sed etiam quò ad beneficia *c. non confidat.* vbi Præpositus Gemin. Turrecrem *dist. 50.* Summistæ *verb. irregularitas* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 4. q. 14.* Garc. *de benef p. 7. c. 12. num. 3.* Homobon. *de Examine Eccles. p. 2. tract. 12 c. 4 q. 17.* Roca *decis. 625 nu. 1. coram Card. Seraph.* Si verò non sint ita

2 deformes; sed tantummodò vitium, vel defectus corporis esset impedimento executioni alicuius actus, vel officij Ordinis proptèr aliquam impotentiam debilitatem, vel insignem deformitatem: tunc quò ad Ordines suscipiendos, & per consequens ad omnia beneficia sunt irregulares: Sed quò ad Ordines iam susceptos distinguo; Aut enim culpa pro-

3 pria tale vitium, vel defectus corporis accidit, vt v. g. quia sibi sua sponte ferrum iniecerunt abscindendo sibi membrum &c. Aut huiusmodi corporis vitium siuè defectus accidit non propria culpa, nec sua sponte, sed casu, vt quia in cunabulis aut per vim, siuè per insidias hominum vel per ægritudinē facti sunt. Si primo modo absolutè, & simpliciter sunt irregulares *c. 1. c. poenitens c. si quis c. hi qui capite c. qui partem c. lator.* cum alijs *dist. 55. c. 1. cum seqq. de corpore vitiatis*, & pluribus Doctoribus allegatis Garc. *vbi supra num. 4.* quod procedit etiamsi illud vitium nō impediat vsum Ordinum quidquid in contrarium sine fundamento senserit Valent. meritò redargutus à Garc. *vbi supra nu.*

4 7. Si autem secundo modo: tunc non sunt irregulares ex toto; sed solùm quò ad illum actum, seu officium Ordinis ad quem sunt inhabiles propter dictam impotentiam, vel debilitatem, aut insignem deformitatem *c. 2. de cler. agrot.* Panorm. Villadego. Conat. Salzedo. Nauar. Vgol. Henriq. Suar. Tolet. & Roca *in Tullens canonicatus, & præbēda 1551.* cum alijs penes Garc. *vbi supra num. 18. & 19.* & sic poterit eis dari beneficium non requirens maiorem Ordinis iā suscepti vsum, quàm exercere posſit Nauar. c. 27. *num. 252.* 5

Valent.

Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. p. 2. vers. & dicendum Sayr. *de cens. lib. 6. c. 2. num. 27.* *Less. de iust.*
5 *lib. 2. c. 34. num. 121.* Et si denique nullum prębeat impedimentum per impotentiam aliquam, debilitatem, vel insignem deformitatem illud corporis vitium quod absq; culpa contractum est: tunc nullo modo inducit irregularitatem simpliciter, & absolutè *c. ex parte 1. & 2. & c. fin. de corp. vitiat. c. qui partem c. eunuchus c. si quis à medicis c. si quis pro ægritudine, & c. præcepta* §. 1. *dist.* 55. & docent Authores citati.

6 Dico secundò quò ad dispensationem ab huiusmodi corporis vitijs spectat in duplici differẽtia se habere hæc vitia secundũ Azor. *p. 2. lib. 6. c. 4. q. 13.* Alij enim corpore vitiati ab Ordinibus excluduntur iure diuino, vel naturali, vt qui manib. carent, aut elingues, mutiuè re vera sunt: Alij verò tantùm iure canonico. Et tàm primi quàm secundi à beneficijs excluduntur. Sed cum hac distinctione vt illi qui iure diuino, vel naturali ab Ordinibus alieni sunt, non possint dispensari à Summo Pontifice. An verò possint dispensari ab Episcopis? Rota *vbi supra num. 5. coram Card. Seraph.* concordat contrarias modernorum opiniones per distinctionem dicens eorum opinionem qui tradunt in nonnullis vitijs, & deformitatibus non requiri Papæ dispensationem, procedere in leuibus vitijs, & debilitatibus; non autem in membrorum principalium mutilationibus: vel quando quis dispensatur, vt iam susceptis ordinibus ministret quod faciliùs permittitur: & ita procedit tex. *in c. 1. & 2. de corp. vitiat.*
7 *& c. quicumque dist.* 50. Immò per eamdem posteriorem distinctionem mihi concordandum videtur quod scribit Azor. *vbi supra* respuens opinionem Tabien. *tit. corpore vitiati,* & Maiol. *de irregularit. lib. 1. c. 2.* dicentium non solùm Episcoporum; sed etiam Prælatorum Regularium iudicio relinqui an hęc, vel illa corporis deformitas impediat Ordines. Ipse enim Azorius quò ad Episcopos approbat; quò verò ad Prælatos Regulares, negat: Sed mihi, inquam, videtur ita posse cõcordari, vt eorum dictum procedat in Ordinibus iam susceptis, & per consequens in collatione beneficiorum: Sententia autem Azorij veritatem habeat in ordinibus suscipiendis. Solùm ergo superest memoriæ commendandum Papæ dispensationem esse validam etiã nisi non dispensauerit cum causæ cognitione. Secus verò dicendum in Episcopis, iuxta notata *dub.* 78.

DVBIVM LXXXIX.

An Religiosi amentes, ebrij, vel dæmoniaci, siuè alia infirmitate detenti possint eligi, vel eligere: Et an eorum Prẹlati possint super hoc dispensare?

SVMMARIVM.

1 *Qui propriè amentes dicantur; ita vt non possit eligi, vel eligere.*
2 *Mente captus æquatur furioso.*
3 *Qui propriè mente capti dicantur.*
4 *Amentes sunt ineligibiles.*
5 *Et item non possunt eligere.*
6 *Nisi habeant lucida internalla.*
7 *Quomodo dignoscatur an actus eius qui habet lucida internalla sit gestus tempore furoris, vel sanæ mentis.*
8 *Ebrius non multum distat à furioso.*
An solitus inebriari possit eligi, vel eligere?
Quare penæ irrogatæ perpetrantibus delictum tempore ebrietatis, non sit quoque irrogatæ perpetrantibus idem delictum tempore furoris?
9 *Malè ficiatus in solis genitalibus an sit dicendus Dæmoniacus.*
10 *An Dæmoniaci sint ineligibiles passiuè.*
11 *Item an actiuè.*
12 *Quid iuris de cæcis, & surdis.*
13 *Et quid de laborantibus aliquo alio morbo.*
Non qualibet infirmitas statim facit hominem irregularem.
14 *Quomodo Prælati Regulares possint dispensare corpore vitiatos.*



1 Vo ad amentes spectat aduertendum est primò pro intelligentia tituli, hic per amentes ad effectum, & in casu de quo agimus, accipiendos esse illos, qui laborant amentia propria, quæ est, vt ita dicam, per modum habitus, & habet propriam ac permanentem causam fundatam in propria læsione organorum, atque humorum: nam si contingat ex causa transeunte; vt ex vi morbi, vulneris, irę, & passionis breuis, &c. sublata amentia cessat impedimentum, & irregularitas, vt patet tum ex communi vsu, tũ quia cessat periculum scandali.

dali. Maiol. *relatus, & approbatus à Suar. tom. 5. disp. 51. sect. 1. num. 5.* & nouissimè pluribus relatis Bonac. *de cens. disp. 7. q. 2. p. 2. num. 23.* Tum deinque, quia tunc non præsumitur per manere furorem. Couar. 4. *decret. p. 2. c. 2. nu. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 45. num. 62.* Ludou. Lopez. 2. *p. instruct. mater. de matrimon. c. 39. fol. mihi* 1057.

Nec item ad effectum de quo nunc agimus sunt dicendi amentes, delirantes in aliqua materia speciali nihil ad electionē conferentis iuxta probabilissimam opinionem, quam longa disputatione egregiè tuetur Sanch *de matrim. lib. 1. disp. 8. d. num. 22. vsque ad finem disputationis* vt v. g. si quis Religiosus se pedes ferreos habere, falsò, & stultè putaret: in reliquis verò benè appareret esse perfectè sui compotem, liberumque rationis vsum habere.

2 Secundò aduertendū est sub nomine *amentium* nos intelligere tàm furiosos, quàm mente captos, quia mente captus rectè æquatur furioso *l. 2. vbi* Bald. *C. de curat. furio. & est tex. iuncta glos. verb. extra mentem c. sicut de regul.* & pulchrè docet cum multis aliis Nauar. *in c. si quando de rescript. except. 10. num. 5.* & Henr. q. *de matrim. lib. 11. c. 4. num. 3.*

3 Et hic per mente captos intellige tātummodò eos, qui omninò rationis vsu destituuntur ad distinctionem eorum quos vulgò appellamus *sodi*, vel *leggierotti*: Et ratio est quia hi deliberationem sufficientem habent ad lethaliter peccandum. Ita affirmat cum Soncino, & Greg. Lop. Sanch. *de matrim. lib. 1. disput. 8. num. 15. in fin.*

4 Sensu quæstionis sic explanato dico primò furiosum, seu mētecaptum vetari ascendere ad dignitates, & Prælaturas *can. petrus dist. 39. can. quamuis 7. q. 1. & c. constitutionem vbi glos. verb. intellectu &c. vers. b. sign. in 6 glos. in c. ex eo verb. discretione vbi* quoque Franch. *de elect. in 6.* Biax. *in suo direct. elect. p. 1. c. 15.* Iosl. *in tit. de elect. c. 8. num. 2. & cap. 11. num. 9.* Azor. *p. 2. c. 4. q. 14. in fin.* Nauar. *in c. si quando exc. p. 10. nu. 6. & 10. de rescript.* & Rota multis allegatis *p. 2. decis. 190. num. 3. in recent. & num. 5.* addit id etiam procedere si furiosus patiatur lucida interualla. Et ratio est quia sunt irregulares verè, quos constat non posse eligi ex dictis *dub. 70.* Vnde quamdiu non probetur eos esse sanæ mentis semper sunt irregulares, quia furor semel accensus præsumitur adesse, nisi contrariū probetur glos. *in c. fin. verb. compotem. de success. ab intest.* & Biax. *vbi supra* Couar. *d. num. 6.* Menoch. multos allegans contra alios *d. præsumpt. 45. num. 59.* & *cons. 82. num. 220. lib. 1.* & Rodriq. *tom. 1. q. 54. art. 5.* idem astruit de alijs infirmitatibus de quibus nunc proximè dicam.

5 Dico secundò furiosos, seu mente captos, si perpetuò amentia laborent non posse eligere *c. sicut tenor. de regul.* & multiplici iuris, & Doctorum testimonio benè probat Biax. *vbi supra*, & Cuch. *institut. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 75.* Et potissima ratio ea videtur esse, quia electio de sui intrinseca natura postulat liberum consensum non solùm electi; sed etiam eligentis *c. quia propter de elect. c. cum dilectus de consuet.* & omnia iura clamant Barbos. *de offic. episc. p. 1. tit. 1. c. 3. num. 21.* aliàs non esset electio; nam eligere est vnum ex pluribus capere, vt ipsum vocabulum sonat Panor. *in c. quisquis num. 5. de elect.* & electio est determinatio voluntatis, &c. Bald. *in rubr. de elect. num. 1. & 2.* Sed perpetuò amentes nullum habent consensum *l. emptionem C. de contrahen. empt. & vendit.* Ergo nequeunt eligere, vt benè deducitur argumentum ex *c. infames esse 6. q. 1. clem. si furiosus de homic. & ex l. furiosum C. qui testa. fac. pos.* ex quibus habetur, ab amente nihil fieri posse, quod consensum liberum exigat.

6 Dixi in assertione *si perpetuò amentia laborent*: quia si lucida interualla eis suffragētur; tunc benè poterunt eligere *vt* deducitur ex *d. c. quamuis 7. q. 1. & ex l. diuus ff. de offic. præsid.* & egregiè sustinet Biax. *vbi supra.* Et cum valeat argumentum à matrimonio ad electionem quò ad hæc per dicta *dub. 54. num. 19.* per consequens pro hoc facit eadem doctrina, quam in terminis de matrimonio tradunt D. Thom. Ricard. Sot. cæteriq; Theologi teste Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 8. nu. 16.* & est *tex. c. dilectus de sponsal. vbi* Ioan. And. *num. 5.* glos. *verb. furore*, & Præpos. *num. 2.* Item glos. *in c. neque furiosus in initio 32. q. 7.* Couar. *vbi supra num. 5.*

7 Sed hic rogabis quę nam regula statuatur, quando dubitatur an actus eius, qui habet lucida interualla gestus sit tempore furoris, vel sanæ mentis? Respondeo præsumi egisse tempore sanæ mentis, quando actus ita benè gestus est, vt ostendat non esse factum à demente, vel saltem stultitiam non sapiat; sed congruat homini sanæ mentis. Bald. *in l. furiosum C. qui testam. fac. poss. &* ibi Castr. Rip. Fulgos. Iason. *num. 3.* Couar. *vbi supra num. 7.* Menoch. *de præsumpt. 45. num. 66.* & latissimè Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 9. num. 6. & 7.* Et eò magis hæc regula locum habet, quando longo interuallo actus distat à tempore furoris. Couar. *num. 6.* Menoch. *num. 69.*

num. 69. & Lopez relatus à Sanchi. *vbi supra num. 17. in fin.*

8 Et quod hucusque dictum est de furiosis idem cum proportione asserendum existimo de ebrijs; nam Ebrius non multum distat à furioso; vbi enim ebrietas, ibi furor est *c. inter. d. 35.* Vnde solitus inebriari non poterit promoueri, sicuti nec posse sacris initiari resoluunt Farinac. *fragment. criminal. p. 7. lit. C. nu. 252.* vbi allegat Rebuff. Salzed. & Cened. Bene tamen poterit eligere extra tēpus ebrietatis, vt de furiosis explicatum est.

Neque his dictis obstant varia iura pœnam irrogantia patrantibus delictum tempore ebrietatis *l. respiciendum §. delinquunt vers. impetum ff. de pœn. c. si briauerunt 11. q. 1. & c. à crapula de vit. & honest. cler.* quod non currit patrantibus delictum tempore furoris; nam respondeo cum Barbos. *de offic. epis. p. 2. alleg. 58. num. 5.* eas pœnas impositas fuisse, non quia tempore ebrietatis commissum delictum possit dici volūtarium, nec ob culpam ex ipso delicto prouenietem, sed potius ob peccatum ebrietatis, ex quo malum fuit secutum, præsertim si quis inebriari contingat sciens se ebrietatis tempore, solitum esse delicta perpetrare, quo casu non erit immunis à culpa, & pœna saltem extraordinaria homicidij, vel alterius mali tempore ebrietatis perpetrati vt per Couar. *in cle. m. si furiosus p. 3. in initio num. 31.* Gomes *tom. 3. c. delict. c. 1. num. 73.* Tiraquel. *de pœnis temperan. casu 6. num. 9. cum seqq.*

9 Quod ad Dæmoniacos attinet aduertendum est quoque pro intelligentia tituli quęstionis maleficiatum in solis genitalibus non esse dicendum Dæmoniacum ad effectum, de quo agimus: Cùm ob eam causam cautior efficiatur Maiol. & Henriq. quos allegat Sayr. *de cens. lib. 6. c. 14. nu. 14. in fin.* & Bonac. *vbi sup.*

Hoc præhabito dico primò Dæmoniacos

10 esse ineligibiles passiuè ad Prælaturam, vt colligitur ex *c. maritum commun. iter. & c. clerici dist. 33.* ac manifeste habetur ex *c. vsq; adeò eadem dist.* vbi redditur ratio: Nam si in tali munere positis, aliquid propriæ infirmitatis occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, vbi Ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari?

Dico secundò Dæmoniacos posse eligere

11 non secus ac amentes: vnde doctrina superius tradita de amentibus huic proportionabiliter est applicanda, cum eadem prorsus militet ratio, & per consequens militet quoque eadem iuris dispositio iuxta latè dicta *dub. 72. num. 3. & c.*

12 Quò denique ad eos qui notabilem defectum visus, & auditus patiuntur dico esse inhabiles ad Prælaturam *d. c. constitutionem vbi* Franch. *num. 2. d. verb. sign. in 6.* Less. *de iust. & iure lib. 2. c. 34. num. 130.* Garc. *de benef. p. 7. c. 12. num. 22.* Item qui ita senio sunt confecti, vt ad regiminis officium non possint assurgere *c. 1. dist. 85. glos. in c. 1. verb. insufficientem de renunc. in 6.* Item qui ita sunt ægroti vt ad regimen sint inhabiles *c. alius 16 q. 6. & d. glos. verb. insufficientem.* Item demum qui ita la-

13 borant aliquo morbo naturaliter durabili, & incurabili, vt afferat impedimentum perpetuum in administratione Prælaturæ Suar. *tom. 5. disput. 51. sect. 3. num. 17.* qui licèt ibi astruat, quòd si ægritudo superuenerit post beneficium obtentum, eam non inducere priuationem: At quidquid sit de hoc in terminis de clericis secularibus, in quibus ipse loquitur, secus est dicendum de clericis Regularibus iuxta firmata *dub. 102. num. 5.* vbi quoque huic obiectioni satisfactum est.

Dixi *qui ita laborant aliquo morbo naturaliter durabili, & incurabili*, quia non quælibet infirmitas statim facit hominem irregularé, quia hoc nullo iure fundatur: Infirmitas nāque quæ curari potest simpliciter non vocatur in iure vitium corporis, vt explicatur *in l. inter stuprum ff. de verb. sign.* nec propter ægritudinem absolutè fertur alicubi irregularitas, sed propter impedimentum perpetuum.

Ceterum hi omnes non priuantur iure eligendi, cùm re vera liberè consentire possint: nec irregulares prohibētur eligere, vt probatum est *dub. 70.* Solum videntur cęci, & surdi tutiori conscientia acturi, si renuncient eidem met voci actiuæ; cum ipsi videantur facillimè decipi posse.

14 Vltimò ad postremam partem tituli dico non esse integrum Prælatis Regularibus iurisdictionem quasi Episcopalem habētibus dispensare super hæc impedimenta hucusq; in hoc dubio explicata, quæ omninò Prælaturæ Regulari repugnant: quemadmodū nec etiam est integrum Episcopis: valebunt tamen transacto anno ab amentia, seu ab alijs impedimentis, secundum iudicium prudentis dispensare, seu potius consentire, vel declarare sublatum esse impedimentum sicut Episcopi re vera possunt *c. communiter dist. 33.* Ita multis allegatis Suar. *tom. 5. disp. 51. sect. 3. num. 16. in fin.* Filliuc. Reginald. & Coninc. relati à Bonac. *num. 23.*

CAPVT QVINTVM

De inhabilitate ad electionem.

DVBIVM XC.

An laici, vel clerici sæculares, vel Religiosi non professi arceantur ab electionibus Regularium?

SVMMARIVM.

1 *Laici arcentur ab electionibus Religiosorum; aliàs electio est nulla.*

Nec valet contraria consuetudo.

2 *Clerici sæculares, & Regulares non professi carent vtroque iure eligendi in electionibus Regularium.*

3 *Quod ius eligendi habere possint expressè professi. Et quod tacitè solùm?*

4 *Et hoc accipiendum est, vt sint professi eiusdem Ordinis.*

5 *Quomodo laici, vel alij à iure prohibiti possint interesse electionibus Regularium?*



1 RESPONDEO primò si laici interueniant in electione cum clericis, electionē esse nullam in totum, & ratio est, quia non est seruata forma, nam cum lex *c. massana de elect.* de forma introduxerit, vt laici non interueniant in electionibus, vt tenent Card. & Imol *in d. c. massana* per consequens ea non seruata, electio est nulla. Cuch. *inf. citandus num. 99.* Alciat *in l. 1 §. sed mihi num 11. & 12. ff. de verb. oblig.* quem refert, & approbat Rota *in Treueren. Abbatia S. Maximini Mercur. 20. Nouembris 1624. coram Coccino §. Et quamuis secundum aliquos in fin.*

Immò addo nulla ratione fieri posse vt laici quacumque consuetudine vocem habeant in electionibus Ecclesiasticis vt probant textus *in c. cum terra c. quisquis, & c. massana de elect.* & vltra Ordinarios explicant Firman. *de Ep s. lib. 1. p. 3. c. 60. & lib. 2. p. 1. q. 31.* Balb. *de præscript. p. 1. quinta q. 7. num. 17. & q. 10. num. 4.* Selua *de benif. p. 3. q. 23. num. 12. & 21.* & alij.

2 Respondeo secundò non solùm Clericis sęcularibus interdici dare, vel recipere suffragium in electionibus Regularium per *c. cum ad nostram c. offic. ij c. cum in magistrum c. sacrosancta, & c. massana de elect. c. inter quatuor de Relig. dom.* Pute. *decis. 261. lib. 2.* Rota *decis. 772. num. 5. p. 1. diuers. & dec. 229. num. 1. p. 1. in recent.* & Tolos. *in tit. de elect. c. 19. nu. 7. & 8.* Sed etiam actiua, passiuaque voce carere ipsos Regulares si tacitè, vel expressè professionem non emittant *c. ex eo §. in ecclesijs* vbi Archid. & Anchar. *num. 3. de elect. in 6.* Angel. *tit. electio num. 6.* Siluest. *eod. tit. q. 4. num. 5.* Cuch. *instit. maior lib. 4. tit. de electione num. 98.*

3 Hoc posterius membrum huius assertionis sic explicandum est cum Gemin. *in c. nullus num. 1. & 6. de elect. in 6.* Franch. *in d. c. ex eo num. 1* Biax. *in suo direct. elect. p. 2. c. 6. num. 1.* & Suar. *de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num 2,* vt, scilicet, ad hoc vt quis possit eligere, sufficiat tacita professio: vt verò possit eligi necessariò requiratur expressa professio. Quā explanationem nedum verissimam existimo per *d. c. cum in magistrum de elect. d. c. nullus eod. tit. in 6. clem. 1. §. cæterum prioratus versic. sane de sta. mona.* Rota *decis. 647. num. 1, co-*
4 *ram Card. Seraph.* Verum etiam ad eam necessariò addendum est vt sint professi eiusdem Ordinis vel Congregationis aliàs collatio, seu electio vel prouisio de ipsis facta eo ipso est inannis, & irrita *c. quam sit versic. defuncto verò 18 q 2. c. cum singula §. prohibemus de præben. in 6. clem. 1. de elect. clem. 1. de suppl. negl. prælat. Concil. Trid. sess. 14. c. 10. de reform. & sess. 25. c. 21. de regul.* Et Sacra Congregatio 12. *Decembris* 1585. censuit *à nemine præter Summum Pontificem posse conferri Abbatias, & beneficia administrationem habentia nisi professis iuxta canones.* Quam declarationem innuit Gonzal. *supra reg. 8. cancell. glos. 8. nu. 78.* vbi hanc materiam latè, & plenè tractat *à num. 96. vsque ad 107.* Concordat Rodriq. *tom. 2. q. 52. art. 8.* dicens alumnos alterius Religionis non posse assumi ad Prælaturas illius Religionis, vbi non sunt professi, nisi id authoritate Apostolica concedatur, ac Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 3. num. 11. in fin.* addit id procedere etiamsi dignus non

repe-

reperiretur in illa Religione qui posset eligi. Et tandem Regula Minorica hæc habet c. 8. *Vniversi fratres vnum de fratribus istius Religionis teneantur semper habere in Generalem Ministrum.* Quæ verba intelligenda sunt, nedum de Generali Ministro, sed de quocumq; alio inferiori Prælato Ordinis vt est concors omnium Expositorum sententia. Et Clemens VI. in sua bulla *regimini vniuersalis* edita anno 1346. *die* 25. *Martij* pro reformatione Ordinis Seruorum B. Mariæ hæc habet in §. 6. *Nullus tamen nisi expressè professus fuerit in Priorem generalem eorundem fratrum eligi valeat, & assumi.*

5 Tandem has cõclusiones in hoc dubio sic explanatas limita, vt non procedant, quãdo illi quos diximus iure prohiberi electionibus interesse, admittentur solùm ad assistendam electori, & electoribus vtilitatem: ad hoc v.g. vt protegant electionisque celebrationem foueant, ac tueantur: Vel vt eos, qui ex collegio sunt minus fortè periti instruant, formamque electionis faciendæ edoceant glos. *in d.c. quia propter verb. redactis* vbi Panor. *de elect.* & Panorm. quoque Compost. Ioan. And. & Bald. *in d.c. messana* Biax. *in direct. elect. p.* 1. *c.* 11. *num.* 2. Archid. *c.* 1. *dist.* 63. & Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. nu.* 111.

DVBIVM XCI.

An Clerici nondum subdiaconi, & Laici Regulares gaudeant voce actiua in electionibus eorum Ordinum in quibus sunt professi?

SVMMARIVM.

1 *Clerici nondum Subdiaconi, & Laici carent voce actiua.*
2 *Nisi eam habeant ex priuilegio, statuto, vel consuetudine.*
3 *Exponitur c. Messana de elect.*
4 *Duplex species Laicorum.*

1 RESPONDEO negatiuè *c. ex eo* §. *in ecclesijs de elect. in* 6. *clem. vt ij de at & qual. & Conc. Trid. sess.* 22. *c.* 4. *de reform.*

2 Si verò aliàs habeant vocem ex priuilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine; secus est dicendum Innoc. *in c.* 2. *de inst.* Feder *cons.* 18. glos. *in d.* §. *in ecclesijs in fin.* Vital. *in d. clem. vt ij* Angel. *tit. electio num.* 7. Syluest. *q.* 3. Tabien. *num.* 7. Tolos. *in tit. de elect. cap.* 7. *num.* 4. Cuch. *instit. maior. lib.* 4. *tit. de electione num.* 114. Rodriq. *tom.* 2. *q.* 51. *art.* 5. *in fin.* & ita declarauit Sacra Cõgregatio *anno* 1573. prout ex alijs refert Cruz. *de stat. relig. lib.* 2. *c.* 3. *in fine primæ conclusionis*. Et tandem Constitutiones Minorum S. Francisci Capuccinorum referunt idem declarasse Pium V. his verbis. *I Chierici quantunque nõ siano Sudiaconi, & ancò i laici possino hauer voce nell'elettioni per dichiaratione e concessione di Pio V. di Santa Memoria non ostante il decreto del Concilio Tridentino sess.* 22. *c.* 4 *de reform.*

3 Sed his dictis obijcies c. *messana de elect.* vbi hæc habentur *Aedicto perpetuo prohibemus, ne per laicos cum canonicis Pontificis electio præsumatur: Quæ si fortè præsumpta fuerit nullam obtineat firmitatem. Non obstante contraria consuetudine, quæ dici debet potiùs corruptela.*

Distinguo quidquid dicat ex se Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 4. *num.* 4. 5. & 6. nam duplex est species Laicorum, quia quidam sunt Laici professione, & habitu: quidam nec professione nec habitu, sicut sunt conuersi Religiosi *c. dns* 12. *q.* 1. Vnde appellatione laicorum comprehenduntur conuersi in respectu ad clericos Regulares; sed in respectu ad alios laicos sæculares non comprehendun tur: Sunt enim personæ ecclesiasticæ glos. *in c. mulier verb. laicus dist.* 23. Gemin. *in c. quicumque* §. *inhibentus num.* 1. & 2. *vbi quoque* Franch. *num.* 1. *de haret. in* 6. & item Gemin. *in d.* §. *in ecclesijs* Sanch. *in præcep. decal. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 6. Modò ad obiectionem dico illum tex. *messana* procedere de laicis professione, & habitu; non autem de laicis, qui tales non sunt nec professione nec habitu. Ita post Innoc. & Host. *in c.* 2. *de inst.* tradit glos. *in d.* §. *in ecclesijs in fin.* 4

Tendém responsionem ad hoc dubium limita, vt limitatæ sunt responsiones superioris dubij in fine.

DVBIVM XCII.

An Religiosi non Sacerdotes gaudeãt voce passiua in electionibus suarum Religionum?

SVM-

SVMMARIVM.

1 Ro affirmatiua parte arguitur primò. In reg. minorum c. 7. ab Honor. III. Apostolica authoritate confirmata sic dicitur. *Ipsi verò Ministri, si præsbyteri sunt cum misericordia iniungant illis pænitentiam. Si verò præsbyteri non sunt iniungi faciant per alios Sacerdotes, Ordinis sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire.* Sed ex his verbis apertè colligitur, fratres Præsbyteratus honore non decoratos posse assumi ad quascunque dignitates Ordinis nedum inferiores; sed etiam maiores. Ergo dicti Religiosi Regulari iure, indultoque Pontificio passiua voce in electionibus gaudent.

2 Secundò ex Constitutionibus Sacri Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum c. 8. hæc habentur. *I Chierici, quantunque non siano Suddiaconi, & anco i Laici possono hauer voce nell'elettione per dichiaratione, e concessione di Pio V. di Santa Memoria non ostante il decreto del Concilio Tridentino sess. 22. cap. 4. de reform.*

3 Tertiò in electionibus multum attenditur consuetudo, quæ derogat iuri communi, vti probatum est *dub* 8 *num.* 10. Sed prædicti fratres ex praxi antiqua, & noua Franciscani Ordinis suffragium in electionibus non solùm tulerunt; sed & receperunt, quia & Guardianatus, & Prouincialatus interdum munera sustinuerunt. Ergo &c.

4 Pro negatiua verò parte, sic arguitur primò. In c. dudum 1. vbi Bald. *num.* 6. *de elect.* statuitur vt non assumatur ad beneficium habens curam animarum annexam, nisi ille, qui est sacris initiatus. Item in c. 1. *de æt. & qual. & ord. præfic.* decernitur vt Abbates, Decani, & Prepositi præsbyteri fiant: quòd si iuxta aliqua causa prohibente nō potuerint Prælationes amittant. Et denique Conc. Tridens *sess.* 24. *c.* 12. *de reform.* decernit *vt nemo deinceps ad dignitates quascumque quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, atque in clericali versatus doctrina ad sui muneris exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur.* 7
Ergo, &c.

5 Neque huic argumento satisfacit hæc iura expresse loqui de clericis; non autem de Regularibus, & in materia odiosa non comprehendi Regularem sub nomine clerici vt asserunt Panor. in *c.* 1. *de iur. calum. num.* 9. & *in c.* 1. *num.* 7. *ne cler. vel monach.* Gemin. *in c. in generali num.* 3. *de elect. in* 6. & Sanch. *in præcep. decal. lib.* 6. *c.* 15. *num.* 74. referens Angel. Siluest. & Tabien. Nam contrarium respondeo procedere in materia congruenti. & Clericis, & Monachis siuè sit fauorabilis, siuè sit pænalis, vt benè annotauit And. Barb. *in apostil. ad Panor. vbi sup. de iur. calum. lit. D.* quod & videtur supponere Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 54. *num.* 2. Et ita intelligendus est Rodriq. *tom.* 2. *q.* 67. *art.* 2. *vers. ex hac conclusione sic decl.* Immò post Innoc. *in c. sedes de rescript.* Felin. *in c. tua nos* 1. *nu.* 1. *in fin. de iur. iurand.* affirmat de mente Ioan. And. stylum curiæ habere vt enumeratis clericis, seu specificatis per clausulam generalem comprehendatur Religiosus, quia licet sint qualitatis diuersæ; conueniunt tamen sub eodem genere; idest conueniunt in re per nomen *clericus* significata iuxta *c. duo* 12. *q.* 1. Et ad hoc facit quod aduertit Anchar. *in clem.* 1. *in pen. col. de elect.* Sed in nostro casu sumus in materia congruenti, & clericis, & Regularibus, vt ex infra dicendis nunc proximè in hoc dubio patebit.
6 Ergo dicta iura extendenda sunt etiam ad Religiosos, quod nemini vertendum est in dubium, cum stylus curiæ condat ius *c. quam graui de crim. fals. & c. ex litteris vbi* Felin. *num.* 4. *de const.* Ant. Cucus *lib.* 1. *inst. maior. tit.* 9. *num.* 1. Rota *decis.* 196. *num.* 2. *p.* 1. *in recent.* & rationem affert Marchesi. *p.* 8
1. *tit. de com. appell. in Rom. cur. c.* 5. *num.* 33 & *de mente aliorum.* Et tandem in terminis Suar. 9
tom. 4. *de relig. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 21. testatur communem

munem intellectum omnium DD. in *d.c.1.* esse vt ibi sub nomine *Abbatis. & Praepositi* comprehendatur Prælatus Regularis.

7 Neque prædicto argumento satisfacit secundò ex Indulgentia Clem. VIII. *in decreto super casuum reseruatione* non licere Superioribus Regularium subditorum cõfessiones audire; ita vt quodammodò ab eorum cura amoueantur. Nam sic arguo contra: superiores conuentuales in multis casibus tenentur subditorum confessiones audire, cum id ab eis petierint, sicuti de Parocho respectu Parochianorum latè docent Nauar. *in c. placuit. nu. 152. & seqq. dist. 6.* & Suar. *tom. 4. disp. 32. sect. 1. num. 4.* Sed præfatum decretum in nullo hanc obligationem remittit dictis Superioribus; sed eius relaxatio solummodò tendit in fauorẽ, & exonerationẽ subditorum. Ergo non est in eorum odium retorquenda. *l. quod fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6.* Minor probatur ex verbis textus *Non liceat superioribus Regularium cõfessiones subditorum audire, nisi quando aliquod peccatum reseruatum admiserint, aut ipsimet spontè, aut proprio motu id ab ipsis petierint.* iuxtà quod in terminis ea commentatur. Suar. *ubi sup. de relig. c. 15. nu. 4. & 5.* Ergo nõ amouent à cura Pastorali Superiorũ. Et per consequẽs ipsi Superiores tenentur esse sacerdotes ad hæc munera subeũda.

8 Secundò principaliter sic arguo pro negatiua parte. Si daretur Præfatos non Sacerdotes esse habiles ad dignitates, & officia, quibus animarum cura subest, sequeretur & minores 24. annorum, bigamos, & alios irregulares, & excommunicatos minori excommunicatione esse habiles ad dictas dignitates contra doctrinam in superioribus dubijs traditam. Sed nullus ambigendi locus relinquitur, quin hoc sit graue absurdum & ideò non dicendum. *l. nam quod absurdum. ff. de bonis lib.* Ergo &c. Sequella patet nam intrinseca ratio, vt ita dicam, ob quam prædicti Minores ætate, irregulares, & excommunicati minori excommunicatione arceantur ab officijs, quibus annexum est Pastorale munus, est eadem, quæ est in casu nostro, nempè quia sunt inhabiles ad receptionem, & vsum Ordinum, potestatemque præsertim clauium: idest remittendi peccata, quæ ordinantur ad illud pastorale munus, & ex illa ortum atq. ori-
9 ginem ducit. Ergo si hæc ratio deficeret possent profectò dictas prælationes obtinere, quia sublata ratione legis, benè sublata est lex glos. & Bart. *in l. 1. in princ. in verb. prouidentia. ff. de leg. 2.* latè Sali quem refert, & approbat Felin. *in c. 1. nu. 16. lim. 9. uers. considera. de rescript.*

10 Tertiò multa sæpissimè exorirentur grauissima inconuenientia, & incommoda, quæ prudentes viros non latent, vt scribunt D. Bonau. *in reg. c. 7.* Cord. *ibid. q. 4. p. 3.* Polic. *in fin.* Rodriq. *tom. 1. q. 15. art. 2.* Manual. prælat. *tom. 2. q. 3. ar. 2.* & omnes Regulæ Minoritanæ Expositores, & nouiss. Suar. *vbi sup.*

11 Pro resolutione supponendũ est primò Religiosis omnibus sacerdotali honore carentibus non occludi aditum ad quæcumq. officia, & dignitates, quæ non ordinantur, nec vllam connexionem habent cum potestate Ordinis. Secùs verò de alijs, quæ sine vsu Ordinis exerceri non possunt iuxtà distinctionem *d. 70. nu. 1.* traditam.

12 Secundò supponendum est Deficiẽtibus Sacerdotibus, vt purà si nullus reperiatur idoneus, posse præfici Clericos etiam in minoribus ordinibus constitutos eiusdẽ ordinis si alioqui ipsi erunt idonei *c. tuam. de at. & qualit.* & arg. *c. cenomanensem. dist.* 56. & confirmatur à simili: nam quamuis non sint transferenda officia, & administrationes ordinis ad alios regulares. vel clericos sæculares iuxtà in superiori dubio dicta: Attamẽ sicut poterit suppleri defectus omnium eiusdẽ Ordinis Religiosorũ per Religiosos alterius ordinis. vel per clericos sæculares gradatim *c. inter quatuor. de relig. dom. in cuctis iurib. in præcedenti dub. alleg.* Rebuff. *in praxi tit. dispensatio cũ reg. n. 40.* Gonzal. *sup. reg. 8. cancel. gl. 8. n. 43.* Garc. *de benef. p. 7. c. 10. n. 16.* Ita & põt fieri in casu nostro: ad hoc n. facit *reg. 4. de reg. iur.* quod nõ est licitum in lege, necessitas facit licitũ. *c. 2. in fi. de obser. iein. & c. quãto. de cõsuet.*

His suppositis sit prima conclusio. Ad hoc vt electio ad Prælaturam Regularem teneat necessariò requiri, & sufficere si eligendus sit in sacris ordinibus constitutus, dummodò debito tempore presbyter fiat. Hæc conclusio probatur ex prima, & secunda ratione facta pro negatiua parte.

§ Et insuper quòd necessariò requiratur, vt sit in sacris. &c. hr̃ ex *c. tuam* vbi Butr. *num. 4. & Panorm. in 5. notab. & ad fin. de at. & qual.* ac apertè sustinent Biax. *in direct. elect. p. 2. c. 9. nu. 2.* & Rota *decis. 647. nu. 3. coram Card. Seraph.* Et licet Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 3. nu. 22. & 23.* cum glos. deducat ex *d. c. tuam.* non requiri necessariò, vt eligendus sit in sacris, sed solùm vt sit in minoribus constitutus, vel habeat primam tonsuram. Attamen authori-

tas Suar. in interpretatione iuris non est in consideratione habenda in concursu illorũ celeberrimorum interpretum, præsertim verò S. Rotæ *Romanæ*: Et eò magis quò d. glossæ opinio, quam ipse sequitur optimè confutatur à *Panorm. vbi sup.*

Quod verò sufficiat si tempore electionis eligendus sit in sacris, modò debito tempore presbyter fiat, &c. probant iura allegata in prima rõne pro negatiua parte facta. Et quamuis ita sit de iure, ex decentia tñ, & ex cõi cursu rerũ eligẽdus debet esse sacerdos etiam tempore electionis teste Suar. *ubi sup. nu.* 21. & suaderi põt ex tertia ratione facta pro negatiua parte.

Secunda conclusio est, necessitate vrgente, vt *sup.* explicatum est Regularibus clericis, etiam in minoribus solum cõstitutis, vel etiam laicis patere aditum ad dictas dignitates curatas. Hæc cõclusio satis superque probatur ex *d. c. tuam. de æt. & qualit.* ex secundo supposito, & ex ultima ratione pro affirmatiua parte facta. Et tunc secundum Sot. *in 4. dist.* 20 *q. 1. art. 4. conclus. 3. uers. & confirmatur hoc quia non.* quem sequuntur omnes, ceu Episcopi electi non ordinati Confessarios creare possunt, & casus reseruare (eò quò id eis competeret) à quibus nisi de sua licentia nemo subditorum valeret absolui; spiritualia præcepta ponere, eademque sub pæna excommunicationis. De quibus omnibus satis dictum est suis locis.

15 Tertia conclusio est, Ad officia solùm, & munera, quæ nullatenus ordinantur ad vsũ Ordinis, nec ab eo dependent, vt sunt Discretatus, & Definitoratus nõ vetari ascensum prædictis non Sacerdotibus. Hæc conclusio liquet ex primo supposito, & ex secunda ratione pro negatiua parte facta.

His sic conclusis reliquum est, vt ad argumenta pro affirmatiua parte facta respondeamus.

16 Ad primum dico rectum eorum verborum Regulæ intellectum, rationique consonũ tradi à D. Bonau. *ibid* quẽ oẽs expositores sequũt͂ his verbis, *Ipsi verò Ministri si presbyteri sũt, quod regulariter est tenẽdum: vt habeant curam animarum, & per consequens debeat vultus pecorum suorum agnoscere & in fide, ac moribus ordinare. Illud autem dictum est pro ordinis principio in quo erat raritas Sacerdotũ: maximè quia S. P. Franciscus ex humilitate legitur Sacerdotium fugisse.* Hæc ille.

Nec illa confirmatio Apostolica in aliquo ampliat dispositionem Regulæ per dicta *dub. 4. num. 4.* & eò magis, quò ipsa est in forma communi; vnde parum vel nihil operatur *cap. 1. de confirm. util. vel inutil. & cap. quia diuersitatem. de concess. præben. glos. in c. cum accessissent. verb. confirmatum. de const.*

17 Ad secundum dico priuilegia Regularium esse confirmata *quatenus decretis Concil. Tridentini non aduersentur* iuxta notata *dub. 5. num. 1.* Vnde per priuilegiũ *Pij V.* dicendo *non obstante Decreto Concil. Triden. sess. 22. c. 4. de reform.* non abolетur alterum Decretum *sess. 24. c. 12. sup.* relatum.

18 Ad tertium dico illam consuetudinem nascentis Ordinis non consuetudinem, sed necessitatem fuisse declarare hodiernum morem. Hinc Greg. IX. in quodam capitulo generali PP. de Obseruantia, cui ipse præfuit animaduertens, ac mature discutiens necessitatis limites excedere prouisionẽ, seu electionem factam de præfatis non Sacerdotibus *Ipso summo Pontifice præsente inhabilitati sunt fratres Laici ad officia ordinis, quæ aliqui tunc dicta officia, vt clerici exercebant.* refertur *in compend. titul.*

19 *Laici fratres.* In argumentum ergo trahi nequeunt, quæ aliquando propter necessitatem sunt concessa *c. in argumentum. vbi glos. in fig. casus. de reg. iur. in 6. & c. quod pro remedio. 1. q. 7.*

DVBIVM ~~CVIII~~ 93

An priuatio vocis ipso facto irrogata incurratur ante latam Iudicis sententiam declaratoriam?

SVMMARIVM.

1 *Quid sit inhabilitas substantialis.*
2 *Quid inhabilitas pœnalis.*
3 *Quare hic dubitetur de inhabilitate substantiali.*
4 *Sensus quæstionis.*
5 *Incurritur ante latam sententiam declaratoriam priuatio vocis passiuæ, quando ipso facto imponitur.*
6 *Cõtraria opinio nõ est omnino improbabilis.*
7 *Item statim incurritur priuatio vocis actiua quando ipso facto irrogatur.*
8 *Refellitur opinio contraria.*
9 *Qui occultè deliquit contra statuta inhabilitantia ipso iure, tenetur veritatem respondere ad mentem interrogantis.*
10 *Nisi per accidens excusetur.*

AD



D maiorem, & clariorẽ intelligẽtiam tituli aduertendum est primò priuationem vocis, seù inhabilitatem prædictam esse duplicem, pœnalem, scilicet, & substantialem, prout distinguit Suar. *de legib. lib. 5. c. 9. nu. 9.*

1 Inhabilitas substantialis est carentia illarum conditionum, quæ per se eò tendũt, vt persona habeat qualitates moraliter cõuenientes, vt sit idonea ad ferendum, seu ad recipiendum suffragium, & sine quibus ei non datur tale ius, vt est v. g. esse eiusdem professionis, & habitus, esse sacris initiatũ, & huiusmodi de quibus dictum est in præcedentibus dubijs.

2 Inhabilitas verò pœnalis est, quando Religiosus non obstante idoneitate, & conditionibus substantialibus, inhabilitatur tamen propter actiones incongruas, & discõuenientes rectæ electioni, vt v. g. sunt, qui eligunt sciẽter indignum, quia sunt priuati pro ea vice potestate eligendi iuxta latè dicta *dub. 61.* Item priuatio vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda per Decretum Sacræ Congregationis editum *anno* 1590. inflicta ijs Regularibus, qui accedũt ad Monasteria Monialium, vel sororum cuiuscumque Ordinis sine expressa licentia eiusdem Sacræ Congregationis, vel saltam per quater in anno sine expressa licentia Ordinarij locorum iuxtà moderationem alterius Decreti eiusdemmet Sacræ Congregationis editi *anno* 1623. *die* 12. *Decembr.* Et huiusmodi.

3 Modò his explicatis dico hic à nobis dubitari de inhabilitate pœnali; non verò de inhabilitate substantiali: Quoties namque inhabilitas est ex defectu cuiuscumq. conditionis substantialis, suffragium erit omninò nullum, etiamsi defectus sit occultus; quia illa inhabilitas non est priuatio potestatis prius habitæ; sed etiam perpetua carentia numquam acceptæ potestatis. Hæc namque potestas non est ab intrinseco, vt ita dicam; sed est ex concessione Principis, aut superioris, qui illã non vult concedere nisi personæ hñti tales, & tales qualitates. Hinc apparet me proposuisse dubium iure optimo *de priuatione vocis*, & non de inhabilitate, cũ non oĩs inhabilitas sit priuatio.

4 Secundò aduertendum est hic minimè à nobis vocari in dubium an inhabilitas prædicta incurratur ante latam Iudicis sententiam declaratoriam, quando lex apertis verbis id exprimit, vt si v. g. lex dicat *ipso facto*, vel *ipso iure*, seu *eo ipso*, adiuncta clausula, & *absq. alia declaratione*, vel *ante omnem declarationem*, seu *nulla etiam declaratione sequuta*, & huiusmodi: tunc. n. ca. tũ est apud omnes legem exequi pœnã statim, & absq. mora. Dubiũ ergò solùm est an simplex clausula *ipso facto*, vel *ipso iure*, seu *eo ipso*. & similia &c. inducat priuationẽ statim ante oẽm sniam ẽt declaratoriã criminis.

5 Cui difficultati respondeo primò inhabilitatem, seu priuationem vocis passiuæ statim incurri ante sententiam Iudicis declaratoriam, quando lex ipso facto, vel ipso iure, &c. eam incurrendam delinquẽti infligit. Hanc conclusionem cõfirmat cõis DD. & Canonistarũ teste Sayr. *in clau. reg. lib. 3. c. 9. n. 34. vers. ex dictis sequitur*, & Suar. *de legib. lib. 5. c. 9. nu. 3. in princ.* & tenent multi viri doctissimi in Alma Vrbe Romæ prout refert Sorb. *in annot. ad compend. titu. ingredi monast. monialium. num.* 12. & Duar. *in bul. cœna Domini. lib. 3. §. 8. q. 2. nu. 46.*

Benè verum est, quòd si à me petas rõnẽ huius conclusionis me liberè fateri cum doctissimo Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 30. n. 2.* nullam mihi occurrere rationem concludentem, quare hæc pœna, quamuis priuatiua sit, non indigeat sententia Iudicis: nec item traditur ab alio Doctore, quẽ adhuc
6 viderim, qui post Sãch. hanc q̃onem tractauerit. Hinc licet nullo modo videatur tutũ recedere à prædicta communi sententia: Attamen non omninò improbabilem censeo opinionem contrariam, quam sequitur Nauar. *in extrauag. Gregor. XIII. de datis pro iust. nu. 44.* & Molin. *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 96 n. 6.* quos approbat Sanch. *nu. 1. circa med.* & eam videtur tacitè concedere Suar. *ubi sup. n. 7.* Ducor præsertim, quia illa clausula *ipso iure*, vel *ipso facto*. & huiusmodi potest habere alium effectum diuersum ab eo, quem vult supradicta communis opinio, & sic non erit inutilis, contra eius suppositũ. Et patet nam pœna imposita ipso iure, vel ipso facto, &c. statim ac p iudicem pronunciatur sententia declaratoria, retrotrahitur ad omnia officia, & dignitates, quas habuit Reus à die commissi criminis, & per consequens re uoẽtur oẽs contractus per delinquentẽ initi ratione illorum officiorum, seu dignitatum, vt optimè fulcinat ipsemet Sãch. *in præcep. decal. lib. 2. c. 22. nu. 26.* Hoc autem non eueniet in pœna incurrenda solummodò: Ergo aliqd operatur clausula *ipso facto &c.*

si, quia neque in ea, neque in alijs casibus bullæ cænæ dispensare possunt memorati Prælati, vt notum est ex *dub. 69. num. 5. & seqq.*

6 Respondeo tertiò prædictos Prælatos posse dispensare super infamiam facti meri: & ratio est, quia sicut Episcopus dispensat cum huiusmodi infamibus Nauar. & Aud. *vbi supra* Toler. *versic. dico quartò* Barbos. *vbi supra num. 30.* & alij. Ita eadem facultate fruitur Prælatus Regularis iurisdictionem quasi Episcopalem habens Rodriq. *tom. 1. q. 24. art. 6.* Manual prælat. *tom. 2. q. 8. artic. 5.* & Cruz. *de sta. relig. lib. 1. c. 6. dub. 17. concl. 2.*

7 Respondeo quartò infamiam meri facti per penitentiam absorberi, abolerique posse Panorm. *in cum te num. 9. de re iud.* Nauar. *c. 27. num. 204. vers. decimoseptimò* Suar. *num. 8.* Filliuc. *num. 122.* Reginald. *num. 196.* Bonac. *num. 5.* Barbos. *vbi supra num. 21.* & alij communiter: quia omnis res per quascumque causas componitur, per easdem dissoluitur *c. 1. de reg. iur. & c. testamentum de test.* glos. *in c. 1. dist. 25. in fin.* Infamia autem facti nascitur per factum malum. Ergo per factum bonum, vel per emendationem, dissoluitur, sinè per purgationem, vt benè declarat Toler. *lib. 1. c. 57. num. 4.*

§. De corpore vitiatis, &c.

DVBIVM LXXXVIII.

An corpore vitiati possint eligi ad dignitates, & officia?

SVMMARIVM.

1 *Qui sine notabili horrore, & scandalo ministri Ecclesiastici esse non possunt, sunt irregulares.*

2 *Si verò in aliquo tantùm actu, vel officio sunt notabiliter horrendi, & scandalosi, sunt irregulares quò ad ordines suscipiendos, & beneficia.*

3 *Et etiam ad obtentos, quando eis tale vitium accidit propria culpa.*

4 *Sed si non propria culpa accidit sunt tantùm irregulares ad illum actum, vel officium Ordinis ad quem sunt inhabiles.*

5 *Et si nullum impedimentum præbeat tale vitium contractum absque culpa nullam inducit irregularitatem.*

6 *Qui corpore vitiati possint, & non possint dispensari à Summo Pontifice: Et qui ab Episcopis.*

7 *Et qui possint dispensari à Prælatis Regularibus.*



1 Dico primò qui ita corpore insigniter deformati sunt, vt sine notabili horrore, & scandalo ministri ecclesiastici esse non possunt irregulares esse, non solùm quò ad Ordines, sed etiam quò ad beneficia *c. non confidat.* vbi Præposit. Gemin. Turrecrem *dist. 50.* Summistæ *verb. irregularitas* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 4. q. 14.* Garc. *de benef. p. 7. c. 11. num. 3.* Homobon. *de Examine Eccles. p. 2. tract. 12. c. 4. q. 17.* Rota *decis. 625. nu. 1. coram Card. Seraph.*

2 Si verò non sint ita deformes; sed tantummodò vitium, vel defectus corporis esset impedimento executioni alicuius actus, vel officij Ordinis propter aliquam impotentiam debilitatem, vel insignem deformitatem: tunc quò ad Ordines suscipiendos, & per consequens ad omnia beneficia sunt irregulares: Sed quò ad Ordines iam susceptos distinguo; Aut enim culpa propria tale vitium, vel defectus corporis accidit,

3 vt v. g. quia sibi sua sponte ferrum iniecerunt abscindendo sibi membrum, &c. Aut huiusmodi corporis vitium siuè defectus accidit non propria culpa, nec sua sponte, sed casu, vt quia in cunabulis aut per vim, siuè per insidias hominum vel per ægritudinem secti sunt. Si primo modo absolutè, & simpliciter sunt irregulares *c. 1. c. penitens c. c. si quis c. hi qui capite c. qui partem c. lator.* cum alijs *dist. 55. c. 1. cumseqq. de corpore vitiatis*, & pluribus Doctoribus allegatis Garc. *vbi supra num. 4.* quod procedit etiamsi illud vitium nō impediat vsum Ordinum quidquid in contrarium sine fundamento senserit Valent. meritò redarguitus à Garc. *vbi supra num.*

4 7. Si autem secundo modo: tunc non sunt irregulares ex toto; sed solùm quò ad illum actum, seu officium Ordinis ad quem sunt inhabiles propter dictam impotentiam, vel debilitatem, aut insignem deformitatem *c. 1. de cler. ægrot.* Panorm. Villadiego. Conat. Salzedo. Nauar. Vgol. Henriq. Suar. Tolet. & Rota *in Tallens canonicatus, & præbēdæ 1551.* cum alijs penes Garc. *vbi supra num. 18. & 19.* & sic poterit eis dari beneficium non requirens maiorem Ordinis iā suscepti vsum, quàm exercere possit Nauar. *c. 27. num. 252.* &

Valent.

Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. p. 2. vers. & dicendum Sayr. *de cens. lib. 6. c. 2. num. 23.* Less. *de iust.*
5 *lib. 2. c. 34. num. 131.* Et si denique nullum prębeat impedimentum per impotentiam aliquam, debilitatem, vel insignem deformitatem illud corporis vitium quod absq; culpa contractum est: tunc nullo modo inducit irregularitatem simpliciter, & absolutè *c. ex parte 1. & 2. & c. fin. de corp. vitiat. c. qui partem c. eunuchus c. si quis à medicis c. si quis pro ægritudine, & c. præcepta* §. 1. *dist.* 55. & docent Authores citati.

6 Dico secundò quò ad dispensationem ab huiusmodi corporis vitijs spectat in duplici differẽtia se habere hæc vitia secundũ Azor. *p. 1. lib. 6. c. 4. q. 13.* Alij enim corpore vitiati ab Ordinibus excluduntur iure diuino, vel naturali, vt qui manib. carent, aut elingues, mutiuè re vera sunt: Alij verò tantùm iure canonico. Et tàm primi quàm secundi à beneficijs excluduntur. Sed cum hac distinctione vt illi qui iure diuino, vel naturali ab Ordinibus alieni sunt, non possint dispensari à Summo Pontifice. An verò possint dispensari ab Episcopis? Rota *vbi supra num. 5. coram Card. Seraph.* concordat contrarias modernorum opiniones per distinctionem dicens eorum opinionem qui tradunt in nonnullis vitijs, & deformitatibus non requiri Papæ dispensationem, procedere in leuibus vitijs, & debilitatibus; non autem in membrorum principalium mutilationibus: vel quando quis dispensatur, vt iam susceptis Ordinibus ministret quod faciliùs permittitur: & ita procedit tex. *in c. 1. & 2. de corp. vitiat.*
7 *& c. quicumque dist.* 50. Immò per eamdem posteriorem distinctionem mihi concordandum videtur quod scribit Azor. *vbi supra* respuens opinionem Tabien. *tit. corpore vitiati,* & Maiol. *de irregularit. lib. 1. c. 2.* dicentium non solùm Episcoporum, sed etiam Prælatorum Regularium iudicio relinqui an hęc, vel illa corporis deformitas impediat Ordines. Ipse enim Azorius quò ad Episcopos approbat; quò verò ad Prælatos Regulares, negat: Sed mihi, inquam, videtur ita posse cõcordari, vt eorum dictum procedat in Ordinibus iam susceptis, & per consequens in collatione beneficiorum: Sententia autem Azorij veritatem habeat in ordinibus suscipiendis. Solùm ergo superest memoriæ commendandum Papæ dispensationem esse validam etiã nisi non dispensauerit cum causæ cognitione. Secus verò dicendum in Episcopis, iuxta notata *dub.* 78.

DVBIVM LXXXIX.

An Religiosi amentes, ebrij, vel dæmoniaci, siuè alia infirmitate detenti possint eligi, vel eligere: Et an eorum Pręlati possint super hoc dispensare?

SVMMARIVM.

1 *Qui propriè amentes dicantur; ita vt non possit eligi, vel eligere.*
2 *Mente captus æquatur furioso.*
3 *Qui propriè mente capti dicantur.*
4 *Amentes sunt ineligibiles.*
5 *Et item non possunt eligere.*
6 *Nisi habeant lucida interualla.*
7 *Quomodo dignoscatur an actus eius qui habet lucida interualla sit gestus tempore furosis, vel sanæ mentis.*
8 *Ebrius non multum distat à furioso.*
An solitus inebriari possit eligi, vel eligere?
Quare penæ irregularitatis perpetrantibus delictum tempore ebrietatis, non sit quoque irrogatæ perpetrantibus idem delictum tempore furoris?
9 *Maleficiatus in solis genitalibus an sit dicendus Dæmoniacus.*
10 *An Dæmoniaci sint ineligibiles passiuè.*
11 *Item an actiuè.*
12 *Quid iuris de cæcis, & surdis.*
13 *Et quid de laborantibus aliquo alio morbo.*
Non qualibet infirmitas statim facit hominem irregularem.
14 *Quomodo Prælati Regulares possint dispensare corpore vitiatos.*

1 Vo ad amentes spectat aduertendum est primò pro intelligentia tituli hic per amentes ad effectum, & in casu de quo agimus, accipiendos esse illos, qui laborant amentia propria, quæ est, vt ita dicam, per modum habitus, & habet propriam ac permanentem causam fundatam in propria læsione organorum, atque humorum: nam si contingat ex causa transeunte, vt ex vi morbi, vulneris, irę, & passionis breuis, &c. sublata amentia cessat impedimentum, & irregularitas, vt patet tum ex communi vsu, tũ quia cessat periculum scandali.

dali. Maiol. *relatus, & approbatus à Suar. tom. 5. disp. 51. sect. 1. num.* 5. & nouissimè pluribus relatis Bonac. *de cens. disp. 7. q. 2. p. 2. num.* 23. Tum denique, quia tunc non præsumitur permanere furorem, Couar. 4. *decret. p. 2. c. 2. nu.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 45. *num.* 62. Ludou. Lopez. 2. *p. instruct. mater. de matrimon. c.* 39. *fol. mihi* 1057.

Nec item ad effectum de quo nunc agimus sunt dicendi amentes, delirantes in aliqua materia speciali nihil ad electionē conferentis iuxtà probabilissimam opinionem, quam longa disputatione egregiè tuatur Sanch *de matrim. lib.* 1. *disp.* 8. *d. num.* 22. *vsque ad finem disputationis* vt v. g. si quis Religiosus se pedes ferreos habere, falsò, & stultè putaret: in reliquis verò benè appareret esse perfectè sui compotem, liberumque rationis vsum habere.

2 Secundò aduertendū est sub nomine *amentium* nos intelligere tàm furiosos, quàm mente captos, quia mente captus rectè æquatur furioso *l.* 2. *vbi* Bald. *C. de curat. furio. & est tex. iunctà glos. verb. extra mentem c. sicut de regul.* & pulchrè docet cum multis alijs Nauar. *in c si quando de rescript. except.* 10. *num.* 5. & Henriq. *de matrim. lib.* 11. *c.* 4. *num.* 3.

3 Et hic per mente captos intellige tātumodò eos, qui omninò rationis vsu destituuntur ad distinctionem eorum quos vulgò appellamus *sodi*, vel *leggierotti*: Et ratio est quia hi deliberationem sufficientem habent ad lethaliter peccandum. Ita affirmat cum Soncino, & Greg. Lop. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disput.* 8. *num.* 15. *in fin.*

4 Sensu quæstionis sic explanato dico primò furiosum, seu mētecaptum vetari ascendere ad dignitates, & Prælaturas *can. petrus dist.* 39. *can. quamuis* 7. *q.* 1. *& c. constitutionem vbi glos. verb intellectu ac. verb. sign. in* 6 *glos. in c. ex eo verb discretione vbi* quoque Franch. *de elect. in* 6. Biax. *in suo direct. elect. p.* 1. *c.* 15. Iolos. *in tit. de elect. c.* 8. *num.* 2. *& cap.* 11. *num.* 9. Azor. *p.* 2. *c.* 4. *q.* 14. *in fin.* Nauar. *in c. si quando except.* 10. *nu.* 6. & 10. *de rescript.* & Rota multis allegatis *p.* 2. *decis.* 190. *num.* 3. *in recent. & num.* 5. addit id etiam procedere si furiosus patiatur lucida interualla. Et ratio est quia sunt irregulares verè, quos constat non posse eligi ex dictis *dub.* 70. Vnde quamdiu non probetur eos esse sanæ mentis semper sunt irregulares: quia furor semel accensus præsumitur adesse, nisi contrariū probetur glos. *in c. fin. verb. compotem. de success. ab intest.* & Biax. *vbi supra* Couar. *d. num.* 6. Menoch. multos allegans contra alios *d. præsumpt.* 45. *num.* 59. *& cons.* 82. *num.* 220. *lib.* 1. & Rodriq. *tom.* 1. *q.* 54. *art.* 5. idem astruit de alijs infirmitatibus de quibus nunc proximè dicam.

5 Dico secundò furiosos, seu mente captos, si perpetuò amentia laborent non posse eligere *c. sicut tenor. de regul.* & multiplici iuris, & Doctorum testimonio benè probat Biax. *vbi supra*, & Cuch. *institut. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 75. Et potissima ratio ea videtur esse, quia electio de sui intrinseca natura postulat liberum consensum non solùm electi; sed etiam eligentis *c. quia propter de elect. c. cum dilectus de consuet.* & omnia iura clamant Barbos. *de offic. episc. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *num.* 21. aliàs non esset electio; nam eligere est vnum ex pluribus capere, vt ipsum vocabulum sonat Panor. *in c. quisquis num.* 5. *de elect.* & electio est determinatio voluntatis, &c. Bald. *in rubr. de elect. num.* 1. & 2. Sed perpetuò amentes nullum habent consensum *l. emptionem C. de contrahen. empt. & vendit.* Ergo nequeunt eligere, vt benè deducitur argumentum ex *c. infames esse* 6. *q.* 1. *clem. si furiosus de homic. & ex l. furiosum C. qui testa. fac. pos.* ex quibus habetur, ab amente nihil fieri posse, quod consensum liberum exigat.

6 Dixi in assertione *si perpetuò amentia laborent*: quia si lucida interualla eis suffragētur, tunc benè poterunt eligere vt deducitur ex *d. c. quamuis* 7. *q* 1. *& ex l. diuus ff. de offic. præsid.* & egregiè sustinet Biax. *vbi supra*. Et cum valeat argumentum à matrimonio ad electionem quò ad hæc per dicta *dub.* 54. *num.* 19. per consequens pro hoc facit eadem doctrina, quam in terminis de matrimonio tradunt D. Thom. Ricard. Sot. cæteriq; Theologi teste Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 8. *nu.* 26. & est *tex. c. dilectus de sponsal. vbi* Ioan. And. *num.* 5. glos. *verb. furore*, & Præpos. *num.* 1. Item glos. in *c. neque furiosus in initio* 32. *q.* 7. Couar. *vbi supra num.* 5.

7 Sed hic rogabis quęnam regula statuatur, quando dubitatur an actus eius, qui habet lucida interualla gestus sit tempore furoris, vel sanæ mentis? Respondeo præsumi egisse tempore sanæ mentis, quando actus ita benè gestus est, vt ostendat non esse factum à demente, vel saltem stultitiam non sapiat; sed congruat homini sanæ mentis. Bald. *in l. furiosum C. qui testam. fac. poss. &* ibi Castr. Rip. Fulgos. Iason. *num.* 3. Couar. *vbi supra num.* 7. Menoch. *de præsumpt.* 45. *num.* 66. & latissimè Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 6. & 7. Et eò magis hæc regula locum habet, quando longo interuallo actus distat à tempore furoris. Couar. *num.* 6. Menoch. *num.* 69.

num. 59. & López relatus à Sanchi vbi supra num. 17. in fin.

8 Et quod hucusque dictum est de furiosis idem cum proportione asserendum existimo de ebrijs; nam Ebrius non multum distat à furioso; vbi enim ebrietas, ibi furor est c. nihil ter. d. 35. Vnde solitus inebriari non poterit promoueri, sicuti nec posse sacris initiari resoluunt Farinac. fragment. criminal. p. 7. lit. C. nu. 150. vbi allegat Rebuff. Salzed. & Cened. Bene tamen poterit eligere extra tépus ebrietatis, vt de furiosis explicatum est.

Neque his dictis obstant varia iura pœnam irrogantia patrantibus delictum tempore ebrietatis l. respiciendum §. delinquunt vers. impetum ff. de pœn. c. inebriauerunt 15. q. 1. & c. à crapula de vit. & honest. cler. quod non currit patrantibus delictum tempore furoris; nam respondeo cum Barbosa de offic. episc. p. 2. alleg. 58. num. 5. eas pœnas impositas fuisse, non quia tempore ebrietatis commissum delictum possit dici volũtarium, nec ob culpam ex ipso delicto prouenientem, sed potius ob peccatum ebrietatis, ex quo malum fuit secutum, præsertim si quis inebriari contingat sciens se ebrietatis tempore, solitum esse delicta perpetrare, quo casu non erit immunis à culpa, & pœna saltem extraordinaria homicidij, vel alterius mali tempore ebrietatis perpetrati vt per Couar. in clem. si furioso p. 3. in initio num. 31. Gomes tom. 3. c. delictis c. 1. num. 73. Tiraquel. de pœnis temperan. casu 6. num. 9. cum seqq.

9 Quo ad Dæmoniacos attinet aduertendum est quoque pro intelligentia tituli quęstionis maleficiatum in solis genitalibus non esse dicendum Dæmoniacum ad effectum, de quo agimus: Cùm ob eam causam castior efficiatur Maiol. & Henriq. quos allegat Sayr. in clau. lib. 6. c. 14. nu. 14. in fin. & Bonac. vbi sup.

Hoc præhabito dico primò Dæmoniacos
10 esse ineligibiles passiuè ad Prælaturam, vt colligitur ex c. maritum communiter, & c. clericus dist. 33. ac manifestè habetur ex c. vsq; adeo eadem dist. vbi redditur ratio: Nam si in tali munere positis, aliquid propriæ infirmitatis occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, vbi Ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari?

Dico secundò Dæmoniacos posse eligere
11 non secus ac amentes: vnde doctrina superius tradita de amentibus huc proportionabiliter est applicanda, cum eadem prorsus militet ratio, & per consequens militet quoque eadem iuris dispositio iuxta late dicta dub. 72. num. 3. &c.

12 Quò denique ad eos qui notabilem defectum visus, & auditus patiuntur dico esse inhabiles ad Prælaturam d. c. constitutionem vbi Franch. num. 2. d. verb. sign. in 6. Less. de iust. & iure lib. 2. c. 34. num. 130. Garc. de benef. p. 7. c. 12. num. 21. Item qui ita senio sunt confecti, vt ad regiminis officium non possint assurgere c. 1. dist. 85. glos. in c. 1. verb. insufficientem de renunc. in 6. Item qui ita sunt ægroti, vt ad regimen sint inhabiles c. alius 16. q. 6. & d. glos.
13 verb. insufficientem. Item demum qui ita laborant aliquo morbo naturaliter durabili, & incurabili, vt afferat impedimentum perpetuum in administratione Prælaturæ Suar. tom. 5. disput. 51. sect. 3. num. 17. qui licèt ibi astruat, quòd si ægritudo superuenerit post beneficium obtentum, eam non inducere priuationem: At quidquid sit de hoc in terminis de clericis sęcularibus, in quibus ipse loquitur, secus est dicendum de clericis Regularibus iuxta firmata dub. 102. num. 5. vbi quoque huic obiectioni satisfactum est.

Dixi qui ita laborant aliquo morbo naturaliter durabili, & incurabili, quia non quælibet infirmitas statim facit hominem irregularé, quia hoc nullo iure fundatur: Infirmitas nãque quæ curari potest simpliciter non vocatur in iure vitium corporis, vt explicatur in l. inter stuprum ff. de verb. sign. nec propter ægritudinem absolutè fertur alicubi irregularitas, sed propter impedimentum perpetuum.

Ceterùm hi omnes non priuantur iure eligendi, cum re vera liberè consentire possint: nec irregulares prohibetur eligere, vt probatum est dub. 70. Solum videntur cęci, & surdi tutiori conscientia acturi, si renuncient eidem met voci actiuæ; cum ipsi videantur facillimè decipi posse.

14 Vltimò ad postremam partem tituli dico non esse integrum Prælatis Regularibus iurisdictionem quasi Episcopalem habẽtibus dispensare super hæc impedimenta hucusq; in hoc dubio explicata, quæ omninò Prælaturæ Regulari repugnant: quemadmodũ nec etiam est integrum Episcopis: valebunt tamen transacto anno ab amentia, seu ab alijs impedimentis, secundum iudicium prudentis dispensare, seu potiùs consentire, vel declarare sublatum esse impedimentum sicut Episcopi re vera possunt c. communiter dist. 33. Ita multis allegatis Suar. tom. 5. disp. 51. sect. 3. num. 16. in fin. Filliuc. Reginald. & Coninc. relati à Bonac. num. 23.

CA-

CAPVT QVINTVM

De inhabilitate ad electionem.

DVBIVM XC.

An laici, vel clerici sæculares, vel Religiosi non professi arceantur ab electionibus Regularium?

SVMMARIVM.

1 *Laici arcentur ab electionibus Religiosorum; alias electio est nulla.*
Nec valet contraria consuetudo.
2 *Clerici sæculares, & Regulares non professi carent vtroque iure eligendi in electionibus Regularium.*
3 *Quod ius eligendi habere possint expressè professi. Et quod tacitè solùm?*
4 *Et hoc accipiendum est, vt sint professi eiusdem Ordinis.*
5 *Quomodo laici, vel alij à iure prohibiti possint interesse electionibus Regularium?*

1 ESPONDEO primò si laici interueniant in electione cum clericis, electionem esse nullam in totum, & ratio est, quia non est seruata forma, nam cum lex *c. massana de elect.* de forma introduxerit, vt laici non interueniant in electionibus, vt tenent Card. & Imol *in d. c. massana* per consequens ea non seruata, electio est nulla. Cuch. *inf. citandus num. 99.* Alciat *in l. 1 §. sed mihi num 11. & 12. ff. de verb. oblig.* quem refert, & approbat Rota *in Treueren. Abbatiæ S. Maximini Mercur. 20. Nouembris 1624. coram Coccino §. Et quamuis secundum aliquos in fin.*

Immò addo nulla ratione fieri posse vt laici quacumque consuetudine vocem habeant in electionibus Ecclesiasticis vt probant textus *in c. cum terra c. quisquis, & c. massana de elect.* & vltra Ordinarios explicant Firman. *de Ep f. lib. 1. p. 3. c. 60. & lib. 2. p. 1. q. 31.* Balb. *de præscript. p. 1. quinta q. 7. num. 17. & q. 10. num. 4.* Selua *de benif. p. 3. q. 23. num. 22. & 21.* & alij.

2 Respondeo secundò non solùm Clericis sæcularibus interdici dare, vel recipere suffragium in electionibus Regularium per *c. cum ad nostram c. ossi. ij c. cum in magistrum c. sacrosancta, & c. massana de elect. c. inter quatuor de Relig. dom.* Puteo. *decis. 261. lib. 2.* Rota *decis. 772. num. 5. p. 1. diuers. & decis. 229. num. 1. p. 1. in recent.* & Tolos. *in tit. de elect. c. 10. nu. 7. & 8.* Sed etiam actiua, passiuaque voce carere ipsos Regulares si tacitè, vel expressè professionem non emittant *c. ex eo §. in ecclesijs* vbi Archid. & Anchar. *num. 3. de elect. in 6.* Angel. *tit. electio num. 6.* Siluest. *eod. tit. q. 4. num. 5.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 98.*

3 Hoc posterius membrum huius assertionis sic explicandum est cum Gemin. *in c. nullus num. 1. & 6. de elect. in 6.* Franch. *in d. c. ex eo num. 1* Biax. *in suo direct. elect. p. 2. c. 6. num. 1.* & Suar. *de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num 2.* vt, scilicet, ad hoc vt quis possit eligere, sufficiat tacita professio: vt verò possit eligi necessariò requiratur expressa professio. Quã explanationem nedum verissimam existimo per *d. c. cum in magistrum de elect. d. c. nullus eod. tit. in 6. clem. 1. §. cæterum prioratus versic. sanè de sta. mona.* Rota *decis. 647. num. 1. coram Card. Seraph.* Verum etiam ad eam necessariò addendum est vt sint professi eiusdem
4 Ordinis vel Congregationis aliàs collatio, seu electio vel prouisio de ipsis facta eo ipso est inannis, & irrita *c. quam sit versic. defuncto verò 18 q. 2. c. cum singula §. prohibemus de præben. in 6. clem. 1. de elect. clem. 1. de suppl. negl. prælat. Concil. Trid. sess. 14. c. 10. de reform. & sess. 25. c. 21. de regul.* Et Sacra Congregatio *12. Decembris 1585.* censuit *à nemine præter Summum Pontificem posse conferri Abbatias, & beneficia administrationem habentia nisi professis iuxta canones.* Quam declarationem innuit Gonzal. *supra reg. 8. cancell. glos. 8. nu. 78.* vbi hanc materiam latè, & plenè tractat à *num. 96. vsque ad 107.* Concordat Rodriq. *tom. 2. q. 52. art. 8.* dicens alumnos alterius Religionis non posse assumi ad Prælaturas illius Religionis, vbi non sunt professi, nisi id authoritate Apostolica concedatur, ac Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 3. num. 11. in fin.* addit id procedere etiamsi dignus non

repe-

reperiretur in illa Religione qui posset eligi. Et tandem Regula Minorica hæc habet c. 8. *Vniuersi fratres vnum de fratribus istius Religionis teneantur semper habere in Generalem Ministrum.* Quæ verba intelligenda sunt, nedum de Generali Ministro; sed de quocumq; alio inferiori Prælato Ordinis vt est concors omnium Expositorum sententia. Et Clemens VI. in sua bulla *regimini vniuersalis* ædita anno 1346. *die 23. Martij* pro reformatione Ordinis Seruorum B. Mariæ hæc habet *in §. 6. Nullus tamen nisi expressè professus fuerit in Priorem generalem eorundem fratrum eligi valeat, & assumi.*

5 Tandem has coclusiones in hoc dubio sic explanatas limita, vt non procedant, quădo illi quos diximus iure prohiberi electionibus interesse, admitterentur solùm ad afferendam electori, & electoribus vtilitatem: ad hoc v.g. vt protegant electionisque celebrationem foueant, ac tueantur: Vel vt eos, qui ex collegio sunt minus fortè periti instruant, formamque electionis faciendæ edoceant gloss. *in d.c. quia propter verb. redactis* vbi Panor. *de elect.* & Panorm. quoque Compost. Ioan. And. & Bald. *in d.c. messana* Biax. *in direct. elect. p. 1. c. 11. num. 2.* Archid. *c. 1. dist. 63.* & Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu. 111.*

DVBIVM XCI.

An Clerici nondum subdiaconi, & Laici Regulares gaudeant voce actiua in electionibus eorum Ordinum in quibus sunt professi?

SVMMARIVM.

1 *Clerici nondum Subdiaconi, & Laici carent voce actiua.*

2 *Nisi eam habeant ex priuilegio, statuto, vel consuetudine.*

3 *Exponitur c. Messana de elect.*

4 *Duplex species Laicorum.*

1 Respondeo negatiuè *c. ex eo §. in ecclesijs de elect. in 6. clem. vt ij de at. & qual. & Conc. Trid. sess. 2 2. c. 4. de reform.*

2 Si verò aliás habeant vocem ex priuilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine; secus est dicendum Innoc. *in c. 2. de inst.* Feder. *cons. 18.* glos. *in d. §. in ecclesijs in fin.* Vital. *in d. clem. vt ij* Angel. *tit. electio num. 7.* Siluest. *q. 3.* Tabien. *num. 7.* Tolos. *in tit. de elect. cap. 7. num. 4.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione num. 114.* Rodriq. *tom. 2. q. 51. art. 5. in fin.* & ita declarauit Sacra Cogregatio *anno 1573.* prout ex alijs refert Crux. *de sta. relig. lib. 2. c. 3. in fine primæ conclusionis.* Et tandem Constitutiones Minorum S. Francisci Capuccinorum referunt idem declarasse Pium V. his verbis. *I Chierici quantunque nō siano Sudiaconi, & anco i laici possino hauer voce nell'elettioni per dichiaratione e concessione di Pio V. di Santa Memoria non ostante il decreto del Concilio Tridentino sess. 22. c. 4 de reform.*

3 Sed his dictis obijcies *c. messana de elect.* vbi hæc habentur *Adiicto perpetuo prohibemus: nè per laicos cum canonicis Pontificis electio præsumatur: Quæ si fortè præsumpta fuerit nullam obtineat firmitatem. Non obstante contraria consuetudine, quæ dici debet potiùs corruptela.*

Distinguo quidquid dicat ex se Suar. *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 4. num. 4. 5. & 6.* nam duplex est species Laicorum, quia quidam sunt Laici professione, & habitu: quidam nec professione nec habitu, sicut sunt conuersi Religiosi *c. dus 12. q. 1.* Vnde appellatione laicorum comprehenduntur conuersi in respectu ad clericos Regulares; sed in respectu ad alios laicos sæculares non comprehenduntur: Sunt enim personæ ecclesiasticæ glos. *in c. mulier v. rb. laicus dist. 23.* Gemin. *in c. quicumque §. ibi bemus num. 1. & 2.* vbi quoque Franch. *num. 1. de hæret. in 6.* & item Gemin. *in d. §. in ecclesijs* Sanch. *in præcep. decal. lib. 2. c. 6. num. 6.* Modò ad obiectionem dico illum tex. *messana* procedere de laicis professione, & habitu; non autem de laicis, qui tales non sunt nec professione nec habitu. Ita post Innoc. & Host. *in c. 2. de inst.* tradit glos. *in d. §. in ecclesijs in fin.*

Tandem responsionem ad hoc dubium limita, vt limitatę sunt responsiones superioris dubij in fine.

DVBIVM XCII.

An Religiosi non Sacerdotes gaudeăt voce passiua in electionibus suarum Religionum?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Minorica Regula supponens fratres non sacerdotes posse esse Superiores, quomodo intelligenda num. 16.*

2 *Priuilegium Pij V. dans vocem clericis, & laicis, explicatur num. 17.*

3 *Laici interdum fuerunt Prælati; redditur ratio num. 18.*

4 *Præsbyteri solùm possunt habere curam animarum: probatur num. 8. & 10.*

5 *An sub nomine clericorum veniant Religiosi.*

6 *Stylus curiæ facit ius.*

7 *An Regulares amoueantur à cura suorum Prælatorum per decretum Clem. VIII. super casuum reseruatione.*

9 *Sublata ratione legis benè sublata est lex.*

11 *Ad quæ officia, & dignitates possint assumi Regulares non Sacerdotes 13. & 15.*

12 *Ex qua necessitate possint esse Prælati.*

16 *Confirmatio Regulæ Minorum in nullo ampliat eius dispositionem, & parum operatur.*

19 *In argumentum trahi nequeunt, quæ aliquando propter necessitatem sunt concessa.*

1 PRo affirmatiua parte arguitur primò. In reg. minorum c. 7. ab Honor. III. Apostolica authoritate confirmata sic dicitur. *Ipsi verò Ministri, si præsbyteri sunt cum misericordia iniungant illis pænitentiam. Si verò præsbyteri non sunt iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis sicut eis secundum Deum meliùs videbitur expedire.* Sed ex his verbis apertè colligitur, fratres Præsbyteratus honore non decoratos posse assumi ad quascumque dignitates Ordinis nedum inferiores, sed etiam maiores. Ergo dicti Religiosi Regulari iure, indultoque Pontificio pariter voce in electionibus gaudent.

2 Secundò ex Constitutionibus Sacri Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum c. 8. hæc habentur. *I Chierici, quantunque non siano Suddiaconi, & anco i Laici possono hauer voce nell'elettione per dichiaratione, e concessione di Pio V. di Felice Memoria, non ostante il decreto del Concilio Tridentino sess. 22. cap. 4. de reform.*

3 Tertiò in electionibus multum attenditur consuetudo, quæ derogat iuri communi, vti probatum est *dub* 8 *num.* 10. Sed prædicti fratres ex praxi antiqua, & noua Franciscani Ordinis suffragium in electionibus non solùm tulerunt, sed & receperunt, quia & Guardianatus, & Prouincialatus interdum munera sustinuerunt. Ergo &c.

4 Pro negatiua verò parte, sic arguitur primò. In *c. dudum* 1. vbi Bald. *num.* 6. *de elect.* statuitur vt non assumatur ad beneficium habens curam animarum annexam, nisi ille, qui est sacris initiatus. Item in *c.* 1. *de æt. & qual. & ord. præfic.* decernitur vt Abbates, Decani, & Præpositi præsbyteri fiant: quòd si iuxta aliqua causa prohibente nō potuerint, Prælationes amittant. Et denique Conc. Trident. *sess.* 24. *c.* 12. *de reform.* decernit *vt nemo deinceps ad dignitates quascumque quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, atque in clericali versatus doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur.* Ergo, &c.

5 Neque huic argumento satisfacit hæc iura expressè loqui de clericis, non autem de Regularibus, & in materia odiosa non comprehendi Regularem sub nomine clerici vt asserunt Panor. in *c.* 1. *de iur. calum. num.* 9. & *in c.* 1. *num.* 7. *ne cler. vel monach.* Gemin. *in c. in generali num.* 3. *de elect. in* 6. & Sanch. *in præcep. decal. lib.* 6. *c.* 15. *num.* 74. referens Angel. Syluest. & Tabien. Nam contrarium respondeo procedere in materia congruenti, & Clericis, & Monachis siuè sit fauorabilis, siuè sit pœnalis, vt benè annotauit And. Barb. *in apostil. ad Panor. vbi sup. de iur. calum. lit. D.* quod & videtur supponere Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 1. *c.* 54. *num.* 2. Et ita intelligendus est Rodriq. *tom.* 2. *q.* 67. *art.* 2. *vers. ex hac conclusione fit decl.* Immò post Innoc. *in c. sedes de rescript.* Felin. *in c. tua nos* 1. *nu.* 1. *in fine de iur. iurand.* affirmat de mente Ioan. And. stylum curiæ habere vt enumeratis clericis, seu specificatis per clausulam generalem comprehendatur Religiosus, quia licet sint qualitatis diuersæ; conueniunt tamen sub eodem genere; idest conueniunt in se per nomen *clericus* significata iuxta *c. duo* 12. *q.* 1. Et ad hoc facit quod aduertit Anchar. *in clem.* 1. *in vlt. col. de elect.* Sed in nostro casu sumus in materia congruenti, & clericis, & Regularibus, vt ex infra dicendis nunc proximè in hoc dubio patebit.

6 Ergo dicta iura extendenda sunt etiam ad Religiosos, quod nemini vertendum est in dubium, cum stylus curiæ condat ius *c. quam graui de crim. fals. & c. ex litteris vbi* Felin. *num.* 4. *de consti.* Ant. Cucus *lib.* 1. *inst. maior. tit.* 9. *num.* 1. Rota *decis.* 196. *num.* 2. *p.* 1. *in recent.* & rationem affert Marches. *p.* 1. *tit. de com. appell. in Rom. cur. c.* 5. *num.* 33. & *de mente aliorum.* Et tandem in terminis Suar. *tom.* 4. *de relig. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 21. testatur communem

munem intellectum omnium DD. in d.c.1. esse vt ibi sub nomine *Abbatis, & Praepositi* comprehendatur Praelatus Regularis.

7 Neque praedicto argumento satisfacit secundò ex Indulgentia Clem. VIII. *in decreto super casuum reseruatione* non licere Superioribus Regularium subditorum cōfessiones audire; ita vt quodammodò ab eo cura amoueantur. Nam sic arguo eos tra: superiores conuentuales in multis casibus tenentur subditorum confessiones audire, cum id ab eis petierint, sicuti de Parocho respectu Parochianorum late docent Nauar. *in c. placuit. nu.* 152. *& seqq. dist.* 6. & Suar. *tom.* 4. *disp.* 32. *sect.* 1. *num.* 4. Sed praefatum decretum in nullo hanc obligationem remittit dictis Superioribus; sed eius relaxatio solummodò tendit in fauorē, & exonerationē subditorum. Ergo non est in eorum odium retorquenda. *l. quod fauore. C. de leg. r. quod ob gratiam. de reg. iur. in* 6. Minor probatur ex verbis textus *Non liceat superioribus Regularium cōfessiones subditorum audire, nisi quando aliquod peccatum reseruatum admiserint, aut ipsimet sponte, aut proprio motu id ab ipsis petierint.* iuxtà quod in terminis ea commentator. Suar. *ubi sup. de relig. c.* 15. *nu.* 4. *&* 5. Ergo nō amouent à cura Pastorali Superiorū. Et per consequēs ipsi Superiores teneantur esse sacerdotes ad hęc munera subeūda.

8 Secundò principaliter sic arguo pro negatiua parte. Si daretur praefatos non Sacerdotes esse habiles ad dignitates, & officia, quibus animatum cura subest, sequeretur & minores 24. annorum, bigamos, & alios irregulares, & excommunicatos minori excommunicatione esse habiles ad dictas dignitates contra doctrinam in superioribus dubijs traditam. Sed nullus ambigendi locus relinquitur, quia hoc sit graue absurdum & ideò non dicendum. *l. nam quod absurdum. ff. de bonis lib.* Ergo &c. Sequela patet nam intrinseca ratio, vt ita dicam, ob quam praedicti Minores aetate, irregulares, & excommunicati minori excommunicatione arceantur ab officijs, quibus annexum est Pastorale munus, est eadem, quae est in casu nostro, nempè quia sunt inhabiles ad receptionem, & vsum Ordinum, potestatemque praesertim clauium: idest remittendi peccata, quae ordinantur ad illud pastorale munus, & ex illa ortum acq. originem ducit. Ergo si haec ratio destrueretur

9 possent profectò dictas praelationes obtinere, quia sublata ratione legis, benè sublata est lex glos. & Bart. *in l.* 1. *in princ. in verb.* *prouidentia. ff. de leg. tu.* latè Sali quem refert, & approbat Felin. *in c.* 1. *nu.* 16. *lim.* 9. *uers. considera. de rescript.*

10 Tertiò multa saepissimè exorirentur grauissima inconuenientia, & incommoda, quę prudentes viros non latent, vt scribunt D. Bonao. *in reg. a* 7. Cord. *ibid. q.* 4. *p.* 3. Polic. *in fin.* Rodriq. *tom.* 1. *q.* 15. *art.* 2. Manual. praelat. *tom.* 2. *q.* 3. *ar.* 2. & omnes Regulae Mitranae Expositores, & nouiss. Suar. *vbi sup.*

11 Pro resolutione supponendū est primò Religiosis omnibus sacerdotali honore carentibus non occludi aditum ad quaecumq. officia, & dignitates, quae non ordinantur, nec vllam connexionem habent cum potestate Ordinis. Secus verò de alijs, quae sine vsu Ordinis exerceri non possunt iuxtà distinctionem *d.* 70. *nu.* 1. traditam.

12 Secundò supponendum est Deficiētibus Sacerdotibus, vt putà si nullus reperiatur idoneus, posse praefici Clericos etiam in minoribus ordinibus constitutos eiusdē ordinis si alioqui ipsi erunt idonei *c. tuam. de at. & qualit.* & arg. *c. cenomanensem. dist.* 56. & confirmatur à simili, quamuis non sint transferenda officia, & administrationes ordinis ad alios regulares, vel clericos saeculares iuxta in superiori dubio dicta. Attamē sicut poterit suppleri defectus omnium eiusdē Ordinis Religiosorū per Religiosos alterius ordinis, vel per clericos saeculares gradatim *c. inter quatuor. de relig. dom. inuctis iurib. in praecedenti dub. alleg.* Rebuff. *in praxi tit. dispensatio cū reg. n.* 40. Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancel. gl.* 8. *n.* 43. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 10. *n.* 16. Ita & pōt fieri in casu nostro ad hoc, n. facit *reg.* 4. *de reg. iur.* q̄ nō est licitum in lege, necessitas facit licitū. *c.* 2 *in fi. de obser. iein. & c. quāto. de cōsuet.*

His suppositis sit prima conclusio. Ad hoc vt electio ad Praelaturam Regularem teneat necessariò requiri, & sufficere ut eligendus sit in sacris ordinibus constitutus, dummodò debito tempore presbyter fiat. Haec conclusio probatur ex prima, & secunda ratione facta pro negatiua parte.

f Et insuper quòd necessariò requiratur, vt sit in sacris, &c. hr ex *c. tuam* vbi Butr. *num.* 4. *& Panorm. in* 5 *notab. & ad fin. de at. & qual* ac apertè sustinent Biax. *in di rect. elect. p.* 2 *c.* 9. *nu.* 2 & Rota *decis* 647. *nu.* 3. *coram Card. Seraph.* Et licet Soar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 22. *&* 23. cum glos. deducat ex *d. c. tuam.* non requiri necessariò, vt eligendus sit in sacris, sed solùm vt sit in minoribus constitutus, vel habeat primam tonsuram. Attamen authori-



Ad maiorem, & clariorē intelligētiam tituli aduertendum est primò priuationem vocis, seù inhabilitatem prædictam esse duplicem, pœnalem, scilicet, & substantialem, prout distinguit Suar. *de legib. lib. 5. c. 9. nu. 9.*

1 Inhabilitas substantialis est carentia illarum conditionum, quæ per se eò tendūt, vt persona habeat qualitates moraliter cōuenientes, vt sit idonea ad ferendum, seu ad recipiendum suffragium, & sine quibus ei non datur tale ius, vt est v. g. esse eiusdem professionis, & habitus, esse sacris initiatū, & huiusmodi de quibus dictum est in præcedentibus dubijs.

2 Inhabilitas verò pœnalis est, quando Religiosus non obstante idoneitate, & conditionibus substantialibus, inhabilitatur tamen propter actiones incongruas, & discōuenientes rectæ electioni, vt v.g. sunt, qui eligunt sciēter indignum, quia sunt priuati pro ea vice potestate eligendi iuxta latè dicta *dub. 61.* Item priuatio vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda per Decretum Sacræ Congregationis æditum *anno* 1590. inflicta ijs Regularibus, qui accedūt ad Monasteria Monialium, vel sororum cuiuscumque Ordinis sine expressa licentia eiusdem Sacræ Congregationis, vel saltem per quater in anno sine expressa licentia Ordinarij locorum iuxta moderationem alterius Decreti eiusdemmet Sacræ Congregationis æditi *anno* 1623. *die* 12. *Decembr.* Et huiusmodi.

3 Modò his explicatis dico hic à nobis dubitari de inhabilitate pœnali; non verò de inhabilitate substantiali: Quoties namque inhabilitas est ex defectu cuiuscumq. conditionis substantialis, suffragium erit omninò nullum, etiamsi defectus sit occultus; quia illa inhabilitas non est priuatio potestatis prius habitæ; sed etiam perpetua carentia numquam acceptæ potestatis. Nec namque potestas non est ab intrinseco, vt ita dicam; sed est ex concessione Principis, aut superioris, qui illā non vult concedere nisi personæ hūc tales, & tales qualitates. Hinc apparet me proposuisse dubium iure optimo *de priuatione vocis*, & non de inhabilitate, cū non oīs inhabilitas sit priuatio.

4 Secundò aduertendum est hic minimè à nobis vocari in dubium an inhabilitas prædicta incurratur ante latam Iudicis sententiam declaratoriam, quando lex apertis verbis id exprimit, vt si v. g. lex dicat *ipso facto*, vel *ipso iure*, seu *eo ipso*, adiuncta clausula, *& absq. alia declaratione*, vel *ante omnem declarationem*, seu *nulla etiam declaratione sequuta* & huiusmodi: tunc.n. certū est apud omnes legem exequi pœnā statim, & absq. mora. Dubiū ergò solùm est an simplex clausula *ipso facto*, vel *ipso iure*, seu *eo ipso*. & similia &c. inducat priuationē statim ante oēm sniam et declaratoriā criminis.

5 Cui difficultati respondeo primò inhabilitatem, seu priuationem vocis passiuæ statim incurri ante sententiam Iudicis declaratoriam, quando lex ipso facto, vel ipso iure, &c. eam incurrendam delinquēnti infligit. Hanc conclusionem cōfirmat cōis DD. & Canonistarū teste Sayr. *in clau. reg. lib. 3. c. 9. n. 34. vers. ex dictis sequitur*, & Suar. *de legib. lib. 5. c. 9. nu. 3. in princ.* & tenent multi viri doctissimi in Alma Vrbe Romæ prout refert Sorb. *in annot. ad compend. tit. ingredi monast. monialium. num. 12.* & Duar. *in bul. cænæ Domini. lib. 3. §. 8. q. 2. nu. 46.*

Benè verum est, quòd si à me petas rōnē huius conclusionis me liberè fateri cum doctissimo Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 30. n. 2.* nullam mihi occurrere rationem concludentem, quare hæc pœna, quamuis priuatiua sit, non indigeat sententia Iudicis: nec item traditur ab alio Doctore, quē adhuc

6 viderim, qui post Sāch. hanc qōnem tractauerit. Hinc licèt nullo modo videatur tutū recedere à prædicta communi sententia: Attamen non omninò improbabilem censeo opinionem contrariam, quam sequitur Nauar. *in extrauag. Gregor. XIII. de datis pro iust. nu. 44.* & Molin. *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 96 n. 6.* quos approbat Sanch. *nu. 1. circa med.* & eam videtur tacitè concedere Suar. *vbi sup. n. 7.* Ducor præsertim, quia illa clausula *ipso iure*, vel *ipso facto*. & huiusmodi potest habere alium effectum diuersum ab eo, quem vult supradicta communis opinio, & sic non erit inutilis, contra eius suppositū. Et patet nam pœna imposita ipso iure, vel ipso facto, &c. statim ac p iudicem pronunciatur sententia declaratoria, retrotrahitur ad omnia officia, & dignitates, quas habuit Reus à die commissi criminis, & per consequens reuocātur oēs contractus per delinquentē initi ratione illorum officiorum, seu dignitatum, vt optimè sustinet ipsemet Sāch. *in præcep. decal. lib. 2. c. 22. nu. 26.* Hoc autem non eueniet in pœna incurrenda solummodò: Ergo aliqd operatur clausula *ipso facto &c.*

7 Respondeò secundò ad dubium priuationem vocis actiuæ incurri ante latam sententiam declaratoriam Iudicis, vbi lex eâ irrogat per clausulam *ipso facto*, vel *ipso iure*, *&c.* Hanc conclusionem affirmatiuam âplexati sunt Sorb. vbi sup. Azor. *p. 1. lib 5. c. 7. q. 4. §. quod igitur attinet* Medin. & Pet. de Arragon. quos allegat & sequitur Sayr. *vbi supra* Suar. *nu. 6.* vbi de communi. Salas. *1. 2. disp. 15 sect. 2. n. 29 §. vers. de voce autem actiua.* Duar. *vbi supra*, & alij.

7 At contra hanc assertionem extat negatiua sententia Sot. *lib. 1. de iust q. 6. art. 6. ad. 4. & lib. 4. q. 6. art 3. ad fi.* Ledes. *2. p. 4. q. 18. art. 2. dub. vlt. &* Molin. *d. disput. 96. nu. 9. quos* sequitur Sâch. *de matrim. lib. 9. disp 30. nu. 1. ad fin.*

7 Sed reuera hæc opinio nullo modo est tuta: tum quia prior est communis, & rationes huiuscè posterioris pulchrè, & benè refelluntur à præcitatis Doctoribus pro eadem priori: Tùm verò in primis, quia effectum illius clausulæ *ipso facto*, vel *ipso iure*, *&c.* quem monstraui in superiori assertione, non reperio in hac præsenti de voce actiua: Et patet: nam si Reus ante latam sententiam Iudicis declarationem, suffragium ferat in electione profectò illud semper erit validum; vnde si postea superueniat sententia declaratoria Iudicis frustrà retrotrahetur ad inhabilitandum Reum à die cômissi criminis: Et eo magis sententia erit frustratoria, & delusoria, si lex priuauerit Reũ *ipso facto pro ea vice tantùm eligendi potestate*: Nam si ille vnicus actus fiat (vt ferè semper accidit) ante sententiam declaratoriam, nullum omninò effectum habebit dicta sententia: Et sic inutilis erit illa clausula, *eo ipso*, vel *ipso facto. &c.* Et quod maius absurdum est nulla differentia intercedet inter *inhabilitatum ipso iure*. & inter *inhabilitandum* contra doctrinam *dub. 3. num. 8.*

Quòd autem illud suffragium semper sit validũ: eo ex potissimum probatur quòd ipse Reus erat tunc habilis quando suffragatus est, vt supponit opinio contraria, & per consequens authoritate publica tulit suffragium, vt explicatum est *dub. 37. nu. 5. & 6.* Vndè gesta ratione publici officij tenent, & sunt valida semp, vt probaui multis Doctoribus adductis *dub. 66. nu 11.*

9 Ex his dictis in hac conclusione infert Suar. *vbi supra numer. 11.* electorem sub iuramento interrogatum à Iudice competente, an hoc vel illud fecerit contra iura, vel statuta inhabilitantia ipso facto; teneri veritatem respondere ad mentem interrogantis, sub periurij pœna, etiam si ita occultè illud delictũ perpetrauerit, vt nulla præcedat probatio, vel infamia. Et rationem affert, quia, scilicet tunc non interrogatur per se, & præcipuè ad punitionem: sed ad cauendum peccatum, & iniuriam tertij, immò cômunitatis: ille enim subditus supposita inhabilitate, & priuatione iam contracta peccat se immiscendo, & tendit ad faciendum alteri iniuriam, vsurpando electionem ad se non pertinentem. Ad hos autem fines habet superior ius interrogandi occulta, etiam si nulla præcesserit infamia; & subditus tenetur simpliciter veritatem fateri *c. fin. de clan. despon. cum similibus* & dicit esse communem sententiam Innocent. Panorm. & aliorum *in c. qualiter, & quando. 2. de accus* Angel. Siluel. & aliorum Summistarum *verb. inquisitio*. Naua. *in c. inter verba. concl 6. num. 255. & seqq.* & Sot. *relect. de secret. memb. 2. q. 6.* Et idem iuris esse asserit de alijs inhabilitatib. quas
10 substantiales appellauimus *nu. 1.* Et tandem *nu. 14.* hanc illationem limitat, vt scilicet procedat per se, nam ex accidenti posset à culpa excusari, qui non posset veritatem exprimere sine magno scandalo, vel infamia propria, vel inimicitia, vel alia simili graui iactura; tunc enim licèt interrogatio per se sit iuridica: tamen quia per accidẽs impeditur veritatem aperire Iudici: Ideircò, quamuis respondeat se non fecisse, &c. immunis est à culpa mendacij, siuè periurij, quia in hoc casu habet locum subintellecta interpretatio, videlicet *non ita feci, vt tenear propalare, &c.*

DVBIVM XCIV.

Quid veniat sub priuationis electionis pœna, & an pendente appellatione á priuatione possit interim Reus non eligi, vel eligere?

SVMMARIVM.

1 *Qui probibiti sunt electionem celebrare, reuera non sunt priuati.*
2 *Sub appellatione electionis venit actiua & passiua.*
3 *Quid importent clausula non possit eligi, vel non possit eligere.*
4 *A quibus officijs arceatur, qui priuatus est voce.*

5 An

5 *An Reus per sententiam inhabilitatus, possit pendente legitima appellatione eligi, & eligere. nu. 9*

An appellatio suspendat sentẽtiam, & eius effectum?

6 *An excommunicationis sententia suspendatur per subsequentem appellationem?*

7 *Item an lata suspensio.*

8 *Item an interdictum?*



1 PRO dilucidatione prioris partis tituli quæstionis aduertendum nos in præsenti non dubitare de eis, qui prohibiti sunt electionem celebrare, absque superioris licentia: hi enim re vera non dicũtur priuati *c. fin. vbi* Panorm. *de elect.* Angel. *tit. electio. num.* 8. Siluest. *eod. tit.* 1. *q.* 4. Tabien. *eod. tit.* 1. *num:* 6. Azor. *par.* 2. *libr.* 6. *cap.* 14. *quæst.* 8. Manual. prælat. *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 8. Qui enim põtest facere vt possit iam dicitur posse. *l. qui potest. ff. de regul. iur.*

2 Vnde hoc tanquam certissimo supposito dico sub priuatione electionis pœna, nisi aliud exprimatur, comprehendi actiuam, & passiuam: ideò priuatus electione non poterit eligere, neque eligi Gemin. *cons.* 99. *num.* 4. *in fin vers. sed appellatione electionis. quem refert, & sequitur* Tusch. *lit.* E. *concl.* 59. *num.* 2. & ratio esse videtur, quam adducit Panorm. *in rub. de elect. in fin.* quia, scilicet, electio est nomen verbale, quod duplicem significationem importat, nempè actiuam, & passiuam, vt notant DD. *in l.* 2. *ff. de duob. reis.* secus verò vbi
3 non ita simpliciter per verbum electio disponeretur, nam si verba statuti sonarent *non possit eligere, &c.* tunc talia verba accipiuntur solummodò pro electione actiua. Si verò sonarent. *non possit eligi, &c.* tunc pro electione passiua sumenda sunt. ita Panorm. *in c. cum dilectus. num.* 15. *de consuet.*

4 Secundò dico huiusmodi sic priuatos iure electionis posse licitè vices Priorum, seu Guardianorum sustinere, & alia huius generis officia exercere, quæ per collationem, seu delegationem, non autem per viam electionis actiuæ, passiuæque vocis obtinentur. sic Nauar. *lib.* 1. *cons.* 8. *tit. de appel.* & Sayr. *lib.* 1. *decis.* 8. *tit. electio.*

5 Tandem ad vltimam partem dubij dico pendente appellatione à sententia priuationis posse interim appellantem eligi, & eligere. Ratio est, quia regulariter appellatio suspendit sententiam, ac eius effectũ. *c. cum venientes. de iureiur. & l.* 1. *ff. ad Turpil.* etiamsi secum trahant executionẽ *l. furti. ff. de his, qui not. infam.* Suar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 11. *nu.* 6.

6 Neque obstat *cap. si cui §. fin. de sent. excommunic. in* 6. vbi habetur sicut excõmunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ec-
7 clesiæ latam suspensionem, aut ipsius effectum per appellationem subsequentem minimè suspendi. Nec item obstat *c. ad hæc quoniam. de appell.* vbi decernitur sententiam interdicti non suspendi per appellationem sequentem.

Nam respondeo sub nomine suspensionis, vel interdicti non comprehendi priuationem vocis, seu inhabilitatem, vt dicetur infra *dub.* 97. *num.* 9. vnde tàm suspensio, quàm interdictum tolluntur dumtaxat per absolutionem: inhabilitas verò, seu priuatio per dispensationem, vt fusè monstrabitur in eodem *d.* 97. *per totum.* Immò esto priuatio vocis veniat propriè sub nomine suspensionis (quod non concedo per dicenda *ibid. nu.* 9.) attamen firma quoque manet conclusio nostra. Et hanc opinionem in his terminis expressè sustinet Nauar. *libr.* 1. *consil.* 8. *per totum. de election. in antiqu.* vbi *in fin.* respondet ad supradicta obiecta, & ad primam dicit illum *§. fin.* non disponere de omni suspensione; sed tantùm de suspensione ab officio diuino, & ingressu Ecclesiæ, qualis non est suspensio à beneficio, neque suspensio ab administratione beneficij, vel à Pontificalibus, vel vsu pallij, & à fortiori nec suspensio à voce actiua, & passiua, quam non obstante potest suspensus ingredi Ecclesiam, & agere omnia officia diuina, vt in eodem consilio probat.

8 Item ad secundum respondet non omne interdictum esse tale, vt illud appellatio legitima, non suspendat; sed solùm illud, quò interdicitur ingressus Ecclesiæ, vel aliquod officium diuinum, quod non fit per suspensionem supradictam: & ita sicut interdictum ingressus possessionis agri, vel beneficij, vel collationis eius, vel aliorum actuum, qui non tangunt animam suspenduntur per appellationem, vt teste eodem Nauar. *ibid.* omnes dicunt *in d. §. fin. & in d. cap. ad hæc.* Ita & suspensio à voce actiua, vel passiua suspendetur per illam.

6 Quamuis autem hæc assertio verissima sit, vt scilicet suspendatur sententia priuationis vocis per legitimam appellationem; Attamen limitanda est quò ad illud, quod ad vocem passiuam attinet, vt non procedat quando Reus per crimen denunciatum, super quod fuit lata dicta sententia non fuisset factus infamis apud viros graues, & bonos; tunc enim tenetur non potest promoueri, non quod appellatio non suspēdat sententiam, vt dictum est; sed quia taliter infamia non potest promoueri, vt fusè explicatum est d.86.nu.6.

DVBIVM XCV.

An Superior possit excludere passiuè aliquem secretò incitata, inauditaque parte ab aliqua dignitate, vel offitio de quo tunc in actu est est celebranda electio.

S V M M A R I V M.

1 *Res per diuisionem melius intelligitur.*

2 *An Generalis cum scrutatoribus possit maiorem partem suffragiorum vni datam, alteri falsò referre, ipsumque eligere?*

Inferior non potest validare, vel annullare actum contra dispositionem Superioris.

3 *An electores teneantur negare suffragiū ei quem solus Superior testatur non esse idoneum. nu. 6.*

4 *An sola suspitio reddat quempiam digniorem altero, qui nullam patitur suspitionem.*

4 *An Superior incitata, inauditaque parte possit priuare aliquem ex causa, quam ipse solus testatur. 8.*

In occultis lex contenta est his, quæ haberi potest.

9 *Quæ probationes requirantur ad effectum imponendi aliquam pœnam.*

10 *Ad quæ teneantur Regulares in suis iuditijs.*

11 *De iure diuino nemo est condemnandus incitata inauditaque parte.*

12 *Defensiones sunt de iure naturæ, & nemini deneganda.*

13 *An electio celebrata cum iniusta priuatione alicuius sit valida.*

1 
QVONIAM per diuisionem res melius intelligitur *inst. de leg. §. sed non vsque not. ff. de do. excep. l. 1. glos. 1.* Ideò distinguo triplicē sensum tituli.

2 Primus est: an prædictus Superior possit excludere, &c. idest possit cum scrutatorib. maiorem partem suffragiorum vni datam, alteri falsò referre, ipsumq. eligere?

3 Secundus est: an propter solum testimonium præfati Superioris teneantur electores existimare aliquem minus idoneum ad munus de quo tunc agitur, & sic eum excludere, & ei præferre alterum tanquā magis idoneum, vt v.g. si Prouincialis in conscīa sua testetur Definitoribus iustam causam in genere, vel in specie ob quam P.F. Titius non meretur eligi in Guardianum in concursu aliorum, qui tunc nominantur, quæstio est an in huiusmodi casu Definitores teneantur incitata, inauditaquè parte excludere P.F. Titium tanquam minus idoneum, eique præferre alterum ex nominatis tanquam magis idoneum ex solo testimonio prouincialis; Et si non excludant an electio teneat?

4 Tertius sensus est: an præfatus Superior incitata, inauditaque parte possit excludere, idest priuare, & inhabilitare aliquem ad munus de quo tunc agitur propter iustam causam, quam ipse solus super conscientiā suam testatur; ita vt nequeant electores ei suffragari, tamquam voce priuato: vt v. g. si Prouincialis incitata, inauditaque parte dicat Definitoribus se nolle P.F. Titium eligi in Guardianum propter iustam causā, quam ipse in sua conscientia scit esse verā, & ideo eum inhabilitare pro illa vice ad hoc, vt ei nequeant suffragari in illa electione. Quæstio est an prouincialis possit hoc facere? & si faciat an Definitores teneantur ei obedire? & si obediant: an electio sic celebrata teneat? &c. Item si v.g. Generalis incitata, inauditaq. parte præcipiat scrutatorib. secretò, vt non recipiāt omnia vota, quæ dirigentur in P.F. Zoilum, si tot erunt quod facilè, eligetur in Prouincialem: sed mandet eis vt receptis aliquibus votis, dicant postea nolle suo alijs suffragatoribus, qui volent suffragari eidem P.F. Zoilo, eum esse voce priuatum ab ipsomet Generali pro illa vice, & ideò suffragentur alteri. Et in huius facti tutiorem exequutionem isdē Generalis iniungit præceptum formale S. Obedientiæ de non reuelando. &c. Qō est an Generalis possit hoc facere? & an teneantur

tur scrutatores ei] in huiusmodi facti contingentia obedire? & si obediãt an electio sic celebrata teneat?

5 Sic distincto titulo respondeo ad dubiũ in primo sensu cum Nau. *lib.1.cons.4.tit.de elect.in 2.adit.* & Rodriq. *tom.2.q.52.art.11.* Menual. Prælat. *tom 2.q.13.ar.26.in vnic.cons.ant.med.* tam Generalem, quam scrutatores crimen æterna morte dignum perpetrare, ac huiusmodi electionem prorsus inanem esse, & in foro conscientiæ, & in foro fori.

Non valet in foro externo, quia nec etiã Capitulum Generale cum ipsomet Generali potest infringere electionem validam, & validare nullam contra dispositionẽ conciliarem *c.quia propter de elect.* vt inquit Panorm. *ibid.nu.* 12. post *Ioan. And.* arg. *c. inferior.dist.21.& c.cum inferior.de mai. & obe.& clem.ne Romani de elect.* sed in proposito casu dictus superior cum scrutatoribus validam facit electionem ipso iure nullam, ex dispositione *d.c.quia propter.* Ergo est nulla in foro fori.

Nec itẽ *valet in foro conscientia*, quia cum non interuenerit consensus maioris partis eligentium electio non habet fundamentum naturale, & ideo nec etiam valet in foro conscientiæ, vt plenè explicui *dub. 3.num.1.& 2.*

9 Ad dubium verò in secundo sensu respondeo affirmatiuè, dummodò non constet, electoribus, seu saltem in eos cadat probabilis, & rationabilis suspicio de aliqua fraude Prouincialis.

Rō huius responsionis est quia electores semper tenentur in conscientia præferre magis idoneum minus idoneo: sed sola simplex attestatio superioris, de cuius fraude nõ constat, vel saltem probabiliter nõ possumus suspicari reddit magis idoneum vnum in concursu alterius. Ergo tenenẽ electores dimittere illum quem testatur superior esse minus idoneum, & eligere alterum.

Maior patet ex latè dictis *dub. 30. per totum.*

7 Minor probatur quia in dicto casu, in quo solum agitur de præferendo magis idoneum minus idoneo, nedum leuiores probationes sufficiunt Fab. *decis.47.lib.2.* Rota *decis.1029 nu.1.coram Card. Seraph.* quam sequuti sunt Marescot. *lib.2.var.resol.c.35.nu.19.* & Beltram. *in annot. ad decis.c38.Greg.XV.num.13.* & clarius tradit eadem Rota *decis.481.nu.9.p.2.in recent.* Sed etiam sufficit sola suspicio ad excludendum aliquem in concursu alterius, qui nullam patitur suspicionem Calder. *cons. 9. de probat.* Rota *d.decis.481. nu. 3.* & facit *tex.c.omnipotens de accus.*

Sed dicta attestatio Superioris meritò inter leuiores probationes videtur connumeranda, vel saltem negari non potest, quin rationabilem suspicionem debeat afferre electoribus. &c. Ergo illum reddit minus idoneum, ita vt iure optimo sit illi præferendus alius, qui nullam patitur suspicionem.

Quamuis autem hæc ita se se habeant, vt scilicet peccent electores non præferendo alium, ei, de cuius minori idoneitate testatur superior, vt modò explicatum est: attamen si de facto non præferrent; sed illum eligerent, valet nihilominus electio in foro externo, modò non sit aliàs indignus, vt probatum est *dub.34.*

8 Ad dubium denique in tertio sensu respondeo negatiuè: & ipse Superior grauissimè peccat, nec electores tenen tur ei obedire in huiusmodi casu. Hæc conclusio apertè habetur ex Rodriq. *tom.2.q.51.articul.11.per totum.* & ratione quoque suadetur, nam ad effectum imponendi aliquam pœnam puta priuationis, probationes debent esse plenæ, & concludentes.

Sed sola attestatio Superioris non est vllo modo dicenda sufficiens probatio. Ergo ex sola attestatione Superioris nõ est quis priuandus.

9 Maior firmata fuit in Rota *d. decis.481. in fin.p.2.in recent.* & in terminis nostris de depositione Prælati Regularis eadem Rota *decis.234.num.7.p.1.in recent.* & dicetur *dub.102.nu.2.& seqq.* Et si crimen quod opponitur ex eo, quòd occultè committi soleat probetur coniecturis, & præsumptionibus, cum lex in occultis de eo quod habere potest contenta sit Mascard. *de probat.tom.3.concl.1313.* & Farinac. *de delict.carn.q.147.nu.66.* Attamen ad dictum effectum imponendi aliquam pœnam, præsertim priuationis, tales coniecturæ, & præsumptiones debẽt esse adeò euidẽtes, & vrgentes, vt reũ de tali crimine conuincant, vt in terminis de simonia tenuit Rota, *in Firmana capellania 7. Maij 1582.coram Clem.VIII.* quam allegat, & sequitur *d. decis. 1029. nu.2.coram Card. Seraph.* Marescot. & Beltram. *vbi sup.* & eadẽ Rota in *Hispalen. prætensa simonia 7. Februarij 1596. corã Card. Blãchetto* quã

approbat *d. decis. 517. nu. 1. corã Greg. XV. & decis. 166. nu. 8. p. 2. in recent.*

10 Minor item probatur, nam licèt Regulares facilius, & liberius priuentur, quàm Clerici sæculares *c. per tuas. 1. in fin. de simon. & c. qualiter & quando. 2. de accus.* & in puniendis eorum delictis possit procedi de plano, & absq. strepitu, & figura iudicij postpositis rimulis, & apicibus iuris *d. c. qualiter & quã. 2. & c. olim. de accusat.* & Minoribus cõcessit Bonifac. *VIII.* vt hr̃ *in fundamento trium Ordinum.* Attamen non per hoc eorum prælati in cognoscendis delictis grauibus suorum subditorum, quæ aliqua tergiuersatione celari possunt, nullo modo eximuntur ab eis, quæ sunt de substantia, & essentia iudicij, & quæ conducũt ad veritatem inspectãdam. *d. c. qualiter, & quã 2.* vbi Panor. *de accus. clem. sæpè. de verb. sign.* 1. illa q̃ sũt de iure diuino, seu naturali, vel gẽtium. Panor. *in c. delecti. de iudic.* Siluest. *verb. iudex. 1. q. 5.* Pegñã *cõment. 104. vers. fin. in 3. p. direct. inquisit.* Nauar. *lib. 2. cons. 1. in fin. de sent. & re iudic. in antiq.* vbi in terminis de Fratribus Minoribus: & pleniùs D. Anton *3. p. tit. 9. c. 15. §. 6.* Sorb. *in annot. ad compen. tit. appellare §. 2.* & in terminis nostris nempè de priuatione vocis latè tradit Rodriq. *d. art. 11.*

11 Sed inter alia necessaria de iure diuino non immeritò sibi locum vendicant citatio Rei illiusq. interrogatio; ita vt nemo sit cõdemnandus in audita parte Eccl. 11. *antequam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris corripe iustè.* Gen. c. 3. *Adam vbi es? &c. & c. 4. quid fecisti Cain:* Matth. 18 *Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait ille serue nequam, &c.* Luc. item 18. *Et vocauit eum, & ait illi quid hoc audio de te redde rõnem villicationis tuæ &c.*

Ergo sola attestatio superioris non est sufficiens probatio ad dictum effectum: & per consequens ex sola cognitione, quã ipse habet de delicto Rei nõ potest illum priuare inaudita, & incitata parte, vt dictum est: sed debet citari, atque audiri reus ad sentiendum, si quam fortè excusationem, aut

12 defensionem afferre vellet Clar. *lib. 5. §. fi. q. 8. vers. sed nunquid capto reo.* Farin. *q. 39. nu. 32.* Neque *n.* defensiones, cum sint de iure naturæ *clem. pastoralis §. cæterum de sent. & re. iudic. l. vt vim ff. de iust. & iu.* Farinac. *nu. 18* nemini sunt denegandæ; nec etiam excommunicato *c. cum inter. de except.* atque adeò nec Diabolo; ipsi, si adesset in iudicio, Specul. *3 p. tit. de inquisit. §. fin. vers. ergo distinguo* Panorm. *in c. cum contingat nu. 17. de for. compet.* Farinac. *vbi supra nu. 50.* Iniquum enim esset iudicium vbi audiretur impugnatio, & non defensio. Sorb. *in annot. ad comp priuil. tit. appellare §. 2.*

13 An tandem electio sic celebrata cum iniusta, scilicet priuatione alicuius sit valida? Dico non esse quidem nullam ipso iure, sed annullandam ad petitionem ipsius iniustè priuati: Interim verò est valida, vt tradit Rodriq. *d. art. 11.* Vnde proportionabiliter huc applicari potest doctrina de non vocatis vocandis *dub. 10. per totum.*

DVBIVM XCVI.

An ab electione abstinendum sit ei, qui ipso facto pœnam priuationis incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Qua pœna sit puniendus qui inchoauit, sed non consummauit delictum.*
2 *Sensus quæstionis.*
3 *Voce priuatus debet abstinerè ab electione sicut excommunicatus ab Eucharistia.*
4 *In dubio tutior pars est eligenda.*
5 *Quam culpam admittit inhabilis se se immiscendo in electione sine causa.*

1 
NON dubitatur in præsenti de eo, qui inchoauit; sed non consummauit delictũ, cui imposita est à iure pœna priuationis ipso facto incurrenda; quia nunquã est locus huiusmodi pœnæ, nisi delictum fuerit consummatum, quantumcumque fuerit inchoatum, licet extraordinariè puniri possit. Ioan. Andr. *in regul. odia, de reg. iur in 6.* Bart. *in l. 1. ff. de sicar.* Panorm. *in c. 1. in. 13. de eo q. mittit. in poss. & in c. cum in cunctis §. clerici sane. nu. 3. de elect.* Gemin. *in c. perpetuò. nu. 2. de elec. in 6.* & latè Menoch. *de arbit. iud. cent. 4. cas. 360 nu. 96. & seqq.* multos allegans. Et hoc maximè procedit si dictum delictũ

non

non fuerit de atrocioribus; quia tunc meritò secus esset asserẽdum: In atrocioribus namque delictis sola attentatio, quæ ad actum proximum deuenit, punitur. *l. si quis non dicam. vbi glos. C. de de epis. & cler. c. si quis de pen. d. 1.* Felin. *in trac. de punien. conatu. num.* 4. Menoch. *vbi supra nu. 47.* & Farinac. *p. 2. q. 122. nu. 31.*

2 Sensus ergo quæstionis est an ab electione abstinendum sit ei, qui ob aliquod delictum occultè perpetratum, & consummatum priuationem vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrit? Esto incurratur ante latam iudicis sententiam declaratoriam, iuxta conclusa *dub. 93.*

3 Respondeo affirmatiuè, dummodò per hoc fama delinquentis non pateretur graue detrimentum, idest, eo modo sibi abstinendum est ab electione, quo excommunicatus prohibetur Eucharistiam sumere.

Hinc quamadmodum occulto excõmunicato non licet quotidie sacrum facere ad placitum; sed toties tantummodo, quoties comperit propriam famam nimis imminui: ita etiam voce priuati abstinere debent ab electione, si aliter v. g. vitare nõ possunt manifestationem sui delicti aut vehementem eius suspitionem, vel simile incommodum graue, quod nemo sibi inferre cogitur iuxta communem omnium Theologorum doctrinam de cõseruanda fama, & honore, quam late explicat Alphonsus à Castro *lib. 2. de potest. legis pen. c. 11. in argum. 1. per totum & c. 15. circa med.* Immò hæc dicta amplia, vt in dubijs tutior pars sit eligenda, dignitatis, scilicet, propriæ incolumitas, quia melior est conditio possidentis. *c. quod autem de iur. patr. c. in pari. de regul. in 6.*

Hanc conclusionem sustinent Sorb. *tit. ingredi monas. Monial. fol.* 161. *adit. Brix.* Suar. *tom. 5. disp. 48. sect. 1 nu. 17.* & Sayr. *in Clau. reg. lib. 3. c. 9. num* 35.

5 Sed statim rogabis, quam nam culpam admittat inhabilis q. se se immiscet in electionibus, non obstante inhabilitate, nec vlla eum vrgeãt pergrauis causa, vt nunc explicatum est? Respõdeo mortaliter peccare se se immiscendo in electione passiuè: & in hoc conueniunt omnes: sed discrepãt an idem iuris sit in electione actiua. Auil. *de cens. p. 2. c. 6. disp. 8. d. 3. concl. 2.* sustinet venialẽ culpã nõ excedi, ea rõne motus, quia prædicti inhabilis actæ sunt valida, nisi essent excommunicati non tolerati, vel huiusmodi: tunc enim concedit secus esse dicendum. At Suar. *de leg. lib. 5. c. 9. nu.* 11. Filliuc. *citatus à Bonac. de cens. disput. 2. q. 2. p. 6 §. 1. nu. 2. & approbatus. punct. 7. nu. 3. in fin.* sustinent mortaliter peccari quia ille inhabilis facit iniuriã electoribus vsurpando iudicium, vel electionem ad se non pertinentẽ, quæ actio procul dubio est pergrauis, & sufficiens ad peccatum mortale. Et hæc opinio mihi multò magis arridet, dumô ipse inhabilis non admittatur scienter ad eligendum ab electoribus, quando possunt admittere, vt supponit iõ facta.

DVBIVM XCVII.

An inhabilitas ad electionẽ tollatur per dispensationem: an verò per absolutionem?

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit moralis actio per quam tollitur vinculum, seu obligatio?*
2 *Absolutio, & dispensatio differunt inter se, & in quo num. 7.*
3 *Quare facultas absoluendi nõ extendatur ad irregularitates.*
4 *Quid sit absolutio, & quid dispensatio.*
5 *Peccati venia non datur nisi correcto.*
6 *Nõ tollitur censura nisi ablata cõtumatia.*
7 *Quare inhabilitas tollatur per dispensationem, & non per absolutionem.*
8 *Inhabilitas propriè dicitur irregularitas, vel pœna: Impropriè verò suspensio. Quæ propriè dicantur censuræ.*
9 *An pœnæ tollantur per dispensationem, an verò per absolutionem.*
10 *Quare à Bullis Iubilæorum sublata sit clausula* absoluendi à pœnis.

1 
AD clariorem dilucidationem dicendorum in hoc dubio, quod pro fundamento omnium sequentium dubiorum proposui prænotandum esse moralẽ actionem, quæ vinculum, seu obligationẽ, disrumpit, vel esse absolutionem, vel dispensationem. Suar. *tom 5. disp. 19. sect. 1. nu. 8.*

2 Inter quæ duo dispensationem nempè, & absolutionem longè diuersa ratio moralis intercedit. *D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. ar tic. 5. quæstiunc. 4. ad 3.* Suar. *tom. 5. disp. 41. sect. 1. num. 4. & de legib. lib. 6. c. 10. nu. 9.*

nu.9.c.14.nu.7. & Salas *t.2.disp.20 sect.*
3.nu.21. & expresse habetur ex *c.cum illo-*
rum de sent.excom. vbi maior censetur es-
se facultas dispensandi, quàm absoluendi.
Et confirmatur nam Nauar.*c.27.nu.254.*
Candel.aur.*de irregul.seu de dispens.num.*
331. Molin.*tract.3.disp.80.per totã* Suar.
tom.5.disp.40 sect.3.nu.3. Toler *lib.1.c.89*
ad fin. vbi Victore *in addit.nu 6.* Sorb.*in*
compend.verb confessiones ad fin.fol.156.
edit.Brix. Sayr.*de cens.lib.7.c.14.num.2.*
& latissimè multis allegatis Garc.*de benef.*
p.7.c.11.a nu.56.vsq ad 60. qui oẽs citan-
tes communem Canonistarũ,& stylum cu-
riæ,affirmãt potestatem quantumcumque
amplissimam datam ad absoluendum à cen
furis,nõ extendi ad irregularitates:sed hu-
ius sententiæ potissima ratio est teste *Rota*
decis.44.nu.5.p.2.in recent. & Magistro sa
cri Palatij *in Indice librorum expurgan-*
dorum in expurgatione pag.16.n.19. Ema
nuelis Sà. quia irregularitas tollitur dispẽ-
satione nõ aũt absolutione. Ergo sũt valdè
diuersa hæc duo, dispensatio,s.& absolutio.
4 *P*otestque res ipsa facilè explicari: abso
lutio namque est actus iustitiæ, in quo cau
sa aliqua, seu iudicium terminatur, quia nõ
datur contra ius, sed secundum ius: vnde in
illa non fit iuris relaxatio. Dispẽsatio vero
est exceptio à communi lege, seu prohibi-
tione quia datur contra, vel saltem præter
ius: dum per eã ex parte tollitur. *E*t vt cla-
5 rius me explicem, dico absolutionem siue
à peccatis, siue à censuris, seu pœnis nõ im-
pertiri, nisi supposita dispositione ex parte
pænitentis,& potestate ex parte absoluen
tis *c.plerumque n 1.q.3.c.peccati.de regul.*
iur.in.6. Rota decis.13.de sent. excom.in
antiq. & tunc nulla lex per talem actũ rela
xatur: nam potius lex præcepit pænitẽtem
absolui in eo casu, vt manifestum est in ab-
solutione à peccatis. Idem autem cum pro
portione est in absolutione à censura, cum
illa, cui suffragatur vera cẽsuræ ratio leue
tur per solam absolutionẽ, vt latè probat
Suar.*tom.5.disp.7.sect.1.nu.3.* quia censu-
ra de se non est perpetua pœna, vel ad fini-
tum tempus, sed donec à contumacia rece-
datur,& ideò in sua intrinseca ratione in-
cludit, vt ablata contumacia; ipsa quoque
tollatur, vt iura disponunt *c.qua fronte.de*
appell.c.ex litteris.de const.c.contingit.de
offic.deleg.cum similibus,&c. Illa ergo ab-
latio non est dispensatio in aliqua lege, sed
7 potius legis executio: Ergo absolutio in
hoc rectè distinguitur à dispensatione, qđ
illa est sententia quædam, per quam (si cla
nis non errer) non vulneratur lex, nec mi-
nuitur ius, sed potius executione deman-
datur. Dispensatio autem non est sentẽtia,
sed actus quidam iurisdictionis voluntarius
quo vulneratur lex, dum ex parte tollitur.
Et hoc est quod vult Gemin.*in c.qui verò*
n.2.de elect.in 6. asserens dispensationem
dependere à misericordia,& sic non videri
esse debitã de iure de quo *c.minor.dist.50*
8 His sic late prænotatis dico inhabilita-
tem prædictam tolli per dispensationem,
non autem per absolutionẽ Suar.*de relig.*
tom.1.tract.3.lib.4.c.61.n.3.in fin.& tom.
4 tract.8 lib.2.c.21.nu.13.&14.
Hæc conclusio primò probatur ex intrin
seca natura rei, quia inhabilitas habet vim
cuiusdam prohibitionis, vel perpetuæ sim-
pliciter, vel pro tali tempore, vel durante
tali statu rerum: & ideò quantumcumque
hominem pœniteat sui delicti, vel causam
suam in iudicium afferat, nunquam potest
ex vi alicuius sententiæ liberari à tali one-
re. At non obstante hac conditione inha-
bilitatis, potest Prælatus, seu ille apud quẽ
potestas residet hominem eximere à tali
prohibitione. Ergo dispensatione tollitur
secundum prænotata.
Secundò probatur ax communi vsu lo-
quẽdi sacrorum canonum, priuilegiorum,
& Iubileorum, de quibus nunc proximè di
cam nec non,& authorum, qui sub noĩe dis
pensationis ꝓpriè loquũtur de habilitate.
9 Tertiò probatur ex nominis appellatio
ne nam prædicta inhabilitas dicitur pro-
priè quædam irregularitas à Panorm. *de*
in c.quis quis.nu.1.de elect. & Suar.*tom.5.*
disp.31.sect.3.n.1. licet opinio cõtraria sit
multò tutior & cõior vt dictũ est.*d.60.n.2*
Et nuncupatur pœna à Card.in *Clem. 1.*
in princ.de iur patr. relatus à Bertach. *in*
suo report.verb. electio non cadit.vers.10.
Rodriq. in expofit.motus proprij Pij V.
contra fœminas ingredientes monasteria
virorum n.35. à Sorb.*tit. ingredi monast.*
monial.fol.366.edi.Brix.vers.dico tertiò.
Suar.*de relig.tom.1.tract.3.lib.4.c.61.nu.*
11.circa med.quem sequitur Carc.de benef.
p.8.c.1.nu.71. & Sanch.*in præcep.decal.lib.*
6.cap.15.in fin. & nullo modo dicitur cen
sura *per cap.quærenti.de verb sign.* vbi de-
ciditur, sub nomine censurarum compre-
hendi solumodò excommunicationem, sus-
pensionem, & interdictum, Et licèt Alter.
tom.2.disp.13.c.5. col.26. sed de prima.
probare contendat propriè dici suspensio-
nem

nem & supponunt Nauar. *lib.1.cons.8.tit. de elect. in antiq.* & Rodriq. *tom.1.q.29.ar. fin.* At talis opinio est noua, & benè refellitur per dicta ab eodem Nauar. *c.27. nu. 252. in fin. de mente* Iason. & Panorm. quē sequutus est Sorb. *vbi supra.* Pęna igitur, & in primis irregularitas tollitur per dispensationem, & nunquã per absolutionem vt probatum est *sup.* Ergo, & prædicta inhabilitas.

10 Sed dices fere semper in bullis, & priuilegijs, quando datur facultas absoluendi pœnas id fit sub nomine absolutionis. Sed iam monstratum est inhabilitatem à multis strictè dici pœnam. Ergo per absolutionem, & non per dispensationem tollitur.

Respondeo varia esse pęnarum genera, quas imponit Ecclesia, censurarum, scilicet, & nõ censuratum, spiritualium, & temporalium. & alia genera, quæ à Doctoribus enumerantur, & præsertim à glos. *in c. ad reprimendam verb. in canonibus de offic. iudic. ordin.* Panor. *in c. dilecti filij nu. 12. de arbit.* Felin. *in c. cum non ab homine. n. 7. vers. respectu pœna exilij. de arbitr.* Tusch. *lit. P. concl. 105. 106. 220. & in primis lit. E. concl. 17.* Vndè ipsæ modò per absolutionem modò per dispensationem tolluntur secundum diuersam earum speciem, vt liquet ex Suar. *de legib. li.6. c.11. n.5.* Hinc DD. & maximè Nauar. *c.27. nu. 254. Rodr. tom. 1. q.20. art. 17* & Henriq. penes Auil. *de cens. p.7. disp. 10. dub. 4. circa fin.* & nouissime Victorel. *in addit. ad cap. 89 lib. 1. Tolet. nu. 6.* coarctant dictam facultatem in dictis bullis, & priuilegijs *absoluendi à quibuslibq. censuris, & pœnis*, ad pænas tantummodò, quæ ad sui abrogationem requirunt absolutionem, non autem dispensationem. Atque adeò testatur Auil. eamdem clausulam *à pœnis* sublatam esse à bullis, & Iubelæis, quæ post Pium V. expediuntur ne daretur errandi occasio ob eius latam, genericamque significationem, quod mihi confirmatur ex tribus vltimis Iubilæis, superioribus annis à Paulo V. & Greg. XV. concessis, in quibus nulla mentio habetur de pœnis. Et tandem circa hanc particulã à pęnis vide Suar. *de relig. tom. 4. tract. 10. lib. 9. c. 11. nu. 41. vsq. ad nu. 51.*

DVBIVM XCVIII.

An apud Prælatus Regulares iurisdictionem quasi Episcopalē habentes resideat potestas habilitandi sibi subditos in foro fori?

SVMMARIVM.

1 IC nõ agitur de dispensatione in prͤiudiciũ tertij, quia non valet dispẽsatio electionis in præiudiciũ alterius coelecti Ant. à Butr. & Io. Andr. *in c. dudum. 2. col. fi. de elect.* Dec. *in cap. at si clerici §. de adulterijs num. 156. vbi quoq.* Felin. *num. 14. vers. vnde dicunt. de iudic.* vt v.g licet possit Episcopus dispensare cum electo criminoso: at id nequiret in præiudicium capacis, qui simulscum eo electus est Arct. cum Innoc. *in c. dudum 2. n. 13. de elect.* Archid. *in c si c. quis de ministerijs. in fin. dist. 50.* & Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. nu. 3.* Aliud exemplum fit de dispensatione facta cum eo, qui priuandus erat, quia non præiudicat illi, qui sequuta priuatione illud beneficium obtinuit, vel impetrauit. Ioan. And. *in c. dudum 2. circa fin. de elect.* Cald.

con

conf. 12. *in fin. de rescript.* & Oldrad. *conf.* 325. *thema quaestionis col fin.*

2 Praedictus ergo titulus intelligitur de potestate dispensandi ab inhabilitate actiua, vel passiua, seu priuatione actiuae, vel passiuae vocis, quae imponitur à iure, siuè ab aliquo decreto, seu constitutione nec vertitur in damnum tertij.

3 Sensu quaestionis sic declarato dico primò omnes Praelatos Regulares iurisdictione quasi Episcopali gaudentes posse dispēsare in adulterijs, & alijs criminibus, quae sunt minora adulterio peracta poenitentia nisi Papa ea sibi specialiter reseruasset: Et item dispensare valent in omnibus irregularitatibus, depositionibus verbalibus, priuationibus Officij, aut beneficij, & inhabilitatibus ad eas: modò hae poenae contractae sint ex perpetratione delictorum adulterio aequalium, vel minorū. Haec assertio liquet ex *c. at si clerici. §. de adulterijs vbi* Panor. *nu.* 13. *in fin.* Dec. *nu.* 137. & Felin. *nu.* 11. *de judic.* Rodriq. *tom.* 1. *q.* 24. *art fin.* & ratione probatur nam *Praelati* Regulares iurisdictionem quasi *E*piscopalem habentes possunt in sibi subditos, quid quid possunt Episcopi in suos eo modo, quo plenè explanatum est *dub.* 5 *per totum.* Sed Episcopi hanc dispensationem possunt impertire *d. §. de adulterijs.* Ergo, & Praelati Regulares praedicti.

Hanc assertionem amplia, vt etiam procedat, si dictae poenae sint perpetuae, & ipso facto incurrantur ita Panor. *vbi supra nu.* 6. *vers & hoc intelligo verum.* Dec. *nu.* 8. *& clarius nu.* 48. *& seqq. quem sequitur* Sāch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 5. *nu.* 2. Marsil. *in d. §. de adulterijs nu.* 63. *&* 68. & Rodriq. *vbi supra vers. secundum argumentum.*

Dixi *peracta paenitentia* ad innuēdum non posse inferiorem dispensare sine causa in lege superioris, vt patet ex latè dictis *dub.* 78.

4 Et vt clarior fiat haec eadem assertio aduertendum est duplicem esse dispensationē necessariam, scilicet, & arbitrariā. Necessaria est illa secundum Panor. *nu.* 10. quae in vtilitatem publicam cedit, vt quia scandalum euitatur, vel Religiosus voce priuatus est valde vtilis Religioni, & c. Et in huiusmodi casibus superior dispensare debet, & ad dispensandum compelli potest ob Religionis vtilitatem, vt tenēt cōmuniter omnes.

5 Arbitria verò est illa, quando subiacet tantum vtilitas personae dispensandae, vt quia alias est bonae conditionis, licet hoc delictum admiserit, ac satis contritus apparet, Et tunc superior potest. Si autē nulla subest causa nec in persona patiente, nec respectu boni publici: tunc dispensatio fieri non potest, vel si fieret non valeret, vel irritaretur, & dispensans puniretur, quia dispensatio in lege superioris sine causa non valet, vel est retractanda Innoc. *in c. cum ad monasterium de sta. regul.* & pro hoc facit quod notat glos. *in c. si equisitus, § nisi rigor.* 1. *quaest.* 7.

6 Secunda conclusio est sicut non possunt memorati *Praelati* Regulares dispensare in lege sui superioris, vt modò conclusum est, ita nec etiam posse in praefatis paenis eiusdem legis, quae ex delictis grauioribus adulterio proueniunt, nisi eis expresse concedatur, quod fit, vel per clausulam generalem, vt in superiori conclusione dictum est *d. §. de adulterijs* vel in aliquo casu speciali quoties Pontifex addit, vt in eo possit dispensari, vel in personaliter de dispēsatione loquitur dicens *nisi in eo dispensetur*, nec explicat à quo sit dispensandum tunc enim censetur facultas circa illud concessa Episcopo, & p cōsequens Praelato quasi iurisdictionem Episcopalem habenti iuxta dicta *d. dub.* 51. Et ratio est quia cum verba debeant aliquid operari *c. si Papa de priuil. in* 6. nec dubium sit Pontificem posse dispensare, illa verba essent superflua: quae omnia ex communi Theologorum, & Canonistarum doctrina non obscurè colliguntur, vt videre licet in praecitatis Doctoribus, & etiam *Sot. de iust. lib.* 1. *q.* 7. *art.* 3. Siluest. *tit. dispensatio q* 90. *nu.* 14 Caiet. 1. 2 *q.* 97. *art.* 4. Medin. *ibid.* Valent. 1. 2. *disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 9. Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *c.* 15. *q.* 7. Salas. 1. 2. *disp.* 20. *sect.* 3. *nu.* 20. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp* 5. *nu.* 1. *& lib.* 2. *disp.* 40. *nu.* 1. & Suar. *de legib. lib.* 6. *c.* 14. *nu.* 8. *&* communiter DD. teste Bonac. *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *p.* 7. *nu.* 1.

Huic assertioni licet plures abhibeātur limitationes à Doctoribus at vnam tātum ad rem nostrā existimo necessariam, quae, & superiori quoque assertioni adaptari potest, nempe posse memoratos *Praelatos* dispensationis beneficiū impertire ex rationabili interpretatione voluntatis superioris etiam in poenis prouenientibus ex delictis grauioribus adulterio, vel in aequalibus, seu minorib. nulla etiam peracta poenitentia, vbi re vera necessitas magna vrget, & est periculum in mora, ita, vt ad superiorem non pateat aditus. Ita Rota *quam referunt & sequuntur.* Panor. *in d. §. de adulterijs*

*teriis nu.9.Dec.nu.*10.*&* Felin.*nu.3.&* 21. *in fin de iudic.*Item Felin.*in c.1.n.49.vers. & pro isto dicto de const.*Rebuff. *in praxi tit.de dispens.ad plur. beneficia nu.*30. *&* 31.Lambert.*de iur. patr. lib.2.p.1.q.7.art.* 19.*nu.*2.Nauar.*c.*22. *nu* 85. Gutierez.*qq. can.lib.1.c.23.nu.*18.Sanch. *d.disp.*40.*nu.* 3.*& lib.*8.*disp.9.n.*22.Salas. *vbi supra nu.* 22.*vers.tertius casus est.*& Suar.*vbi supra nu.*10.*in fin.* alios plures cum communi referentes.

8 *A*t huic eidem assertioni obijcies cum multiplici Doctorum testimonio, & præcipuè Manual. Prælat. *tom.2.q.* 30. *art.*11. *concl.*1. aliud esse dispensare in lege superioris, aliud verò in pæna eiusdē legis iam contractis: vnde dices conclusionem nostram subsistere posse in primò sensu, quia Prælati inferiores nequeunt dispensare in lege superioris At in secūdo sensu minimè quia Prælati inferiores tollunt pænam iam contractam per transgressionem legis suorum superiorum, dummodò huiusmodi pęna non sit actualiter reseruata, quod probatùr ex eo, quod qui incidit in excommunicationem ex trangressione iuris potest absolui, quando eius absolutio, non est simpliciter reseruata, vt patet ex communi.

Respondeo hanc obiectionem falso fundamento inniti, quia argumentatur ab absolutione ad dispensationem, vt perspicuū fit ex latè dictis *in præcedenti dub. à nu.* 1. *vsq. ad nu.*8. ex quo loco, & ex DD. ibi allegatis elicitur optima responsio ad hanc obiectionem, cum supradictæ pœnæ non absolutione sicuti excommunicatio; sed dispensatione tollantur, vide ibi, & Suar. *de legib. lib.6.c.*11.*nu.*5.*& nouissimè de relig. tract.*10.*lib.9.c.2.nu.*48.

9 Ex his sic latè discussis infertur cum Sūmi Pontifices, vt Pius V. & Gregor. XIII. in suis constitutionibus latis contra Religiosos introducentes mulieres in monasteria virorum, aut mulierum, non reseruauerint sibi vltra suspensionem à diuinis, nec priuationem officiorum, nec etiam inhabilitatem ad ea sicut excommunicationem reseruauerunt posse Prælatos Regulares supradictos in hac priuatione dispensare, & habilitare pœnitentia peracta, vel non peracta iuxtà in superioribus explicata, & distincta. Ratio huius illationis est, quia hoc delictum non est grauius adulterio, vt bene probat Rodriq.*tom.*1.*q.*24.*art.fin. circa med.*& Cruz.*de sta.relig.lib.*1.*c.*6.*concl.* 6.*vers.ex dictis sequitur*.

Et pari ratione idem inferendum est de inhabilitate, seu priuatione vocis actiuæ, & passiuæ contracta ex allocutione habita cum monialibus contra decretum Sacræ Congregationis de quo dictum est *supra dub.*93 *nu.*2.

Secus verò inferendum est primò de huiusmodi pœnis latis contra subornatores per notata *d.*56.*n.*11.

Item secus inferendum est secundò de dispensatione super priuationem vocis actiuæ, & passiuæ, quam ipso facto incurrunt Regulares ministrantes in ordinibus, per simoniam susceptis iuxtà constitutionem Sixti *V.contra male promotos* roboratam à Clem. VIII. vt videre licet apud Rodriq. *tom.*1.*q.*20.*art.*13. *circa fin.* patet namque Prælatos Regulares non posse talem pęnā tollere: tum quia est specialiter reseruata summo Pontifici cum derogatione quorūcūque priuilegiorum, &c. Tum etiā quia esto non esset reseruata talis pæna, adhuc tamen non posset dispensari, cum supradicta simonia, propter quam hæc pæna irrogatur, sit delictum multò grauius adulterio.*c.sicut & c.licet de simon.* Panor. *in c. de simoniace nu.*4.*eod. tit.* est enim quædā species sacrilegij *cap.audiuimus* 1.*q.*3. & ęquatur crimini læsæ maiestatis *can.sane* 15.*q.*3.*c.*1. vbi glos. *vlt.de test.in* 6.Les. *de iust.lib.*2.*c.*45.*n.*6.Marescot.*lib.*2.*var. resol.c.*35.*nu.*11. Et tandem vide Valent. *tom.*3.*disp.6.q.*16 *p.*4 *per totum* Azor.*p.*3. *lib.*12.*c.*1.*q.*3.Suar.*de relig.tom.*1.*tract.*3. *lib.*4.*c.*3.*per totū*. & alios apud quos comperies quanta sit grauitas huius peccati simoniæ.

*V*ltimò hic aduertendum est tot requiri habilitates, quot sunt obstacula Gemin. *cons.*33.*& fuit dictum in Pharen pensionis coram Clem.VIII.& in Romana Palatij.*5.*Iunij* 1602.*coram Card.Sacrato,& decis.*119.*nu* 6.*coram Greg.XV.*

DVBIVM XCXIX.

An Prælati Regulares valeāt in foro conscientiæ restituere vocem sibi subditis ea priuatis.

S V M M A R I V M.

1 Varia priuilegia concessa Prælatis Regularibus habilitandi priuatos.

2 *Et hodie manent in suo robore.*

3 *An Religiosi voce privati, vel censuris innodati absoluantur, vel dispensentur per generales absolutiones quæ quandoque dantur ab eorum Prælatis.*

4 *An talis absolutio, vel dispensatio possit dari à Guardianis qui aliter quam per electionem instituuntur virtute facultatis eis concessæ dispensandi in omnibus quæ potest eorum Generalis prout usus solum sacramentorum postulat.*

5 *An possit dari absolutio in foro conscientiæ extra forum sacramentale.*

6 *An absolutio, vel dispensatio in foro conscientiæ obsit foro contentioso.*

7 *Quid importet dictio solummodò.*

8 *Lex non includit illud ad quod mens, & ratio authoris non se extendit.*

Authoritas regulatur secundum mentem disponentis.

9 *Is committit in legem, qui verba legis complectens contra legis nititur voluntatem.*

1 ESPONDEO affirmatiuè & hoc virtute priuilegiorum eis concessorum, vt est illud Greg. XIV. *concessum anno* 1590. Præfecto Generali Ministrorũ infirmorum, quod refertur à Sorb. *in compen. tit. absolutio. ordin quò ad fratres. fol.* 20 *edit. Brix.* Item illa duo Eugenij IV. prout refert Rodriq. *tom.* 1. *q.* 20. *art.* 20. Vnũ Generali *Præfecto Reformatorũ* Cisterc. tij factũ. Alterũ Fratrib. Minoribus, quod habetur *in compen. tit. absolutio extraordin. quò ad fratres n.* 3. & alia quorum virtute possunt habilitare ad quascunque dignitates, & officia Ordinis ad quæ per aliquam constitutionem Apostolicam, seu canonicam sunt inhabiles.

2 Neque obstat huiusmodi priuilegia esse abrogata quò ad quosdam peculiares casus, vt est v. g. priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, quam ipso facto incurrunt Religiosi ministrãtes in ordinibus per simoniam susceptis ex constitutione Sixti V. contra malè promotos roborata à Clem. *VIII.* huiusce namque pœnæ dispensatio reseruatur specialiter summo Pontifici cum derogatione priuilegiorum Regularium, prout benè aduertit Rodriq. *tom.* 1. *q.* 20. *art.* 13. *in fin.* nam respondeo ea priuilegia fuisse reualidata per sequentes confirmationes Apostolicas eiusdem Clem. VIII. & Pauli V. vt declaratum est *dub.* 76. *nu.* 6.

3 Vnde meminerint fratres se in visitationibus suorum Prælatorum maiorum dispensatos esse ab omni inhabilitate occulta in foro conscientiæ iuxta tenorem priuilegiorum quando absoluũtur, & dispensantur ab omnibus irregularitatib, inhabilitatibus, pœnis, &c. sicuti de censuris testantur Siluest. *tit. confessio.* 1. *q.* 4. *nu.* 7. Nauar. *c.* 26. *n.* 13. Sayr. *de cens. lib.* 7. *c.* 14. *nu.* 9. *vers. secundò* Coriol. *de casib. reseru. p.* 1. *sect.* 1. *art.* 11. *n.* 2. *in* 3. *edit.* Et hoc nedum habet locum in visitationibus, vt dictum est nũc proxime, sed etiam in absolutionibus dispensationibus generalibus preambulis ad electionẽ, quæ de more ad omnem meliorem effectũ consueuerunt dari. Quæ omnia extende etiam ad Priores, & Guardianos canonicè electos iuxtà prædictorum priuilegiorum tenorem: non verò extendas de iure ordinario ad omnes Prælatos cõuentuales qui aliter quam per electionem instituuntur prout planè inferam *dub.* 120 *nu.* 12.

4 Dixi *de iur. ord.* quia si de iure delegato hac facultate fruerentur, tunc iuxtà tenorem delegationis sibi factæ absoluant, seu dispensant &c.

Sed rogabis forsan an ad hunc effectum censeatur sufficiens facultas illa, quæ in aliqua Religione delegatur prædictis Prælatis non canonice electis & alijs confessarijs eiusdem Religionis, per quã facultatem in foro conscientiæ tantum possunt absoluere à quibusuis censuris, nec non dispensare in omnibus irregularitatibus tam publicis, quã secretis in quibus omnibus potest dispensare, seu absoluere Reuerendissimus Pater Generalis illius Religionis prout tamen solum vsus sacramentorum necessariò postulat.

Affirmatiuè (vt opinor) esset sentiẽdum quando in dicta facultate non subiungeretur illa clausula, *prout tamen solùm vsus Sacramentorum necessariò postulat.* Dum verò subiungitur, & additur, secus est dicendum.

5 . *Prior* Pars huius responsionis probatur tum quia dicta absoluendi potestas in foro conscientiæ tantũ nihil obstat quò minus possit dari extra forum penitentiale, vt sustinent Nauar. *cons.* 11 *n.* 2. *de priuil.* Graf. *lib.* 1. *c.* 13. *nu.* 3. Rodriq. *tom.* 1. *q.* 20. *art.* 7. *& q.* 61. *art.* 10. Auil. *de cens. p.* 2. *c.* 7. *disp.* 3. *dub.* 13. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 34. *n.* 19. *& in præcep. decal. lib.* 2. *c.* 11. *nu.* 13. *& c.* 12. *n.* 4. *in fi.* & alij mox referendi Homobon. *de Exam. eccles. tr.* 3. *c.* 6. *q.* 38. Et licet

Gar-

Garcia. *de benef. p. 11. c. 10. n. 137.* dicat contrariam sententiam colligi ex pluribus responsionibus sacræ Congregationis ab eo ibi relatis: At certera nullo modo colligitur; nam sacra Congregatio respondit secundum propositam materiam, quæ erat de foro sacramentali. Nihil ergo faciunt

6 ad rem tum etiam probatur dicta prior pars responsionis, quia talis absolutio, seu dispensatio nihil obest foro contentioso vti fusè explicant Panorm. *in c. fin. nu. 16. de schismat.* Marches. *p. 1. tit. de S. D. N. Papa Referend. c. 1. nu. 338.* Suar. *tom. 5. disp. 7. sect. 5. nu 25.* Henriq. *lib. 13. c. 27. num. 5.* Duard. in *bull. can. Dominus lib. 3. §. 2. q. 1. nu. 50.* Filliuc. *tract. 11. c. 9. n. 292.* Bonac. *de cens. disp. 1. q. 3. p. 10. nu. 3. &* communiter *DD.*

Posterior verò pars responsionis probatur; nam inhabilitas minimè vsui passiuo, vel actiuo sacramentorum obstat, neque eum impedit: sed prædicta authoritas absoluendi, & dispensandi conceditur solùm quo ad ea quæ vsus prędictus necessariò postulat.

7 Ergo dicta authoritas nō se extēdit ad inhabilitatē tollendam: Tū quia dictio *solummodò* est exclusiua aliorū Bald. *cons. 331. in quæstione vertitur. nu. 1. lib. 3.* relatus à Tusch. *lit. D. concl. 379.* qui asserit id, nec etiā ignorare Grammaticæ magistros:

8 tum etiam quia lex, non includit illud ad quod mens, & ratio authoris non se extendit *c. intelligentia. c. propterea, c. in his de verb. signif.* Vnde iure merito authoritas est regulanda secundum mentem disponentis Panor. *in c. 1. de iure calum.* Imol. *in c. post translationem. de renunc.* & Felin. *in c. tua nos. 1. n. 3. circa med. de iureiur.*

9 Concludamus igitur certum esse quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, *c. certum. de regul. iur. in 6. & l. non dubium. C. de legib.*

DVBIVM C.

An semel reprobatus ab electione sit ineligibilis.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicatur cassari electionem ex defectu formæ electionis vel personæ electi.*
2 *Quando electio secunda teneat non cassata prima.*
3 *Repulsus ab electione vitio personæ est ineligibilis vbique.*
Secus si vitio formæ.
4 *An ineligibiles sint duo, qui electi fuerūt in discordia.*

1 VPLICI ex defectu potissimum cassatur electio, personæ scilicet, vel formæ ipsius electionis. Exemplum primi defectus, nēpe personæ, est si opponatur v.g. contra electum, crimen, vel aliquis defectus, puta natalium, vel quod est corpore vitiatus, siuè debilitatus, vel quod est excōmunicatus, vel inhabilis, & huiusmodi, &c. Exemplum secundi defectus, nempe formæ est quando v.g. in electione non fuit seruata forma canonica, de qua habetur *in c. quia propter de elect.* vel eligentes erāt excommunicati, vel suspensi, vel electio est celebrata contra priuilegia Ecclesiæ, vel post appellationem legitimam, & prima non cassata, & generaliter quomodocumque electio irritetur, & quacumque ex causa defectu personæ excepto.

2 *Dico electionem cassari defectu formæ quæ fuit celebrata post appellationem legitimam, & prima non cassata,* quia non tenet secunda electio, nisi cassata prima *c. inter dilectos. de excess. prelat.* Marc. *q. 1197. in fin. per* nisi prima notorie nulla esset, quia tunc secunda fieri potest non cassata prima iuxta notata per glos. & DD. *in c. auditis de elect. & in c. constitutus. de appell. & in d. c. inter dilectos.* Marc. *q. 784 n. 2. & q 495 nu. 32. per* Panor. *in c. considerauimus. vers. tempt. de elect.* & Cuch. *vbi infr. nu 144.*

3 Modò repulsus ab electione vitio personæ itā non potest eligi, vt ineligibilis sit non solum in eadem, sed in alia qualibet Ecclesia: Si verò non vitio personæ irritetur electio, secus est dicendum: talis enim irritatio non poterit impedire eius promotionem etiam in eadem, nedum in alia Ecclesia. Hæc conclusio expresse habetur ex *c. super eo vbi* Ioan. And. Bald. Innoc. Panor. *de electio.* & Felin. *in c. super his. col. 4. de accus.* Si uest. *tit. electio. 1. q. 14.* Angel. *eod. tit. n. 23.* Tolos. *in tit. de elect. c. 9. nu. 23. & latius c. 11. nu. 10.* Tabien. *eod. tit. n. 17.* Biax. *in direct. elect. p. 2. c. 5.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de electione. nu. 141.* & *Ma*nual. Pręlat. *tom. 2. q. 23. art. 11. concl. 5.* Ratio diuersitatis est quia vitium concernens personam sigillat, & notat eum, ac sequitur sicut lepra leprosum *c. cito turpem 1. q. 1.* Vbi verò vitium propter quod cas-

latur

fatur electio non respicit personam electi, tunc ex eo non læditur eius fama, & opinio *c. consideravimus cum ibi notatis.* per Panor. *nu.* 5. & Ant. à *Butr. n.* 9. *&* 16. *de elect.* & item Ant. à Butr. *in d. c. super eo. in fin. eod. tit.*

4 Hanc conclusionem amplia, vt quando duo fuerunt electi in eadem Ecclesia in discordia, & vtraque electio ex aliquo defectu etiam si non sit personæ fuerit cassata, neuter eorum posset assumi in eadem vacatione, & hoc ad euitandam discordiam *d. c. consideravimus. vbi* Panor. *nu.* 1. & Ant. à Butr. *nu.* 9. *&* 18. *de election.* Item Anto. à Butr. *in d. cap. super eo in fin. eod. tit.* & Biax. *in direct. elect. p.* 2. *c.* 3. Cuch. *vbi sup.* nisi tñ post irritatã talem electionem omnes eligentes in alterum eorumdem electorum conuenirent vnanimiter: tunc enim talis electio sic cõcorditer celebrata teneret, quia cessaret causa prohibitionis, & ita quoque cessare debet effectus *l. generaliter. C. de sacr. san. Eccl. & c. cum cessante de appell.* quod intellige quando non fuisset cassata vitio personæ: quia tunc bene nullo modo posset iterũ eligi per supradicta, &c.

FINIS PARS TERTIÆ.



PARS

PARS TERTIA.

Quæ agit de Electione, & potestate cuiuscunq. Prælati, Officialisq. Regularis in specie.

CAPVT PRIVMM.

De electione, & Potestate Generalis Ministri, & Procuratoris Ordinis.

DVBIVM CI.

Ad quem spectet electio, & confirmatio Generalis: quanto tempore duret eius officium: & ad quem pertineat congregare Capitulum pro eadem electione?

SVMMARIVM.

1 *Ad quos spectet electio Generalis de iure communi?*

A quibus eligendus Generalis Minorum?

2 *Electio Abbatis Generalis regulatur ex electione Abbatis particularis.*

3 *Ad quem de iure communi, & speciali attineat confirmatio Generalis?*

4 *A quo confirmandus Visitator generalis tertij Ordinis S. Francisci de pœnitētia?*

5 *Et Generalis Minorum S. Francisci Capuccinorum?*

6 *An Generalatus officium duret ad vitam electi, vel ad tempus?*

Generalatus officium datur ad vitam electi apud Ordinem Prædicatorum, & Societatem Iesu.

Item an sic detur apud Ordinem Minorū?

Generalatus officium est temperamentum apud Fratres Ioannis Dei in Italia, apud Canonicos Regulares S. Saluatoris, & apud Ordinem Seruorum B. M.

7 *A quo congregandum Capitulum pro electione Generalis?*

Excusat se Author apud Lectorem.

Imprudentis scriptoris est velle tractare de Prælatis Regularib. in via specialis iuris, ac consuetudinis cuiuscunque Ordinis.

1 ESPONDEO primò electionem Generalis pertinere de iure communi actiuè, & passiuè ad totam Congregationē *c. fin. 16. q. 7. c. abbatem 1. & 2. 18. q. 2. c. cum dilectus. de consuet. § iubemus. auth. de sanctis. episc.* & tradunt DD. *in d. c. cum dilectus.* & præcipuè Butr. *in 1. lect. nu. 7. & in 2. lect. nu. 38. & num. 45.* & Card. *num. 9. q. 1. gl. 1. in c. 2.* vbi Archid. & Turrecrem. *num. 1. dist. 66.* & Rota *decis. 65. nu. 1. par. 1. in recent.* Hinc meritò regula Minorica statuit vt electio Ministri Generalis celebretur à Prouincialibus, & Custodibus, vtpotè totam Congregationem repræsentantibus.

2 Sed obijcies *in d. c. abbatem. 1. & 2. 18. q. 2.* & sæpe alibi in corpore iuris non loqui de Abbate Generali, sed de Abbatibus singulorum Monasteriorum: & quòd nomen *Congregatio* ibi significat singularem cuiuscunque Monasterij conuentum?

Respondeo cum eadem Rota *vbi sup. n. 2.* sicuti electio Abbatis particularis cuiuscumque Monasterij actiuè, & passiuè pertinet ad Monachos, seu congregationem illius Monasterij, de cuius Prælati electione agitur: ita ex eadem ratione electionem Generalis Ministri, qui toti Congregationi præficitur pertinere actiuè, & passiuè ad totam cōgregationem, vt fuit rafirmatum ab eadem Rota *in Vallisoletana præeminentiarū 29. Martij 1604. coram Pamphil.*

3 Respondeo principaliter secundò confirmationem Generalis Ministri spectare ad Summum Pontificem, vel ipsum remanere confirmatum virtute priuilegiorum,

vt distinctè explicui *dub.46.nu.2. & seqq.* Quibus ibi dictis adde posse etiam esse vt ex aliquo iure speciali talis confirmatio pertineat ad aliquem alium superiorem, etiamsi alias non sit ordinarius vt asseruot DD. citati *dub.9.num.9.* Vt v.g. est electio

4 Visitatoris Generalis Fratrum tertij Ordinis S. Francisci de pœnitentia, quæ trahit cō firmationem à Ministro Gen. Fr. S. Francisci de Obseruantia, secundum quòd disposuit Sixtus V. in bulla *Romani Pontificis. §.5. anno 1586.*

5 Et item erat electio Generalis Ministri Ordinis Min. S. Francisci Capuccinorum, quæ vigore bullæ Pauli 3. *exponi nobis.* ædita *anno 1536.* erat præsentanda Generali Ministro Fratrum Minorum Conuentualium ad effectum confirmationis.

Has verò dispositiones accipe semper, vt intelligant nisi aliter fuerit ordinatū ab ipsa S. sede, vt de facto nūc ex cōcessione Pauli V. q̄ incip. *alias filicis recordat. Paulus Papa III.* data *anno 1619. die 28. Ianuarij.* Ipsimet quoque Fratres Capuccini liberantur, eximuntur, ac totaliter absoluūtur ab onere petendi confirmationem dictæ electionis à memorato Generali Conuētualium: nec super hoc à quoquam quauis auctoritate quomodolibet attentari potest aliquid in contrarium, vt in eadem bulla videre licet: Vnde statim ac electus est iste quoq. Generalis Capuccinorum remanet, & ipse confirmatus virtute prædictorum priuilegiorum sicuti alij Generales aliarū Religionum in priuilegijs cōmunicantiū.

6 Respōdeo principaliter tertiò apud multos Regulares Generalatus officium dari ad vitam electi, vt v.g. est apud sacrum Ordinem Prædicatorum. Item apud Societatem Iesu iuxtà dispositionem eius specialis rationis viuendi approbatæ à varijs Summis Pontificibus, & nouissimè quò ad hanc partem à Paulo V. per suam constitutionē *quantum religio. anno 1606. pridie nonas Septembr.* Et item est apud Ordinem Minorum quorum Generalis est quoque perpetuus, vt ex eorum regula *c.8.* omnes interpretes benè deducunt, & declarauit cō suetudo à primordijs d. Ordinis vsq. ad annum 1517. quemadmodum ex chronicis constat: licet modo apud omnes familias eiusdem illius Ordinis sit temporaneus ex dispositione Summorum Pont. & præsertim Leonis X. in bulla *Ite & vos* ædita *anno 1517.* qui ad hoc piè moti fuerunt rationabilibus de causis. Apud alios autem Ordines eorum Generales ad tempus durant, vt v.g. Clem. VIII. præscripsit per vniuersā Italiam fratribus Ioannis Dei nuncupatis per bullam *Romani Pontificis anno 1596.* Item Sixtus V. Congreg. Canonicorū Reg. S. Saluatoris Ordinis S. Augustini per bullam *ex varietate. anno 1589.* & item Clem. VI. Fratribus Ord. Seruorum B. M. per bullam *regiminis vniuersalis anno 1346.* &c.

7 Respondeo principaliter quartò cōgregandum esse Capitulum pro celebratione electionis Generalis ab eo ad quem de iure, vel de consuetudine spectat secundum dispositionem cuiuscunq. Ordinis, vt latè probaui *dub.9.nu.11.* Ideircò in hoc & alijs huiusmodi casibus, in quibus agitur de electione, & potestate deponendi Ministri Generalis, sed & aliorum officialium, ac Prælatorum cuiuscumque Ordinis, ac instituti Religiosi in specie, Munus semper erit eiusdem Lectoris diligenter inspicere speciales bullas, priuilegia, ac consuetudines in facti contingentia illius talis Religionis. Magnam enim profectò suscepissem ego prouinciam, ac imprudentiæ non leuis notam mihi iure meritò pertimiscenda esset, si quæ in vnoquoque ordine specialiter, decreta disposita, ac consueta sunt, dilucidè pertractare aggrederer; cum moraliter loquendo per difficilimum, atque adeò impossibile sit omnia illa mihi nota esse; Vnde ferè semper in singulis quibuscunq. casibus quandoq. vnius quandoq. verò alterius Ordinis statuta, vel municipalia iura, vt plurimum interpretabor, prœter ea quæ de iure communi erunt, vt inde totidem talem doctrinam ad suæ cuiusq. Religionis doctus Lector cum proportione applicare possit: verisimilimū namq. est vnūqueq. rerum suæ Religionis scia, & vsu magis valere, quam quis alius.

DVBIVM CII.

Quid si Generalis infra officij sui tēpus appareret insufficiens famulatui, & communi vtilitati subditorum.

SVMMARIVM.

1 *Generalis qui insufficiens apparet, absoluendus est ab officio.*

2 *Quid agendum antequam congregetur Capitulum ad effectum deponendi Generalem ob eius insufficientiam?*

An de tali insufficiētia constandum sit per plenas, & concludentes probationes?

3 *Ex quibus insurgat insufficientia? enumerantur variæ causæ.*
In quibus consistat incorrigibilitas.
4 *Quando senectus impediat promouendum; sed non deijciat promotum?*
5 *Episcopi non remouentur propter longam ægritudinem.*
6 *Quomodo tollatur probatio præsumptiua infirmitatis?*
7 *Medici iudicio in arte sua standum.*
8 *Quomodo concludenter, & plenè probet fides Medicorum?*
9 *A quibus, & quomodo probanda exceptio de imperitia gubernandi, vel de negligentia.*
Excipientes de illis, quæ non cadunt sub sensu corporis, tenentur reddere causam scientiæ etiamsi non interrogentur.

1 
ESPONDEO amouendum, & deponendum esse ab officio, ad quod tanquã idoneus electus est, ita gl. *in c.1. verb. insufficienti. de renunc. in 6.* communiter recepta; & hoc procedit etiamsi ab initio reuera fuerit habilis, & sufficiens, & solum ex post facto repertus sit insufficiens. *l. si quos iudices. C. de off. præfe. ptor. orien. vel Illyri. & ibi* Alba de Rosa, & Sal. & per ea quæ notant recentiores *in c. si pro debilitate. de off. deleg. & in l. 1. ff. de offic. eius cui. & in l. si longius. ff. de iud.* teste Mascard. *concl. 393. Electus ad aliquod officiũ num. 11.*

2 Quia verò hæc depositio non potest haberi, nisi collegialiter iuxtà inferius notanda *dub. 37. nu. 3.* idcircò si in huiusmodi facti contingentia ipse Generalis renueret congregare Capitulum: tunc illis ad quos de iure, vel de consuetudine spectat confugiẽdum esset ad Apostolicam Sedem, quod & mihi videtur satiùs nõ solum ad dictum effectum; verum etiam ad hunc, vt scilicet, eius insufficientia declararetur ab ipsamet sancta Sede, nè frustrà congregaretur Capitulum: nam si postea congregato Capitulo, & causa cognita non constaret per concludentes, & plenas probationes de dicta eiusdem Generalis insufficientia profectò nõ posset deponi, vt pulchrè sustinet in terminis de Prælato Regulari Rota *decis. 234. nu. 7. p. 1. in recent.* & probatum est supra *dub. 49. nu. 13. & dub. 95. nu. 9.* quæ ibi dicta tanto fortius hic sibi vendicant locum, quantò grauior est pœna priuationis beneficij, quod iam possidetur, simplici priuatione voeis; & maior pars illorum DD. quos *ibi* retuli in his terminis de priuatione beneficij loquuntur.

3 Sed rogabis ex quib. insurgat hæc insufficientia? Respondeo ex multis insurgere, vt v. g. si sit notorius suæ regulæ transgressor *c. cum ad monasterium. vers. & si præuaricator. de stat. monac.* si sit notoriè criminosus; & scandalosus *c. si quis abbas. 18. q. 2.* si notabiliter negligens in officio suo existat. *c. dictum. dist. 81. c. 1. dist. 86. c. qm̃ in fin. dist. 100. c. si qui episcopi. §. certè cum honoris. 1. q. 1. c. placuit. 11. q. 3.* Panor. *in c. monach. nu. 5. de stat. monach.* Præcipuè autẽ insufficientia ad effectũ de quo agimus insurgit, ex huc usq. narratis defectibus, quando non est spes melioris frugis. i. qñ talis criminosus censetur incorrigibilis ita Rota *d. decis. 234. n. 12.* Et ratio est quia ista qualitas incorrigibilitatis videtur principaliter consideranda ad effectum de quo agimus: tum de sui natura, quia est grauior cæteris, & illa stante non potest aliter prouideri indemnitati Ecclesiæ: Tum et ex natura negotij priuationis, in quo solet haberi ratio omnium narratorum pro priuatione. *Sarnen. in reg. de subrog. q. 7. §. item sciendum.* Rota *vbi sup. nu. 13.* Sed rogabis in quo consistat hæc incorrigibilitas? In hoc consistit, vel quod præfatus Generalis non obstantibus monitionib. fuerit solitus ad eosdem defectus reuerti Panorm. *in c. cum non ab homine, n. 30. vers. quæro qualiter. & ibi* Butr. *nu. 22.* Dec. *nu. 78. de iud.* Rota *vbi sup.* vel quòd pertinaciter conetur sustinere culpam verè nõ esse culpam Card. Iacob. *de concil. lib. 4. c. 4. num. 8.* & Rota *vbi sup.*

Item insufficientia ad dictum effectum consurgit si sit ita senio confectus, vt ad regiminis officium non possit assurgere. *c. 1. dist. 85.* glos. *in c. 1. verb. insufficientem. de renunc. in 6.* vel si sit ita ægrotus, vt ad regimen sit inhabilis *c. alius. 15. q. 6. d. gl. in verb. insufficientem.* Et huiusmodi &c. de quibus latiùs dictum est sup. *dub. 88. & 89. nu. 12. & 13.*

4 Sed obijcies primò cũ gl. *in d. c. 1. dis. 85. verb. senis.* senectutem impedire promouendum, sed non deijcere promotum *c. petisti. 7. q. 1. c. litteras. de renunc.*

Obijcies secũdò *c. scripsit, c. cũ percussio. c. præsentiũ. c. põtifices. & qualiter. & c. quamuis. 7. q. 1.* vbi Archid. *ex parte. de cler. ægr.* & qđ notatur *in c. 1. de parroch.* vbi Episcopi, quamuis inhabiles non remouentur pp longã ægritudinẽ, sed datur illis coadiutor,

quod & colligitur etiam ex *cap. grandi. de*
suppl. negl. pral. & idem iuris aperte est de
alijs inferioribus Prælatis *c. de rectoribus.*
& c. fin. vbi gl. de cler. agrot.

Respondeo Prælatos Regulares amoueri
ex leuioribus causis, quàm Prælati sæcula-
res, vt conclusum est *d. dub. 95. nu. 10. &*
dub. 49 nu. 6. Quod & in hoc casu præcipuè
locum habet apud Minores, qui ex specia-
li præcepto Regulę deuinciuntur ad depo-
sitionem insufficientis Generalis. Benè ve-
rum est insufficientiam dicti Generalis p-
6 bandam esse concludenter, vt dictũ est sup.
Vndè si v.g. aliquando aliquo morbo labo-
rasset, qui eum inhabilem reddidisset, & ei
opponeretur de eiusdem morbi continua-
tione nullo modo esset deponendus, vbi ta-
lis præsumptio morbi per probationem cō
trariam tolleretur. *l. cum de indebito. ff. de*
prob. Paris. *cons. 29. n. 76. lib. 2.* & Rota *de-*
cis. 125. n. 14. coram Greg. XV, vt exempli
gratia si contrarium appareret ex fide Me-
7 dicorũ qui ipsum curassent; quia medici iu-
dicio in arte sua standum *l. septimo mense*
ubi Bald. in vlt. addit. ff. de stat. hom. Soc.
iun. cons. 183. nu. 11. lib. 2. Boer. *decis. 227.*
n. 21. & fuit dictũ in Romana hereditatis
de Picchis 15. Iunij 1580. corã Vicecomite.
8 Et eò magis hæc procederent quò dicta fi-
des medicorum coadiuuaretur ex deposi-
tione plurium testium, qui cum ipso Gene-
rali ita fuissent, vt talis infirmitas non po-
tuisset ei accidere ipsis ignorantibus, & ta-
men deponerent ex longo interuallo tem-
poris eundem Generalem nõ fuisse aliquid
tale passum. Angel. *in §. hinc nobis circa fi.*
auth. de hered. & falcid. Alex. *cons. 167.*
num. 10. lib. 2. Dec. *cons. 101. numer. 2.*
ante med. vers. nec etiã in isto teste. Paris.
cons. 13. num. 17. versic. tamen aduerten-
dum, lib. 3. 14. & Rota *decis. 125. num. 13.*
coram Greg. XV.

Itẽ si v. g. opponeretur de imperitia gu-
bernandi, vel de notabili negligentia vt su-
pra explicatũ est, opponẽtibus incumbet
onus probandi, & reddendi causam scien-
tiæ etiamsi ipsi opponentes non interroga-
rẽtur, & ratio est, quia hæc sunt de illis quæ
non cadunt sub sensu corporis. Bart. *in l. so-*
lam. nu. 3. Salyc. *nu. 2. C. de test.* Panor. *in c.*
consuluit. num. 2 de appell. Card. *cons. 25.*
nu. 4. Felyn. qui de communi *in c. cum cau-*
sam. nu. 3. vers. fallit secundò. de test. Rota
cons. 3. nu. 52. lib. 1. & Rota *in d. decis. 234.*
num. 10. p. 1. in recent.

DVBIVM CXIII.

An Generalis temporaneus possit prorogare officium suum, & celebrationem Comitiorum generalium? Item an expleto eodem officio possit immediatè rafirmari? Et denique an sit inferior Capitulo Generali?

SVMMARIVM.

1 *Generalis non potest prorogare officium suum, vltra terminum ei præfixum.*
2 *Quod tamen dictum limita.*
3 *Quando electio celebrata vltra tempus à statuto præfixum sit nulla?*
Forma est indiuidua.
4 *Generalis expleto officio non potest rafirmari in eodem, nisi in duob. us casibus.*
5 *Secundus tamen casus fallit in electionib. Regularium.*
6 *An Generalis sit Superior Capitulo Generali.*



1 AD primum dubiũ rñdeo negatiuè; quia dicto termino ei pfixo expleto, cessat authoritas; tum vigoris iuris cõis *in §. fin. vers. si verò nondũ. auth. de defens. ciuit.* &
per ea, quæ dicit Bal. *lib. 3. cons. 318. in prin.*
Panorm. *in c. fi. nu. 8. & 9. de iud.* & alij *infe-*
rius citandi. Tum ẽt in Ordine Fratr. Min.
de Obseruantia vigore Bullæ *Ite & uos.*
Leo X. edita *anno 1517. 4. Calend. Iunii.*
in qua hæc habentur. *Quib. (vt præfertur)*
expletis ipso facto sit absolutus à Genera-
latus officio, & pro tali ab omnib. habeatur.
Pergraui verò vrgente necessitate existi-
mat Sorb. *tit. electio.* quẽ sequitur Rodriq.
tom. 2. q. 52. ar. 2. posse protrahi Capitulũ
Generale ad mensem, vel ad menses, & per
consequens posse prorogari officium Gene-
ralis: Aiunt tñ tutiùs esse non inconsulto
Summo Pontifice, hæc facere, sicuti quoq;
2 autumant tutiorẽ prorogationẽ Capituli
Prouincialis, quæ hr̃ de licentia Generalis,
vel Cõmissarij Gñalis. Immò addo id neces-
sariũ vtiq. esse si verba statuti sonarent. v.g.
Electio fiat ad annum, & non vltra,
& si cõtra fiat est nulla: tũc. n. electio facta
cõtra dictã formã, i. prorogata erit nulla
in totum Rom. *cons. 66. nu. 2. vsq. ad finem.*
quẽ approbat Rota *in Treueren.* Abbatia

S. *Maximini*. 20. *Nouẽbr*. 1624. §. *& quãuis coram R.P.D. Coccino Decano*. Et ratio eſt quam alibi ſæpè dixi,& explicui, q a illa verba, *Et ſi contra fiat electio ſit nulla* dant formam electioni ergo ea forma ad vnguem non ſeruata, actus, electionis eſt nullus in totum, quia forma eſt indiuidua Addit. ad *Rom. vbi ſup. in l.* C. Aleiat. *in l.* 1. §. *ſed ſi mihi. nu.* 13. *de ver. oblig.* Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 1. *nu.* 59. Rota *vbi ſup.*

4 Ad ſecundum dubium reſpondeo quoq. negatiuè, niſi in duob. caſibus. Primus eſt, vbi alius non reperiretur idoneus *l. honor.* §. *gerundorum. ff. de mun. & honor.* Bal. *d. conſ.* 318. *in prin.* & Tuſch. *lit. E. concl.* 73. *nu.* 4. Secundus caſus eſt, vbi omnes electores, nemine reluctante, ei ſuffragarentur, & raffirmarent, vt apertè habetur *ex dicta authent. de defenſ. ciuit.* §. *final. verſicul. ſi verò nondum*, vbi Bartol. & Bal. Panor. *vbi ſup.* Roman. *ſingul.* 96. *heri fui*. Felyn. *in c. cum omnes. num.* 18. *verſ. quartò fallit.* & *Dec. nu.* 34. *de conſt.* Borel. *de edictis lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 50. Coſta *de fact. ſcien. & ignorant. cent.* 1. *inſpect.* 30. *num.* 9. & 10. Tuſch. *vbi ſup. nu.* 5. & alij.

5 Quamuis autem hic ſecundus caſus ſic ſe habeat de iure, nedum in electionibus ſæcularium, ſed etiam eum ſuſtineat in terminis de Prælatis Rom. *ſing.* 669. *ad eligendũ*. Attamen hodie in electionibus Regulariũ, magis videtur ſpeculatiuè, quàm practicè poſſe dari huiuſmodi caſum, & ratio eſt; quia cum Concil. Trid. diſtrictè præcipiat, vt electiones Regularium ita peragantur per vota ſecreta, vt nomina eligentium nũquam publicentur, vt fusè explicatum eſt *dub.* 2. *nu.* 7. *& dub.* 31. *per totum*. nullus videtur poſſe excogitari modus rationabiliter quo & ſeruetur Conc. & omnes nemine diſſentiente ſuffragentur ſuperiori, qui tũc ceſſat ab officio.

6 Cęterum remanet diſcutiendum an Generalis ſit inferior Capitulo Generali? Ac huiuſce dubioli ſolutionem vide ſup. *dub.* 10. *nu.* 9. & 10.

DVBIVM CIV.

Quando officium Procuratoris Ordinis in Romana Curia inſtitutum fuerit? A quibus eligendus? Et quæ eius authoritas?

SVMMARIVM.

1 *Quis fuerit primus Procurator Ordinis Minorum S. Franciſci?*

2 *An officium Procuratoris Ordinis, & Commiſſarij Generalis cõcurrant in vnã, & eandẽ perſonã, maximè apud Fr. Min.* Capuccinos, *apud PP. de Obſeruantia, & apud Ordinem Prædicatorum?*

Officium Procuratoris Ordinis, & Abbatis Monaſterij de pace concurrunt in eandem perſonam apud Canonicos Regulares Lateranenſes.

3 *Antiquitas Officij Procuratoris Ordinis.*

4 *Ad quos ſpectat eius electio, pſertim apud* Canonicos *Regulares* S. *Saluatoris*.

Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

5 *Vbi reſideat Procurator Ordinis, & quæ eius authoritas de iure?*

6 *Et quæ ex priuilegio maximè apud Societatem Ieſu, apud Ordinem Prædicatorum, & Auguſtinianorum?*

7 *Quæ ſit eius præeminentia in capella Papæ: & quorum Ordinum Procuratores generales habeant ibidem orare?*

1 D primam partem dubij reſpondeo nihil mihi exploratum eſſe de huiuſce Procuratoris in Romana Curia primæua inſtitutione ſolùm in principio ſupplementis ſit mentio de quodam P. Fr. Martino Garibay Ord. Min. Commiſſario, ſeu Procuratore in Rom. Curia.

2 Hinc primò elicit Rodriq. *tom.* 2. *q.* 13. *ar.* 1. olim in Ordine Minorum munus Procuratoris, & Commiſſarij in Rom. Curia fuiſſe in vnica perſona, ſicuti nunc quoque de more ſeruari apud ſacram Capuccinorum Congregationem accepi: Contrarium verò nunc conſueſcit Religio PP. de Obſeruantia teſte ipſomet Doctore, & apertè habetur ex conſtitutione Pij V. *Paſtoralis officij*. edita *anno* 1571. *die* 28. *Maij*. & declarata à Gregor. XIII. per bullam *conſueuit* anno 1573. & iterum *anno* 1579. Et ſimiliter apud alias Religiones duo officia concurrunt in vna, & eadem perſona, vt verbi gratia apud Canonicos Regulares Lateranenſes Procurator generalis, qui in Romana Curia reſidere ſolet, eſt inſimul & Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ de Pace in Vrbe ſicut conſtat ex bulla *Paſtoralis noſtri* Pauli V. ædita *anno* 1605. *die* 30. *Decembris*. Apud alias verò ſeparantur, & di-

A 3 ſtinguun-

ftinguuntur, prout est apud sacrum Ordinem Prædicatorum.

3 Secundò elicitur Rodriq. ex dicta responsione Præfatum Procuratoris officium iam diu institutum fuisse: quamuis enim de eius initio non constet: attamen apud omnes ꝓ comperto habetur hoc officium præcessisse tempora Sixti IV.

4 Ad secundam partem dubij respondeo electionem huius Procuratoris spectare de iure communi ad totam cõgregatione; cum enim habeat esse Procurator nedum pro Ordine, & ꝓ singulis eius person is; sed etiam pro omnibus, & singulis eius prouinciis, conuentibus, &c. vt mox dicam, æquũ & rationi congruum est, vt quod omnes tãget ab omnibus debeat approbari. *c. quod omnes, de reg. iur. in 6.* Vndè iure meritò hæc electio in omnibus ferè Religionibus solet haberi à vocalibus in Capitulo Generali: vt est v.g. in Religione Canon. Regul. S. Saluatoris Ordinis S. Augustini vigore bullę *inter cæteras* Pij V. *datæ anno 1571. die 6. Decembris. §. 7. & §. 11. in fin.* & confirmatæ à Sixto V. per suam constitutionẽ *ex varietate datã anno 1589. die 24. Aug.*

5 Ad tertiam, & vltimam partem dubij respondeo Procuratorem Ordinis residere Romæ, & immediatè subesse Generali Ministro, præterea nemini, vel etiam Commissario Generali: Immò quoq. alijs Superioribus iuxtà diuersam dispositionem Statutorum variarum Religionum. Deinde gaudere authoritate pertractandi omnia negotia Religionis, quæ in ea Romana Curia occurrerint: Et quamuis de iure communi non censeatur legitimus Procurator pro singulis conuentibus, licèt sit ei data potestas pro Ordine, & pro singulis personis de ordine iuxta *dub. 23.* Fastol. quod sequuntur Fely. *in c. cum te. nu. 14. vers. per istam differentiam, & in c. cum dilecta. n. 6. ante vers. amplia primò, de rescript.* Rota *in Calaguritanà bñficij. 16. Maij. 1601. coram Lancellot. In Militen. beneficij 6. Iunij 1617. coram Marcemontio, & decis. 410. nu. 2. p. 1. & decis. 201 nu. 2. p. 2. in recent. & decis. 169. num. 8. coram R. P. D. Coccino Decano.*

6 Attamen ex concessione diuersorum Summorum Pontificum Societati Iesu facta de qua ibi in Rota *in d. decis. 201. in recent.* & itẽ ex priuilegio Martini V. concesso Ordini Prędicatorum, & ex alio Augustinianis quoque concesso, prout refert Sorb. *in annot. ad Compen. tit. Procuratores Fratrum fol. mihi 494. adit. Brix.* Procurator Generalis cuiuscumq. Ordinis in priuilegijs communicatoris potest agere quasuis causas etiam speciale mandatum requirentes omnium prouinciarum Conuentuum, & personarum Ordinis, ac si plenum liberum, & speciale mandatum ad huiusmodi causas accepisset. Rota *d. decis. 169. coram Coccino*, iuxtà tamen potestatẽ ei à Generali traditam maximè in grauissimis negotijs: vndè non videtur posse agere pergraues causas alicuius prouinciæ, vel conuentus inconsulto Generali, ex quibos pẽdet vel coarctatio authoritatis Ordinis, vel relaxatio obseruantiæ Regularis, quia in generali concessione non ueniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus *c. in generali. de reg. iur. in 6.*

7 Decorantur præeminentia loci in capella S. D. Papæ, non tamẽ habent omnes ore re in eadem Capella: Sed id muneris tantũ modò subeunt Procuratores Dominicani, Franciscani, Heremitani, Carmelitanæ familiæ Seruorum B. Mariæ, & aliorum Ordinum, iuxta Calend. Rom. dispositionem.

CAPVT SECVNDVM.

De electione, & Potestate Prouincialium, & Custodum.

DVBIVM CV.

A quibus, & quandò eligendus sit Minister Prouincialis?

SVMMARIVM.

1 *Ad quos spectet electio Prouincialis.*

2 *Quod tempus sit habendum, vt deuoluatur ad Generalem.*

Et amplia, vt idem tempus currat electoribus si illud labatur non ex eorum negligentia, sed ex eius negligentia in quẽ absolutè compromiserunt.

3 *Concessum ad tempus, post illud censetur denegatum.*

4 *Casus in quo etiam si labitur tempus non deuoluitur electio.*

5 *Electoribus simpliciter impeditis nõ currit tempus.*

6 *Declaratur.*

Qui potest facere, vt possit, iã dicitur posse

CIR-

1 CIRCA electionẽ Miniſtri
Prouincialis, dicẽdũ eſt cũ
Moſeuuio *de Maieſt. Eccl.*
li.1.p.1.c.9. fol.mihi 257.
& Rota *deciſ.65. nu 5.p.1.*
in recent. ita electionem
Prouincialis pertinere ad totam prouin-
ciæ congregationem, ſicuti infra *dub.* 114.
nu.1. dicetur electionem Abbatis particu-
laris cuiuſcumque Monaſterij ſpectare ad
congregationem illius Monaſterij, de cu-
ius Abbatis electione agitur, & ita apertè
pro Ordine Minorum ſanciuit Clem. V. in
Conc. Viennen. *clem. exiui. de verb. ſignif.*
§. demum. vt ſcilicet *cum fuerit prouiden-*
dum alicui prouinciæ de Miniſtro: ipſius
Miniſtri electio penes Capitulum prouin
ciale reſideat, quam idem Capitulum die
ſequenti, qua fuerit congregatum facere
teneatur. Et §. cæterum addit idem Ponti-
2 fex *Cæterum ſi capitulum memoratum*
die prædicta Miniſtrum eligere prætermit
tat: ex tunc Miniſtri Prouincialis prouiſ-
ſio ad Generalem Miniſtrum liberè deuol
uat. Immò amplia vt locum habeant etiãſi
ipſi electores ſuam poteſtatẽ eligendi tran
ſtuliſſent abſolutè in aliquos viros, nam ſi
Compromiſſarij negligenter intra tempus
à iure ſtatutum eligere prætermittant, ad
Generalem eligendi poteſtas nihilominus
deuoluetur, ſeq. tantum accuſent compro-
mittẽtes quòd in tam ſegnes homines eam
poteſtatem tranſtulerint. Ita Cuch. *Inſtit.*
Maior. lib.4. tit. de elect. nu. 38. & eſt tex.
expreſſus *c. ſi cõpromiſſarius. de elect. in 6.*
Et hæc huc uſque dicta certa ſunt apud
DD. omnes, quia cõceſſum ad tempus poſt
illud cenſetur denegatum. *l. ſi unus §. 1.*
vbi Bald. *ff. de pact. l. imperator. ff. de poſtu-*
lan. Rota *deciſ.348. & 517. corã Greg. XV.*
At meritò vocatur in dubium vnde ſibi
ſumat exordium tempus, quod Pontifex
præfigit electoribus ad celebrationem di-
ctæ electionis illis verbis *die ſequenti face-*
re teneatur. Nonnulli opinati ſunt prædi-
ctum tempus inchoare ab vltimo ſigno ad
electionem Definitorũ de more dato. Alij
verò, vt Tuſa *in ſuo manuſcripto*, multique
doctiſſimi viri rectiùs ſuſtinent ab vltimo ſi
gno ad electionem Prouincialis facto; ita
vt ſit ſenſus, *quam idẽ capitulũ die ſequen*
ti, qua fuerit congregatum (ſupple ad ele-
ctionem Prouincialis celebrandam) *face-*
re teneatur, quod ſi ea die, & ſequenti
non fuerit celebrata; tunc Miniſtri Pro-
uincialis prouiſio ad Generalem Miniſtrũ
liberè deuoluatur. Et hæc poſterior ſenten
tia hac potiſſimum ratione mihi probatur
quia aliàs ſequeretur idem iuris eſſe ſi debi
ta diſcuſſione non potuiſſent examinari in-
tra dictum biduum exceptiones, ſeu accuſa
tiones quæ tempore ſindicatus ſunt receptæ
in Diffinitorio iuxta diſpoſitionem conſti-
tutionis *conſueuit §* 4 Greg. XIII. datæ *an*
no 1573. contra dictum Prouincialem; ad
effectum, vt intra triennium ſui officij poſ-
ſit à ſuis Capitulis Prouincialibus, quæ ſe-
cundum regulam eorum, & cõſuetudinem
quotannis celebrantur, abſolui ab eiſdem
ſuis officijs, vel in eis rafirmari ſecundum
quòd vtiles, vel minus vtiles in eis inuenti
fuerit ſicuti declarauit Leo in bulla *Ite*
& vos. §.11. edita *anno* 1517. *die 29. Maij,*
ſed hoc eſt abſurdum, & alienum à ſancta,
& iuſta mente Pontificis. Ergo. &c. Pro hoc
facit quod poſt Hoſt. & Ioan. Andr. notant
Panor. *in c. quoniã quibuſdam. n. 6. de iur.*
patr. Biax. *in ſuo direct. de elect. p. 1. c. 23.*
3 *num.1.* & alij non deuolui, ſcilicet, electio-
nem ad Superiorem, ſi tempus ad eam cele
brandam elapſum ſit, non ex eo quod vota
inter ſe diſſentiant; ſed ex eo, quod inter
electores emerſerit quæſtio ſuper poteſta-
te eligẽdi, vt v.g. quibus competat, nec de-
ciſum fuerit, antequam labatur tempus, cu
ius rei potiſſima ratio videtur eſſe, quia nõ
eſt quod imputetur habentibus ius eligen-
di, cum per eos non ſtetur quin eligant, ſed
per litem ſibi obiectam: pro hoc videtur
textus *in c. 2. de in integr. reſtit.* vbi longo
tempore fuit certatum ſuper iure eligẽdi,
nec poteſtas fuit deuoluta: facit quoque *c.*
fin. de elect. vbi idem Panorm. quia electo-
4 ribus ſimpliciter impeditis non currit tem
pus ad eligendum. Creſcent. *deciſ. 5. tit. de*
reſignat. & Rota *deciſ. 220. nu. 4. & deciſ.*
852. *num. 9. coram Card. Seraph.* & eſt tex.
expreſſus *c. quia diuerſitatem. de conceſſ.*
præbend.
Dixi *ſimpliciter impeditis*, qa electores,
qui prohibiti ſunt celebrare electionem,
abſque licentia, non dicuntur ſimpliciter
impediti, ſi eam non celebrant, ex eo quòd
non petunt licentiam; ſed contra eos eſt re
gula. *Qui poteſt facere vt poſſit, iam dicitur*
poſſe l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Panorm. *in c.*
fin. de elect. & Sanch. *de matrim. lib. 4. diſp.*
2. in fine.

DVBIVM CVI.

An Generalis teneatur in caſu deuo-lutionis eligere in Prouincialem ali-

- aliquem de gremio illius prouinciæ vacantis? Et an redeat ad eũdem Generalem prouidendi potestas, si eius prior prouisio nõ est sortita effectum?

SVMMARIVM.

1 *Sensus prioris partis tituli quæstionis.*
2 *Superior iure deuoluto non potest prouidere de alienigena.*
Capitulum potest renunciare iuri eligentium, sed non Superior.
An prouisio iure deuolutionis facta de alienigena teneat? est duplex opinio.
3 *Sententia Authoris.*
4 *Dictio liberè quid importet?*
5 *An si prædicta prouisio non sortiatur effectum redeat eligendi facultas ad eundẽ Superiorem?*

1 
VO ad priorem partem tituli spectat aduertendũ est electionem Prouincialis, præsertim Minorũ posse deuolui ad Generalem duplici ex capite, prout manifestè habetur in clem. *exiui. §. deinum. de verb. sign.* Primũ est si electiones plures in discordia celebrari contingat, votis in diuersa diuisis. Et de hoc dictum est abundè *dub. 47. per totum.* Secundum est si Capitulũ v. g. Fratrum Minorũ die sequenti qua fuerit congregatum, Prouincialem eligere prætermittat, idest ex negligentia, vt est optimus textus *c. quia diuersitatem. de concess. preben.* Et hoc est, quod in præsenti quærit: An scilicet Generalis in casu deuolutionis, ex negligentia eligẽtium, eligere, siuè prouidere teneatur de Prouinciali, qui sit de gremio illius prouinciæ vacantis. Ad quod dubium dico Panorm. *in c. ne pro defectu. num. 7. de elect.* post Hosti. nedum asserere affirmatiuam sententiam sibi probabiliorem videri, vbi illic reperitur idoneus *per c. cum inter canonicos. de elect.* Sed etiam tutari talem electionem irritã esse, vbi fratres illius prouinciæ vacantis contradicerẽt, quod apertè suadetur secundum eundem ex *c. nullus inuitis. dist. 61.* vbi habetur clericos, seu canonicos posse talem Prelatum respuere, si non est de proprio gremio, quod sit eis iniuria, ex quo reperitur inter eos idoneus; & ratio potest esse, quia electio ad Superiorem deuoluta fieri debet, ab eo cum eisdem qualitatibus, cum quib. debet fieri à principio, vt multis DD. allegatis dixi *sup. dub. 7. num. 3.*

2 Et si obijceres dicta *dub. 35. num. 4.* validam, scilicet esse electionem, si Capitulũ eligit alienigenam. Responderet longè diuersam rationem intercedere inter Capitulum, & Superiorem: Capitulũ enim potest renunciare fauori eligentium, vt proprio, quod non potest Superior arg. *c. si diligenti. de for. compet.*

Et si obijceres tex. *d. c. ne pro defectu.* in quo priuantur electores iure eligendi, ex quo non elegerunt intra tempus eis præfixum, vt est in casu *clem. exiui. §. cæterum. de verb. sign.* Responderet eos perdidisse ius eligendi actiuè; non autem passiuè, & sic tantum puniuntur in hoc, nec habent duplicem soluere pœnam, ex quo vnica tantùm eis imponitur à iure; nam pœnæ sunt restringendæ. *de pœn. d. 1. §. pœna.*

At ex altera parte *gl. in d. c. ne pro defectu verb. ipsius.* affirmatiuam quidem sustinet sententiam; sed cum hac limitatione, vt scilicet, si superior elegerit aliquem extra gremium Ecclesiæ vacantis, nihilominus valida sit electio. Cum glos. sentiunt Io. Andr. *ibid.* qui affirmat hãc opinionẽ in praxi seruari, & Cõpost. refert Papã ita sibi rndisse.

3 Pro resolutione, hæc posterior opinio mihi longè magis arridet, nisi aliud suadeat approbata consuetudo, vel statutum vt notaui in *d. dub. 35. nu. 4.* & præcipuè in casu electionis Prouincialis Minorum, quia reuera nunquam auditum est talem electionem, seu prouisionem irritatam fuisse, prout refertur gl. *vbi sup.*

4 Dixi *& præcipuè in casu nostro,* quia diuersus est sonus verborum *d. c. ne pro defectu,* quod commentantur DD. pro prima opinione, à verbis *d. clem. exiui. §. cæterũ. de verb. sign.* quam nos hic attendimus: Diuersus autem hic sonus verborum facit ẽe diuersum sensum; ibi namque legitur, *ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur deuoluatur.* Hic verò dicitur. *Tunc Ministri Prouincialis prouisio ad generalem ministrum liberè deuoluatur.* Vndè cum aliquid debeat operari illa dictio *liberè* dicẽdum est ipsam importare præcisam, & totalem libertatem, Aymon. *cons. 122. nu. 5.* Ruin. *cons. 18. nu. 6. & cons. 84. num. 9. lib. 1.* quæ libertas, nec iure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur Socin. *cons. 170. nu. 8. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. q. 70. nu. 33.* Gonzal. *super reg. 8. cancell. gl. 45. nu. 23.* & hoc non est in casu *d. c. ne pro defectu.* ex carentia consi-

conſimilis dictionis: Eſt igitur ſenſus huius clement. *ad memoratum Generalem ita plenè deuolui electionem, vt eadem met libertate gaudeat eligendi, vel de gremio, vel extra gremium, qua gaudebant & ipſi electores antequam eligendi poteſtate priuarentur*, alias non deuolueretur ipſa electio liberè ad Superiorem; ſed pœnes eoſdem electores neſcio quid iuris eligendi remaneret; ſi ex hac parte dictam poteſtatē poſſent coarctare eidem Generali, vt ſcilicet, ſi extra gremium prouinciæ vacantis aſſumeret aliquem ad eius Prouincialatū nulla, & irrita eſſet talis prouiſio, cum id nō cur rat quando ipſi electores eligunt. Et per hæc diluuntur ſupradictæ reſponſiones Panorm. Cum enim dictio *liberè*, importent abſolutam diſpoſitionem, vt poſt Bart. Alexan. & alios conſuluit Roland. Valle. *conſ. 42. nu. 18. volum. 1.* nec non importet idē, quod dictio *plenè* Ruin. *conſ. 100. num. 4. lib. 1. & conſ. 121. nu. 2. ibid.* dicendum eſt ſine contradictione facere poſſe, qui liberè poteſt Menoch. *vbi ſup q. 7. n. 34.* & Gōzal. *num. 16.* vbi allegat Caleau. & Gozad.

5 Ad poſteriorem partem dubij reſpōdeo eligendi poteſtatem non reuerti denuò ad Generalem, ſi Prouincialis, quem ipſe iure deuoluto elegit è vita deceſſiſſet, vel renun ciaſſet, vel propter ejuſdemmet electi occultum vitium irritata fuiſſet illa prouiſio; ſed benè poſtea reddit ad electores, vt pro batum eſt *dub. 12. nu. 3. & ſeqq.*

DVBIVM CVII.

A qua & quomodo ſit confirmādus Prouincialis?

SVMMARIVM.

1 *Ad quem pertineat confirmatio Prouincialis de iure communi?*
2 *Quid diſpoſuerit Clemens VI. circa diſpoſitionem Prouincialis Seruorum B. M.?*
3 *Item quid ſtatuta Fratrum Minorum de Obſeruantia circa confirmationem omnium electionum illius Religionis?*
4 *Item quid ordinauerint cōſtitutiones Fratrum Minorum Capuccinorum circa confirmationem Prouincialis?*
5 *An Prouinciales Capuccinorum poſſint adminiſtrare ante confirmationem?*
6 *Quid importet dictio vt?*
7 *Quid dictio poſſit?*
8 *Quid ſibi velit clauſula exerceat ut electus?*
9 *An ſtatutum concedens facultatem adminiſtrandi ante confirmationem ſit validum?*
10 *Cuſtos Fratrum Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ poteſt adminiſtrare dum expectatur, & etiam antequam petatur confirmatio.*
11 *An qui dicuntur Vicarij Prouinciales in Ordine Minorum de Obſeruantia, & Capuccinorum ſint verè Miniſtri de quibus eorum Regula?*

1 ICO confirmationē Prouincialis ſpectare ad Generalem tamquam immediatum Superiorem iuxta notata *dub. 46. num. 2.* vbi per totū dubiū, & p dubiū antecedēs, & ſubſequens ſatis fusè ea dicta sūt, quæ de iore cōmuni hūc ſpectare poſſent. Ceterum ſtandum eſt meritò diſpoſitioni ſpecialis iuris, ac ſtatutorum cuinſcū

2 que Ordinis. Vt v.g. Fratribus Ordinis Seruorum B. Mariæ attendenda eſt bulla *regimini vniuerſalis*. Clemen. VI. ædita *anno 1346. die 23. Martij*, niſi aliter poſtmodū fuerit diſpoſitum, ibi autem §. 8. hæc habentur. *In quo* (ſupple Capitulo Prouinciali) *vnum ex dictis Fratribus ſufficientem, & idoneum in ſuum Prouincialē Priorem eligant, qui ſic electus & conſtitutus infra menſem à tempore electionis, & conſtitutionis huiuſmodi conſentire, & confirmationem à dicto Priore Generali, vel eius generali Vicario petere humiliter nō omittat, quam quidem electionem ſi canonica fuerit idem Prior generalis, vel eius generalis Vicarius, quem idem Prior generalis iuxta modum infraſcriptum deputare habebit vltra menſem à die qua p̄ ei ita fuerit non differat confirmare, quod ſi ex iuſta, & rationabili cauſa idem Prior generalis ſeu eius Vicarius munus confirmationis denegauerit, cauſam, ſeu cauſas huiuſmodi ſuis publicis, & authenticis litteris teneatur exprimere, & electoribus, qui eum elegerunt intimare, & de alio ſufficienti, & idoneo eum conſilio conuentus loci, vbi dictus Prior Generalis, vel eius generalis Vicarius fuerit vſque ad tunc immediatè ſequens Capitulum vtiliter prouidere. Circa confirmationes autem electionis Priorum Prouincialium in poſterum celebrandas modus prædictus per omnia obſeruetur.*

Item

3 Item Fratribus Minoribus de Obseruan
tia seruanda est constitutio illa Generalis
Vallesoletana *in c.8.fol. mihi* 161. sancita
de anno 1593.(supposito semp aliud post-
modum non esse cautum) *Electus autem
quicumque sit prater Generalem Mini-
strum(de quo infra)nullam auctoritatem
habeat quousque confirmatus sit ab eo,qui
electioni prafuerit,qui nimirum,nisi iusta
subsit causa,statim electum confirmet, qui
si electioni de se facta, consensum prabue-
rit,mox officium illud acceptare, & exer-
cere teneatur.*

4 Item Fratrib.Minoribus Capuccinis ser
uanda est illa sua constitutio. *Et eletto,che
farà il Prouinciale i PP.Diffinitori à no-
me del Capitulo mãdanò,ò scriuano al M.
R.P.Generale per la confirmatione secun
do la elementina,& in quel mentre, che
verrà la risposta possa essercitare l'officio,
come Vicario eletto,quando però stia in
essa prouincia.*

5 At super hanc Capuccinorum constitu-
tionem videtur iure optimo posse vocari
in dubium an dictus eorum Prouincialis
possit administrare ante confirmationem
vigore eiusdem constitutionis?Quod dubiũ
non ità facilè oriri posse videtur ex alijs su
pra recitatis dispositionib.cũ possit supple
ri quidquid difficultatis in simili casu eue-
nire posset per illum Præsidentem Capitu-
li,qui habet confirmare electionem de quo
constat in d.constitutione Fratrum de Ob-
seruantia, & itèm constat ex d. Bulla Fra-
trum Seruorum §.4.vbi habetur Capitulis
Prouincialibus assistere generalem Priorẽ,
vel eius generalem Vicarium, de quibus
sup. dixi.

Et rõ specialis dubitãdi de dicta institu-
tione Capuccinorum est quia negatiuè sen
tiendum, nam electus ante confirmationẽ
administrare non valet, vt probatum est
dub.44. nu.1. Ergo nec d.Prouincialis nõ
dum confirmatus;Consequentia patet,quia
constitutiones in recitatis verbis nullam
videntur tribuere iurisdictionem supra ius
6 commune per illud verbum *Come*, quæ di-
ctio importat similitudinem. *l. vt hæredib.
ff. de leg.2.* Bald. *cons.* 108. *n.3. in fi.uer.sed
interdum lib.1.Tusch.lit.D.concl.*402. vel
importat modum, & non conditionẽ Bald.
relatus à Tusch. *vbi sup.*

His tamen non obstantibus est affirma-
tiuè tenendum, nam constitutiones in re-
citatis verbis concedunt eam administra-
tionem,quam dictus electus non habet à iu
7 re communi, quod satis apertè indicat illa
dictio *possa*,quia est verbum extensiuum,
quod trahitur ad futura habentia causam
de præsenti. Alex. *cons.46.visis,& accura-
tè nu.2.vers.tertiò quia.lib.1.* & *cons.*138.
perspectis.nu.6.lib.5. vbi posuit. *In verbo
extensiuum* ait comprehendere ius de fu-
turo. Tusch. *lit.* D. *concl.* 335. Subiuncta est
autem post dictionem *possa* clausula *come
eletto*,ne electus censeretur confirmatus ex
eo,quod administret, quod proprium est
confirmati,sed ei notum fit ex illa clausula,
beneficio confirmationis ei opus esse,licet
exerceat officium.arg. *c.indemnitatibus.§.
si verò de elect.in 6.*

9 Sed iterum instabis si Religio per talem
constitutionem concedit illud,quod prohi
betur à iure communi. Ergo est correcto-
ria iuris communis,vt benè probatur ex di-
cendis *dub.*114.*nu.*2. Sed talem constitu-
tionem nequit condere vlla Religio, alias
actus est nullus quemadmodum notum fiet
ex dubio sequenti. Ergo esto admittamus
illam expositionẽ supra recitatæ constitu-
tionis:attamen ex hoc alio medio non po-
terit administrare talis Prouincialis ele-
ctus ante confirmationem.

Nec huic obiectioni satisfacit illam au-
ctoritatem datam à constitutione non esse
ordinariam,vt supponitur in obiectione,
sed esse delegatam, & ideò non corrigi in
hoc ius commune,nam sic insurgo contra,
Iurisdictio ex priuilegio Principis compe-
tens non personæ,sed perpetuò dignitati,
vel officio est ordinaria,& non delegata,po
testatisq,ordinariæ iura habet, vt multis
DD.allegandis probabitur *dub.*121.*nu.*2.
Sed huiusmodi est memorata iurisdictio.
Ergo censetur ordinaria, & non delegata.

Respondeo ad primam obiectionem ta-
lem constitutionem tenere etiamsi sit cor-
rectoria iuris communis per priuilegium,
10 quod concessit Greg. XIII. Fratribus Mi-
noribus S. Francisci strictioris obseruantiæ
in ordinationibus quas sanxit *anno* 1579.
pro bono regimine illius Religionis, ibi.n.
in §.12.hæc habentur. *Possint autem Cu-
stodes etiam dum expectatur, & antequã
petatur confirmatio prædicta cum plena
auctoritate liberè officio suo fungi.*

Quod priuilegium cum dictis Patribus
Capuccinis, & alijs quoque Religiosis com
monicantibus in priuilegijs suffragetur, cõ
sequens est dictam constitutionem eorun-
dem Patrum validam esse per dicenda in
sequenti dubio.

Alterũ dubium est super eãdem constitu
tionem,siue illud nomen *Vicario*,quo & in
recitatis

mutatis verbis, & alibi sæpè ipsorummet Capuccinorũ constitutiones appellant Prouincialem, & nunquam Ministrum meritò enim dubitari potest an hi Vicarij sint de illis Ministris, de quibus habetur in Regula Minorum *Præcipio firmiter Fratribus vniuersis vt obediant suis Ministris?*

Respondeo Pauli III. in Bulla Religionis illius Fr. Capuccinorum quæ incipit *Exponi nobis &c. §. 10. edita anno 1536. octa-*
11 *uò Calend. Septemb.* hæc ad rem nostram habere *Insuper vestigijs piæ memoriæ Pij Papæ Secundi prædecessoris nostri etiam in hac parte inhærendo, qui aliàs ex certis causis auctoritate Apostolica ex certa scientia in fauorem familiæ de Obseruantia interpretatus est, ac declarauit, quòd cum Apostolica Sedes Generalem totius Ordinis Minorum Ministrum Generalem, & Prouinciales Vicarios Ministrorum loco certis pijs, ac sanctis respectibus esse voluisset, ac decreuisset, Vicarij ipsi, qui illis praeessent, & quibus ipsi ex debito eorum professionis obediebant, veri, & indubitati ipsorum ministri, cum tales B. Franciscus dicti Ordinis institutor eos esse intellexisset quò adusque præfata sedes in cuius arbitrio consistebat aliud alio respectu ordinare statuisset, essent ac perpetuò forent differentes à prædictis Ministris solo nomine, eosq. qui dictis Vicarijs obedirent secundum dictæ sedis determinationem eorum Regulæ, & præcipuè in ea parte, vbi erat (præcipio firmiter Fratribus vniuersis, & obediant suis Ministris) plenè, & integrè satisfacere auctoritate, ac scientia prædictis declaramus, & decernimus quòd donec aliter super præmissis per præfatam sedem ordinatum fuerit Fratres Capuccini prædicti eorum Vicarijs, prout de Vicarijs familiæ per dictum Pium prædecessorem, vt præfertur, statutum fuerat, obediendo plenè, ac integrè præfatæ Regulæ satisfaciant.*

DVBIVM CVIII.

Quæ authoritas, & iurisdictio Custodum?

SVMMARIVM.

1 *Quid significet nomen Custodis in Regula Minorum?*
2 *An possint statuta condi contra ius Canonicum? nu. 4.*
3 *Quæ confirmatio possit validare statuta correctoria iuris communis?*
5 *Quare consuetudo, non verò statutum derogat iuri communi?*
6 *Vbi constitutiones Capuccinorum corrigant ius commune in electione Custodis?*
7 *Priuilegium cuius virtute constitutiones possunt ius corrigere ius commune.*
8 *Vltra hoc priuilegium non extenditur authoritas Custodum Capuccinorum in sibi subditos.*
9 *Secus verò dicendum de Custodibus strictioris obseruantiæ.*
10 *Ratio huius diuersæ authoritatis.*
11 *Authoritas Custodum Capuccinorum circa sibi subditos.*
12 *Authoritas eorundem circa alia, quæ non versantur circa iurisdictionem in subditos.*

1 
OMEN Custodis est nomen officij, vel dignitatis quod ponitur persæpè in Regula Frat. Minorũ, vbi quandoque generaliter sumitur varia sub se Prælatorum genera comprehendens teste Rodriq. *tom. 1. q. 70. art. 1. in prin.* Quandoque verò specialiter, & propriè accipitur pro Prælato quodam Ordinario à Generalatus, Prouincialatus, Guardianatusq. munere distincto, de quo meminit eadem Regula illis verbis *c. 4. in fin. Ministri solùm, & Custodes sollicitam curam gerant. &c.* Quo in loco nomine Custodum intelliguntur Custodiarum Custodes, prout declarauit Nic. 3. *c. exijt. de verb. sig. in 6.* glos. in *clem. dudùm. verb. Custodes.* vbi quoque Panorm. *in c. 17. de sepult.* idest intelliguntur prælati, qui præsunt cuidam certo, ac determinato Guardianorũ numero, & subsũt prouincialib. De his ergo Custodibus sic specialiter acceptis quærimus quanta sit authoritas, & iurisdictio? Ad cuius quæsiti solutionem necessarium est aduertere.

2 Primò Communitates Ecclesiasticas, & Religiones nullo modo posse statuta, aut decreta condere contra ius commune, nisi specialia priuilegia eis faueant, aliàs nulla sunt. *c. quod super his. de maior. & obedien.* Panorm. & Dec. *in c. si duobus. de appell.* Nauar. *lib. 1. consil. num. 1. de elect. in nouis;* in terminis nostris Rodriq. *tom. 3. q.* 3
11. art. 1. circa med. Suar. *de legib. lib. 6. c. 26. num. 7.* Duard. *in bullam. Domini. lib. 1. c. 1. q. 1. num. 7.* Rota *decis. 16. num. 7. p. 8. coram Greg. XV.* & moltis allegat. in dicit esse communem conclusionem. eadem

Rota

Rota *decis.103.num.7.p.2.diuers.*

3 Hoc tamen dictum limita nisi scilicet talia statuta, seu decreta sint expressè confirmata à Summo pontifice in forma speciali, nam in forma communi non operatur Rota *d.decis.267.coram Greg.XV.* vbi additionator multas alias decisiones & DD. cumulat. Sicuti nec etiã confirmatio quantumcunq. amplissima Legati à latere aliquid iuuat Gratian. *discept forens.c.9. nu.10.in fin.* Marches.*p.3.tit.de commiss. nullit.famat.§.5.nu 84.* Rota *decis.145. nu. 6.p 1.* & latè *d.decis.103.num.27.p.2.diuers. & decis.339.n.3.p.2.in recent.& decis.4.n.4. penes eund. Marches.p.1.tit. de commiss. appel.in cau.benef.c.7.in fin.* & in terminis de elect. Rota *in Toletana canonicatus 18. Maij 1584. coram Clem. VIII.* penes Garc.*de benef.p.5.c.4.sub nu.165.*

4 Rationem huius praenotandi tradit Panorm.*in c.cum in tanto.nu.9.& 10. de consuetud.* quare scilicet non possint statuta condere contra ius commune canonicum, & ait esse, quia ius canonicum principaliter intendit hominem dirigere in Deum, & venit ad bonum publicum Ecclesiasticum: vnde statutum contrarium editum ab inferioribus praesumitur temerarium, & ambitiosum, & fini aeterno contrarium: ideò non potest Papa conferre potestatem Clericis statuendi cõtra Canones, iuxtà tamen Bal. *in l.omnes populi.col.5.vers. sed hic dubitatur ff.de iust.& iur.* quem sequitur idem Panorm. *vbi sup.* ex causa vrgenti, & verisimiliter nõ praeuisa à canone potest fieri statutum contra Canonem: & pro hoc facit *l. si hominem.ff.mand.* Et hinc est quod dixi in praenotando requiri, scilicet, confirmationem Pontificis in forma speciali.

5 Neq. huic rationi obstat me toties argumentatũ fuisse consuetudinem iuri communi derogare, & in his terminis tradit idem Panorm. *in clem.& si principalis. nu.6. de rescript.* Nam respond. cum eodemmet Panorm. *in d.c.cum tanto.* consuetudinem tolerari tum quia surgit ex tacito consensu *dub.44.num.5.* & non praesumitur tamen ambitiosum verò in primis, quia magis scandalum oritur ex consuetudinis reprobatione cum concurrat tacitus consensus, & longo tempore continuatus.

6 Secundò aduertendum est illas constitutiones esse correctorias iuris communis, quae auferunt electionem Custodum à suis Custodijs, & dant eam Prouinciali, & Diffinitoribus, prout latè probabitur *dub. 60.num.* [illegible]

7 Tertiò aduertendum est nullam aliam cõfirmationem in forma speciali, nec item ullum priuilegium extare, quo possint subsistere illae constitutiones, itaut nõ sint nullae, & per consequens actus virtute illarum factus non sit quoque nullus, nisi illud priuilegium Clement. IV. quod refertur in *Compend. tit. Custodes:* quo statuit *quòd Custodes, & Guardiani qui secundum statuta Ordinis Fratrum Minorum, aliter quàm per electionem instituuntur: post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factã, curam animarum sibi subditorum ipsius Ordinis habeant, ipsosq. ligare, ac soluere possint iuxtà ipsius Ordinis instituta.*

8 His sic animaduersis accedo ad propositi quaesiti solutionem, & dico primò Custodes Minorum S. Francisci Capuccinorum nulla alia iurisdictione ordinaria in sibi subditos gaudere, nisi ea quam eis tribuit hoc memoratum priuilegium Clem. IV. & extra casus in hoc priuilegio expressos nõ extenditur eorum facultas super subditos, nec alijs priuilegijs fruuntur, qui Custodibus simpliciter conceduntur aliquam auctoritatem super subditos, nisi in eis specialiter, & expresse addatur clausula, vel consimilis *Custodes qui secundum statuta Ordinis, aliter quàm per electionem instituuntur. &c.*

Haec assertio longè lateq. probata relinquitur ex ratione facienda *dub. 120.*

9 Dico secundò Custodes Patrum Reformatorum de Obseruantia, siuè strictioris Obseruantiae amplissima authoritate gaudere, quae eis tribuitur à Greg. XIII. in bulla, quae incipit *cum illius. &c.* edita anno 1579. & prius à Clem. VII. in bulla, quae incipit *In suprema militantis. &c.* edita anno 1532. quae à Clemen. VIII. confirmatae, & declaratae fuerunt per Bullam *pro iniuncto nobis* anno 1596. & 1603. & item à Paulo V. in bulla *postulat Apostolici.* de anno 1607 *die 14. Februarij.* Et insuper eisdem Custodibus fauent omnia priuilegia, & indulta Custodibus simpliciter concessa.

Ratio diuersitatis harum conclusionum est, quia Custodes strictioris Obseruantiae, eliguntur à suis custodijs, prout iura postulant, vt patet ex praecitatis bullis. At Custodes Capuccinorum non per electionem, sed per prouisionem constituuntur, vt nõ obscurè liquet ex illis verbis suarum institutionum. *Fatta la prouisione de' Guardiani si farà parimente quella de' Custodi.* Et clarius ex descriptione prouisionis *dub. 119.*

Ex

ex dictis infertur primò Custodes Capuccinorum nullam iurisdictionem, anthoritatemuè habere in sibi subditos, nisi vt in casibus vrgentibus, in quibus non potest adiri Prouincialis, prouideant, prout eis videbitur expedire: ita nāq. concedunt eorum constitutiones.

Sed rogabis primò an in ijsdē casibus vrgentibus in quibus nō patet aditus ad Prouincialem possint dicti Custodes tollere à suis subditis irregularitatem, vel inhabilitatem, vel aliud quoduis impedimentum, quod ad sui abolementum requirit dispensationem; non autem absolubtionem, & ratio interrogationis potest esse, quia in prefato priuilegio Clem. IV. non datur eis facultas nisi ligandi, & absoluendi iuxta Ordinis instituta, sub qua nunquam venit facultas dispensandi, secundum quod probabitur dub. 97. per totum. vnde videtur meritò negatiuè sentiendum. Respondeo cum Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 21. nu. 16.* iuxta ordinarium, & proprium vsum iuris canonici sub facultate absoluendi non venire quidem facultatem dispēsandi. Sed sub facultate soluēdi, atq. ligandi certū est comprehendi authoritatem dispēsandi. Immò addo nō solum Custodes prædictos Capuccinorū vigore verborum recitati priuilegij, id posse in casu de quo agimus: verū etiam vigore iuris communis. Nam quando reuera ingens, ac magna necessitas vrget dispensandi, seu habilitandi, & est periculum in mora: tūc ex rationabili interpretatione voluntatis Superioris potest inferior dispensare in eius lege, seu habilitare, iuxta doctrinam traditam *d. 98. nu. 7.*

Rogabis secundò quare Custodes qui aliter quàm per electionem instituuntur non possint frui priuilegijs quorū vsus expressè nō conceditur eis à statutis Religionis, nisi in eisdem priuilegijs addatur clausula, vel consimilis *Custodes, qui aliter quàm per electionem instituuntur* cum ad effectum vt Guardiani possint eis vti, sufficiat, vt statuta non contradicant etiam si nō sit apposita talis clausula iuxta dicenda dub. 120. R̄ndeo quòd quamuis Custodes, & Guardiani parificētur in d. priuileg. Clem. IV. attamē ita diuersimodè interpretatur, quia Custodes in ordine minorum vsque in hodiernum diem sunt in duplici differentia, alij enim sūt, qui eliguntur à suis Custodijs, & sunt alij qui per viā prouisionis instituuntur. At Guardiani nunquam post fratrum Minorum memoriam electi fuerunt à suis conuentibus in nulla cōgregatione eiusdem ordinis, prout testantur statuta Vallesoletana *PP.* de obseruantia, de quibus d. *111. n. 8.* Hinc est vt priuilegia Custodib. cōcessa ita sint strictè interpretanda vt dictum est, & non alia Guardianis facta, quia illa possunt effectum habere absq. derogatione iuris cōmunis: non verò hæc, vt latius explicabitur d. d. *120.*

13 Tandem de priuilegijs quæ non versantur circa iurisdictionem in subditos vide quę *in d. d.* 120. dixi de Guardianis, & huc proportionabiliter applica.

DVBIVM CIX.

An Custodes Minorum possint conuenire ad capitulum Generale? & an in eo vocem habeant?

SVMMARIVM.

1 *Qui vult consequens, vult quoque omne necessarium antecedens ad illud.*

2 *Declaratur.*

Custodes ex regula Minorum habent solum cum Prouincialibus eligere, & deponere Ministrum Generalem.

3 *Cæteras electiones hūt ex Constitutionib.*

Custodes Capuccinorum in electionibus quibuscumque capitularibus sunt vocales, vt Prouinciales.

1 

D priorem ex propositis quæstionibus respondeo affirmatiuē, vt manifestè constat ex Reg. Minorū c. 8. hēc. n. *text. electio successoris fiat a ministris Prouincialibus & Custodibus*, vbi per Custodes intelliguntur Custodiarum Custodes, quemadmodum patet ex præcedenti *d. n. 1.* Et ad hunc effectum non refert an eligātur ab vniuersitate subditorū, seu prouideantur ab alijs, modò id fiat iuxta constitutiones ordinis, vt perspicuum fit ex eodemmet *dub. nu. 12.*

Sed his dictis obijcies primò ex præcitatis illius Regulæ verbis, & ex toto illo 8. capite non haberi, nec cōcludi Custodes posse conuenire ad Capitulū generale: sed tm̄ posse eligere, & deponere Gn̄alē Ministrū. Ergo Custodes non p̄st conuenire ad Capitulū, si absint à loco, in quo celebrandū est *dict. cap.* generale, quod confirmatur ex ipsamet Regula, vbi. n. loquitur de cōuocatione d. Capituli gn̄alis meminit tm̄ de Prouincialibus his verbis *In quo Prouinciales Ministri teneantur in simul conuenire; vbicūq. à Gn̄ali Ministro fuerit cōstitutū:*

Respon. illum qui vult consequens, velle quoque omne necessarium antecedens ad illud *l. illud, de acquir. hered. l. ad rem. & l. ad legatum ff. de procurat. DD. passim. in c. cum M. de consi. & c. ex parte. de spons.* sed si Regula vult electionem Generalis Ministri spectare ad ministros Prouinciales, & Custodes in capitulo Generali per consequens etiam Custodes conuenire tenentur ad dictum Capitulum generale, sicut, & Prouinciales, nō quidē expresse; sed tacitè, & per quandam consequentiam.

2 Sed replicabis. Si ille qui vult consequens, vult quoque omne necessarium antecedens ad illud. Ergo nō vult illud in quo consequēs est maius suo antecedēte: idest non comprehendit ea quæ maioris sunt iurisdictionis, quā illud, quod principaliter demandatur: Consequentia patet, quia non est necessarium antecedens Bar. *in l. 1. ff. de iurisf. omn. ind. col. 11. Dec. in rubr. de appell. nu. 15.* vbi Additionator refert *Ias. May. in l fin. col. 2. C. de hared. inst.* Ergo Custodes excepta depositione, & electione Generalis Ministri nullam aliā potestatē eligendi habent in Capitulo generali ex vi regulæ, quia solum eis demandatur hoc, & non aliud.

3 Respōdeo id verissimum esse ex vi Regulæ: Sed ex vi Constitutionum, seu statutorū alicuius Ordinis Franciscani gaudent eligendi potestate in omnibus electionib. Capitularibus, nō secus ac prouinciales, vt est apud Capuccinos, quorum constitutiones habēt, *Et i Custodi predetti siano tutti vocali, come i Prouinciali.*

CAPVT TERTIVM.

De electione, & Potest. Diffinitorum, & Discretorum.

DVBIVM CX.

Ad quos spectet electio Patrum Diffinitorum?

SVMMARIVM.

1 *Ad quos spectet electio Diffinitorum de iure communi?*

2 *Quomodo electio Diffinitorum apud Canonicos Regulares Lateranses se conformet dispositioni iuris communis?*

3 *Item apud Congregationem Cassinensem Monachorum Ord. S. Benedicti?*

4 *Item apud ordinem Seruorum B. M.?*



1 De iure communi videtur spectare ad Capitulum Prouinciale si nobis est sermo de Diffinitoribus Prouincialibus, & si est sermo de Diffinitoribus generalibus videtur spectare ad totam Religionem, ita vt vel ipsi Diffinitores eligātur in Capitulo generali, vel vt vnaquæq. Prouincia eligat suum Diffinitorem generalem; Ratio aūt ratio ea videtur esse, quia cum ipsi PP. Diffinitores fiat participes Officij, cuius Diffinitores sūt, ita vt vnā cū prouinciali, vel generali totam prouinciæ, siuè Religionis congregationem representent, vt ex sequenti dubio plenè notum fiet. Ideò meritò eligēdi videntur, vt dictum est, &c.

2 Hinc Paul. V. pro stabilienda æqualitate votorum, & suffragiorum in Diffinitorio tā in Capitulo, quām in dictis generalib. Canonicorum Regularium Lateranēsium statuit, & ordinauit *anno 1605. die 30. Dec ita per bullam Pastoralis nostri. vt de cætero, in eodem Diffinitorio vnus ex Marchia Ecclesiast. alius ex statu, & Ducatus Mediolani, alius ex Marchia Triuisana, alius ex Principatus Pedemontiū coniunctim vnā cum Monasterijs Placētia, Parma, Mātua, Regij, Mutina, & Vignola; & alius ex Hetruria Reg. Neapolis, & Genua, Monasterijs eiusdem Cōgregat. qui respectiuè sit ad hunc effectum pro vna vice ex dictis Monasterijs Hetruria & Genua, & pro alia ex Neapolis perpetuis futuris temporibus eligi debeat*

3 Hinc quoq. idem Paul. V. In ordinationibus, & statutis æditis *anno 1607. die 6. April.* pro bono regimine Cōgregationis Cassinensis Monachorum Ord. S. Benedicti in *§. 9.* hæc hēt ad rem nostrā. *Et vt deinceps in Diffinitorio æqualitas votorum habeatur, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in dictis septem Prouincijs nouem Abbates Diffinitores, ex quib. Romana vnū, Hetruria vnū, Neapolitana vnū, & Sicilia aliū, & Liguria aliū: Veneta verò & Lōbardia Prouincia pacta ob aliorū maiorum Monasteriorum numerum pro qualibet earum duos Abbates huiusmodi ex illis respectiuè oriundos habeant, eligantur, ac deputentur. Dictique nouem Diffinitores canonicè per vota, & serutinia secreta, vt moris est, canonicè electi in quibus-*

busc unque Capitulis Generalibus omnes, & singulas tam spirituales, quàm temporales gratias, & facultates ab hac sede Apostolica eis concessas, & quas hactenus habuerunt, habeant, hac tamen ratione, ut posthac singuli Diffinitores septem prouinciarum prædictarum diuersarū nationū, & professionum existant, nulloq. modo duo ex eadē natione, vel professione vno & eodem tempore in prædicto Capitulo, licet ex diuersis prouincijs prædictis professi sint, esse patiantur; sed ex eisdem prouincijs oriundi eligantur, vt supra, aconstituantur.

§. 10. Et ad tollendam dictorum Diffinitorum perpetuitatem quieti dictæ Congregationis maximè contrariam, quod singuli quoque anno tres Diffinitores ex antianitatis antiquioribus duo nempè ex Lombardia, Veneta, & Liguria, ac vnus ex Romana, & Hetruria, Neapolitana, & Sicula prouincijs prædictis ab eodem Diffinitorio per biennium vacent, ac illorum loco tres substituantur respectiuè ex eisdem prouincijs; ita vt semper vnaquaq. prouincia suum semper habeat Diffinitorem, *seu Diffinitores præscriptum, vel præscriptos.*

§. 11. At si aliqua iusta causa Abbates alicuius prouinciæ, ad prædictum Capitulum non accederent, vel accedentes ab electione Diffinitorij exclusi remanerent, seu illo anno Visitatorum officio functi essent, seu quòd per biennium minimè vacassent, & eo casu in prædicto Diffinitorio ab huiusmodi exclusi essent: tunc ex prouincia illa vicinior Abbas Diffinitor, seruatis tamen superius narratis pro illa vice tantū eligatur. Quæ Decreta confirmata fuerunt ab eodem Pontifice *anno* 1608.

4 Hinc Clemens VI. pro ordine Fratrum Seruorum B. Mariæ decreuit *anno* 1346. *die* 23. *Martij* in bulla *regimini vniuersalis in §. 7.* & ordinauit, *vt amodò singularum prouinciarum prædictarum Fratres eligant vnum Fratrem prouidum & maturum in Diffinitorem pro generali capitulo, & fiat huiusmodi electio in prouinciali Capitulo, quod immediatè præcedit Capitulū generale. Diffinitores verò pro Capitulis prouincialibus eligantur à Fratribus in eisdem Capitulis Prouincialibus congregatis.*

Et hæc sufficiant cum prolixior, quàm par est, & nimis superfluus iure optimo videri possem, si cuiuscumque Ordinis statuta, & ordinationes hic recensere vellem, & eò magis quò facilimè euenire potest, vt aliter in eisdem Ordinibus, & Religionib. cautum sit, nec mihi constet.

DVBIVM CXI.

Quæ authoritas, & Officium Definitorum?

SVMMARIVM.

1 *An quis teneatur sequi consilium sibi datum, & an idem iuris sit de consensu?*
Ethymologia vocabulorum consilium, & consensus.
2 *Casus in quo consilium sapit consensum.*
3 *Actus expediendus de consensu collegij debet expediri collegialiter.*
4 *Nisi necessitas ingens vrgeret.*
5 *Vel nisi illi de collegio haberent consentire, circa actum, qui tenet quidem; sed per ipsos potest irritari.*
6 *Vel nisi adesset contraria consuetudo secundum minus probabilem opinionem.*
7 *In Societate Iesu Superiores non tenentur sequi consilium suorum Consultorum?*
8 *In quibus causis Generalis, siue Prouincialis denuinciatur petere, & sequi consilium suorum Diffinitorum.*
Diffinitoris sunt participes Officij Generalis, siuè Prouincialis.
9 *Quando, & qua causa expediendæ sint collegialiter à Generali, vel Prouinciali cum suis Definitoribus?*
10 *Prouisio facta de aliquo Guardiano de quo non præcessit actus collegialis est nulla.*
11 *Omnes Prælati tenentur consilium requirere in arduis negotijs.*
12 *Et an etiam Summus Pontifex.*
13 *Attestatio Card. Paleoth. de humilitate Summorum Pontificum in sequendis cōsilijs sibi datis.*
14 *Quando in foro interiori teneatur quis sequi consilium sibi datum.*
15 *Casus in quo Prælati non tenentur requirere consilium, nec etiam consensum.*



T hanc materiam, quę seuera mihi, grauissima est, debito ordine pertractemus; primò fundamenta ponemus, deindè eliciemus cōclusiones, & denique inferemus solutionem singularium quæstiunculatum: Ac vltimò quasi obiter trademus doctrinas generales ad omnes Prælatos spectantes.

1 Primum igitur fundamentū est neminē regulariter obstringi datum sibi consilium sequi, licet debeat requiri, etiam in casib. in quibus si nō requireretur, actus esset nullus, vt probant tex. in c. 1. de monac. & cap. in veteri de elect. vbi Panor. in vtrumque tex. & in c. ad apostolicam. de regul. in fin. & in c. quanto. nu. 5. de his quæ fi. à prælat. Bar. in l. 1. §. si pluries. in 4. quæst. ff. de exerci. Fel. in c. ex parte verò. ne sed. vac. in. 6. Feder. de sen. cons. 59. credo de iure. in prin. Silu. tit. consilium. q. 1. Tusch. lit. C. concl. 769. num. 2. & Gonzal. sup. reg. 8. cancell. glos. 46. num. 61. & glos. 47. & num. 7. E contra verò cōsensum quis debet sequi, vbi necessariò est requirendus, aliàs actus est nullus, & inanis d. c. cum in veteri, vbi glos. verb. expectatum. circa med. de elect. Ioan. And. in c. cum olim. num. 10. Host. num. 4. Panorm. num. 4. Imol. num. 7. & Ant. à Buc. num. 14. de arbit. Bald. in rub. C. de instit. actio. nu. 5. Lambert. de iurpatr. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 12. num. 6. Menoch. cons. 69. nu. 17. & 18. vol. 1. & in puncto de consilio de consensu. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 34. num. 24. & quamplurimi alij allegati per Gonz. ubi sup. glos. 47. n. 2. & 3. & tandem peroptimè declarant statuta Cartusiensis Ordinis p. 2. c. 4. nu. 1. & 2.

Ratio huius diuersitatis secūdum Host. procedit ex propria significatione vocabulorum, quæ inter se differt: nam consensus est similis sensus; dicitur enim à Con. quod est simul, & sensus, quasi qđ sit simul: vnde si habeo aliquid agere cū cōsensu tuo, ego debeo sentire tecum, & tu mecum: aliàs non est consensus, sed dissensus. c. 1. dist. 31. & c. tua. de spon. & per consequens non valet actus si non habeo consensum tuum: & pro hoc facit d. c. vnicum. ne sed. vac. in 6. Consilium verò iuxta suam etymologiam est consultorum responsiones legere, quia is qui requirit consilium, habet legere; seu eligere id quod sibi magis libet ex responsionibus consultorum, vel dic naturam consilij esse persuadere, non cogere l. in furto. §. rectè. ff. de furt. ita vt illud inuitus sequi nemo teneatur, vt post Bald. dixit Felyn. in d. c. cum oēs. in 10. limit. de const. Paleot. de sacr. consist. p. 1. q. 3. ar. 4. vers. ex altera verò parte Tusch. d. concl. 769.[illegible] nu. 8. Statuta Cartusiensis ordin. vbi sup.

2 Hæc autem procedunt, vt dixi, regulariter, nam consilium sapit consensum in varijs casibus, & in primis, vbi ille qui habet impendere consilium est collega, vel particeps officij: tunc enim consilium meritò habetur pro consensu, qui vt declaratum est, ex sui natura obligat, & iste est proprius casus. c. venerabili. de off. de leg. secundum vnum intellectum: nam coadiutor, qui datur Prælato est particeps illius officij: & ideò licet ius dicat requirendum esse consiliū coadiutorum: ibi tamen accipiendū est consilium pro consensu: quia alias officiū suum esset superuacuum, vel non esset particeps officij. Hanc limitationē sustinent Host. & Panor. in d. c. cum olim. & itē Panor. in d. c. venerabili. nu. 10. de off. deleg. Bal. in rubr. C. de instit. act. nu. 5. Bar. in d. l. 1. §. si pluries. nu. 7. cōiter receptus teste Nauar. lib. 1. cons. 9. nu. 13. de const. in prin. Syluest. vbi sup. q. 2. Tusch. cōcl. 770. & Gonzal. vbi sup. gl. 46. nu. 78. vbi de communi.

3 Secundum fundamentū est, vbi actus expediendus est de consensu alicuius collegi[illegible], siue cōitatis non sufficere illos de collegio separatim cōsentire; sed necessariò requiri, vt in vnum congregati collegialiter cōsentiant, aliàs actus est nullus c. in genesi. de elect. & l. 1. C. de decim. lib. 10. Dec. in c. cum oēs. nu. 47. de cōst. Nec id est speciale in electione, quidquid nonnulli dixerint; sed indistinctè, & vniuersaliter hoc dictum tutātur Panorm. in c. cum Ecclesia. nu. 14. de caus. possess. in c. ecclesia. n. 2. de fortil. in c. quia propter. n. 12. de elect. & in c. cū oēs nu. 5. de cōstit. vbi latè Felyn. nu. 24. & seq. quem multis allegatis sequitur Gonzal. sup. regul. 8. cancel. gl. 47. nu. 64. Bart. in l. oēs populi. in 3. q. princ. ff. de iust. & iur. Syl. tit. consensus. q. 4. nu. 5. Præposit. in c. quotiescunque 10. q. 2. vers. quod si necessitas. nu. 2. Biax. in suo direct. elect. p. 3. c. 21. nu. 2. Io. Bapt. Ferret. in c. cum omnes. nu. 52. de const. in in repet. & tādem firmauit Rota decis. 382. nu. 3. p. 2. in recent.

4 Hoc fundamentū tripliciter limitandū est, prout ad rem nostram spectat, & primò vt non procedat, vbi imminet necessitas, & periculum, quia in huiusmodi euentu nō est requirendus consensus quando commodè haberi non potest, etiam si aliàs esset requirendus c. vnic. §. pen. vbi glos. verb. in mora. ne sed. vac. & item gl. in c. si pro te. verb. assensus. de rescrip. in 6. Lud. Rom. singul. 693. ex longæuo. Bar. in d. l. 1. §. si pluries. ff. de exercit. vers. secundò quæro. & Fely. in c. cum accessissent. nu. 20. & 21. de constit. & pro hoc facit quod habebitur in fine dubij, & item qđ dictum est dub. 9. nu. 6. quidquid dicat Rebuff. in praxi benef. tit. de forma vicariatus. nu. 95. approbatus à Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 34. nu. 26.

Secun-

5 Secundò limitandum est dictum fundamentum, vt non procedat vbi illi de collegio habent consentire circa actum, qui tenet, & per ipsos potest irritari: tunc enim ad hoc, vt hæc facultas irritandi cesset pñt ei etiam non collegialiter renunciare, vt voluit Bal. quem refert, & approbat Fely. *in d. c. cū omnes, nu. 26.* Ferret. *nu. 53. in repet. de const.* Exemplum fit, prout afferunt dicti DD. de eo, vel eis, qui ad Congregationem erant vocandi, & non fuerunt vocati, quia ab his ratione huiusmodi contemptus potest actus validus infringi, vel etiã potest hoc vitium contemptus per singulos separatim purgari, & ratificari actus iuxta dicta *dub. 10. nu. 11. & seqq.* & ratio est, quia non fundant actum; sed remouent obstaculum, & ipsimet actui adminiculantur. Dixi *non fundant actum*, quia v. g. elector contemptus, idest non vocatus vocandus, non est computandus, nec in numero eorum, qui in electum consenserunt, nec in numero eorum, qui congregationem, siue capitulum constituunt intra duas partes eorum omnium, qui debent, volunt, & possunt venire, ita vt aliquo modo augeat numerum suffragiorum; sed tantum remouet obstaculum, i. si maior pars duarum partiũ eorum electorũ, qui debent, volunt, & possunt, iam consenserit in electum: tunc contemptus adhibens consensum operatur, vt non possit amplius prosequi contemptum; Vnde non potest contemptus validare electionem, quæ est nulla ex eo, quòd maior pars duarum partium Capituli non consenserit in electum, vt fuse declaratum est in præcitato dub. 10. Ita Bian. *in sum. dir. elect. p. 1. q. 9.* Host. & Butr. *in c. Ecclesia vestra. nu. 9. de elect.* Tolol. *in tract. de elect. c. 14. n. 6.* & ita intelligendum censet Olde. *cons. 64.* Et hoc (dubitat Bar. *in c. in genesi, nu. 11. & in c. quia propter, nu. 2. de elect.*) alia mente repone, quia non solum seruiet tibi in actu electionis; sed in omnibus actibus collegialiter explicandis, quod & confirmat Tolol. *c. 15. nu. 1.*

6 Tertiò limitandũ est d. fundamentum, vt non procedat, vbi consuetudo viget, vt illi de collegio consentiant singulariter, ita post Bald. tenuit idem *in d. c. cum omnes.* & ratio est, quia vt ipse credit, talis consuetudo potest subsistere ex eo, quod in leue detrimentum Ecclesiæ cedit, quæ ratio sufficiens est, vt consuetudo teneat Panormit. *in c. 1. in fi. de consuet.* At hæc limitatio nõ videtur admittenda, & ideò de illa meritò dubitat. Felin. *in c. cum causa. nu. 21. de re iud. & in cap. eam te. de rescript.* & eam respuit Ferret. *in d. c. cum omnes. num. 56. de const. in repet.* vbi pulchrè respondet rationibus Baldi.

7 His fundamentis iactis sit prima conclusio Superiores earum Religionum in quibus Diffinitores habent votum solummodò consultiuum, vt est in Societate Iesu, & ideò non dicuntur Diffinitores, sed Consultores, non teneri illorum consilium sequi, licet adstringantur requirere; sed posse, auditis in rebus alicuius momenti Consultoribus, decernere, quod sibi ad maiorem Dei gloriam expedire videbitur, prout de Superioribus dictæ Societatis Iesu narratur in bulla *exponi nobis nuper*. Gregor. Decimiquarti edita *anno* 1601. *die 30. Augusti*, iuxtà modum, & dispositionem, quã constitutiones illius Religionis, & Apostolica diplomata præscribunt in deliberationibus faciendis, ac vniuersa illius gubernatione.

8 Sit secunda conclusio Patrem Generalem, siue Patrem Prouincialem obstringi petere, & sequi consilium suorum Diffinitorum generalium, vel Prouincialium, cum proportione, in quibuscumque causis, quæ non inconsulto Definitorio pertractari debent, aliàs actus est nullus, & manet ex defectu iurisdictionis, & ratio est q. a ipsi Definitores sunt sui Generalis, vel Prouincialis coadiutores, siue collegæ, vel participes Officij: habent namq. votũ nedum consultiuum, sed etiam decisiuum, vt supponitur in proximè præcitata bulla *exponi nobis nuper* Gregor. Decimiquarti de omnibus ferè Religionibus excepta Societate Iesu. Immò, & electiuum in electione Guardianorum, & aliorum Officialium in multis Religionibus, & præsertim in Religione *Patrum* Minorum de Obseruantia, prout habetur in eorum generalibus statutis Vallesoletan. *cap. 8. fol. mihi* 220. æditis *anno 1593.* Et tandem probatur ex Ethymologia huius nominis *Diffinitor*, quia non simpliciter significat consulere, sed definire. Hanc conclusionem docent in terminis Rodriquez *tom. 2. quæst. 45. art. 2. & Mirand. tom. 2. q. 17. artic. 2. concl. 4.*

9 Tertia conclusio est Patrem Generalem, & Patrem Prouincialem nullam posse definire causam, quæ de iure constitutionali, vel de consuetudine, & stilo expedienda est consensu PP. Definitorum, nisi collegialiter

cum ipsis Definitoribus siuè Generalibus, siuè Prouincialibus eum proportione id faciant: aliàs si cum consensu cuiuscumque Definitoris separatim solummodo id agãt; talis actus est prorsus inanis, & nullus, qđ ex eo patet, quia dicti Definitores Generales cum Generali, siuè Prouinciales cum Prouinciali non sunt suffragatores vt singuli; sed vnum corpus prouinciæ, siuè Religionis efficiunt, & repreſentent, vt singulariter annotarunt Rodriq. *tom.2. quæst. 54. art.2.* & Rota *decis.65. in fin. p.1. in recent.*

Hanc tamen conclusionem limite iuxta priores limitationes adhibitas *secundo fundamento.*

10 Ex dictis infertur prouisionem de Guardianis per litteras, seu alio quouis modo separatim, & nullo modo collegialiter factam à Prouinciali, & Definitoribus esse prorsus nullam, & inanem: Secus verò dicẽdum de prouisione facta de aliquo Guardiano electo supra numerum Guardianorum necessarium à Prouinciali, & Senatu Definitorij in Capitulo. *Dixi electo*, quia si maiori suffragiorum parte gauisus non fuerit in ipsa collegiali electione Definitorij; item existimo eam esse nullã, cuius rei potissima ratio est, quia cõsensus eligentiũ necessariò desideratur nõ solũ de iure canonico, sed ẽt de iure naturali, vt dictũ est *dub.3. n.1.* Sed si nõ præcessit aliquis actus collegialis, in quẽ maior pars collegiatorũ cõuenerit, numquã profectò erit cẽsendus electus à collegio: aliàs sequeretur actum tenere, cui maior pars Capituli contradixit, quod est absurdum, & ideò non dicendũ *l. nam quod absurdum. ff. de bon. lib.*

Pro hoc facit quod notabiliter afferunt Bert. *in l. aut facta. §. fin. de pœn.* Panorm. *in d. c. in genesi. nu.4. de elect.* & Felyn. *in d. c. cum omnes nu.25. de const.* nempè quod etiamsi eleuato vexillo, & pulsata nola fuerint homines congregati ad aliquid agendum; non tamen dicitur delinquere vniuersitas, si deliberatio non præcessit.

11 Vltimò non incongruum erit hìc obiter adnectere non solum Prouinciales, & Generales; sed quoscunque Prælatos obstringi in grauioribus negotijs consulere saniores Patres Conuentus, siuè Prouinciæ, vel Religionis: aliàs actus est nullus *c. nouit, & c. quãto iuncta glos. in narratione casus alia iura cumulante, & vbi quoque* Panorm. *de his, quæ fi. à prælat.*

12 Et hac potissimum etiam ratione suadeti potest, nam Panorm. *in c. per venerabilẽ. num.20. qui fil. sint legit. & in c.2. nu.4. de his qui fi. à maio. part. cap.* Ant. à Butr. *in c. licet. num.4. de elect.* B. August. Ancon. *de potest. eccl. q.74. art.1. ad tertium.* Paleot. multis allegatis *de sacr. consist. p.1. q.3. ar.4. in fin. & art.8. vers. ex quibus.* vbi de cõmuni. Gonzal. *sup. reg.8. cancell. gl.46. nu.62.* & alij sustinent Summum pontificem teneri in arduis negotijs Ecclesiæ requirere consilium Cardinalium licet non ita necessariò, vt si non requirat actus sit nullus: id namque esset improbè dictum, vt notat idem Paleoth. *nu.7. vers. verum absit.* & doctissimus Bouet. *in sua cens. in tractatum de legitim. Cardinaliũ creat. in princ.* quia potestas Papæ circa res Ecclesiæ, nullis præterquàm iuris diuini est arctata limitibus. Ergo multò magis cæteri Prælati inferiores Papæ adstringentur in arduis consulere aliquos, vt dictum est, aliàs actus erit nullus, quia eorum authoritas iuri positiuo subiacet.

13 Quo circa id eis graue non videatur cũ dictus Illustriss. Paleoth. *vbi sup. par.2. q.6. vers. quod verò ad secundum spectat.* testetur se per annos ferè triginta quibus Consistorio adesse cœperat sedentibus octo Summis Pontificibus *Pio*, scilicet IV. & V. Greg. XIII. Sixto V. Vrbano VII. Greg. XIV. Innoc. IX. & Clem. VIII. testetur, inquam, nunquam factum esse, vt Papa semper non mutauerit deliberationem ab cõ conceptam, si maior Cardinaliũ pars ab eo dissentiens, id verbis expresserit: Et si qñq, ille persiterit in eo ipso, quod semel proposuit, ex eo processit, quod pauci reperti sint qui ab illo dissenserint, & multò plures, quĩ adhæserint illius sententiæ.

14 Et quamuis in foro exteriori non teneatur quis sequi consilium, quod est sibi necessariò postulandum, vt supra probatum est, nisi vbi consultor est particeps officij, vel nisi cõcurrant alij casus, qui à DD. ibid. allegatis enumerantur: In foro tamen interiori à consilio sibi dato quandoque recedere nõ licet. Hinc idem Paleoth. *vbi sup. p.1. q.3. art.8. circa med.* loquens de Sũmo Pontifice sic ait. *Quapropter dicimus cogi illum sæpè in foro interiori hæc consilia sequi non præcisè, quia sibi sint à maiori parte, vel ab hoc, aut ab alio, qui authoritatis sit, proposita; sed quia ipse animo ita iudicat, & iudicare tenetur dimisso quouis priuato affectu, bono communi noxio, Deo ita animum suum ducente, qui arbiter est*

rerum

rerum omnium.

15 Hæc tamen sic dicta, limita, *nisi* scilicet *iusta subsit causa.* quia existente causa rationabili, quam bonus iudex arbitrabitur, non compellitur prælatus in arduis, nec est in foro exteriori requirere consilium Capituli, & nec etiam consensum, licet aliàs esset requirendus Bald. *in l. vidua. num.* 3. *C. de nuptijs.* glos. *in c. irrefragabili.* §. *fin. verb. delegatus de offi. ord.* Ant. à But. *in c. nouit. num. 6. vers. secundò dicunt.* & Panorm. *num. 6. de his quæ fi. à prælat.* vbi exemplum affert de prælato, qui contra consanguineum, seu amicum collegij vult agere: tunc enim potest procedere inconsulto ipsomet collegio, nè fortè præfato consanguineo, seu amico ab eisdem collegialibus id manifestaretur. Pro hoc facit Conc. *Triden. sess. 25. c. 6.* §. *qui si aliquid. de reform.* ibi *nec de re ad sui, vel suorum commodũ spectante agatur.* Et ratio potest esse, quia nemo carnem suam odio habuit. 12. *q.* 2. *c. non æstimemus.* Et amicus est alter ego Arist. *lib. 9. Ethic. c.* 4. & D. August. *lib.* 4. *confess. c.* 6. Et est dimidium animæ amici. Horat. *lib. 1. od.* 3. Et denique amicorum est animus vnus in corporibus duobus habitans. Arist. 2. *Rethor. c.* 4.

DVBIVM CXII.

An Definitores teneatur sub mortali expressè sententiam propriam in actu Definitorij aperire?

SVMMARIVM.

1 *Quod munus proprium Definitoris, à quo recedentes peccant, & puniuntur.*

2 *Nunquam est occultanda veritas.*

3 *Subditi debent obedire simpliciter.*

4 *Quando nemo possit compelli ad consentiendum.*

5 *Qui metu agit aliquid intrinsecè malum, peccat.*

6 *Tenemur potius mortem subire, quàm venialem culpam admittere.*

7 *Quare contrahens non excusetur à culpa, ex eo quod Ecclesia irritat eius actum iusto metu contractum?*

1 RESPONDEO affirmatiuè, maximè in grauioribus negotijs. & ratio est, quia Definitoris propriũ munus est votum suum exprimere in concernentibus negotia per Senatum Definitorij expedienda: ad hoc enim eliguntur, & in Definitorio ea nuocantur, vt assentiant, vel dissentiant: Is autem qui loqui obstringitur, & tacet, habetur pro consentiente: vnde in malè gestis expressè non contradicens inuoluitur eadem pœna, & peccato, sicut expressè consentientes. *arg. l.* 1. §. *magistrum aut. ff. de exercit. act. l. semper. ff. de reg. iur. l. sæpè.* §. *cui inter. de re iud. l. de ætate.* §. *qui tacuit ff. de interrog. act. & c. si postquam. de consessis. in* 6. Hanc assertionem apertè sustinent Innoc. *in c.* 1. *de his, quæ fi. à maior. p. c. & in c.* 2. *de locat. & cond.* Panor. *ibid. in fin. & in d. c.* 1. *num.* 13. *in c.* 2. *num.* 9. *de his quæ fi. à prel. & in c. dilectus filius.* 2. *num. 9. de simon.* Felyn. *in c. cum omnes. num.* 11. *in fin. de const. & in c. nonne. nu.* 8. *circa fin. de præsumpt.* Crescent. *decis.* 2. *tit. de seq. poss. & fruct.* Paleot. *de sacr. consist. in pluribus locis, & præsertim in p.* 2. & 3. Rodriq. *tom.* 1. *q.* 45. *art.* 4. & *seqq.* Manual. prælat. *tom.* 2. *q.* 17 *ar.* 4. & Rota *decis.* 16. *num.* 4. *de transl. episc. in antiq. & decis.* 708. *nu.* 5. *coram Card. Seraph.*

Dices primo saltem à culpa graui excusari videntur dicti Definitores, vbi eis compertum fuerit dictam cõtradictionem egrè ferendam esse à Prouinciali: & ratio est, quia ille cui voluntas Superioris innotuit, obedientiam abijcit, nisi eidem adhæreat.

2 Respond. in publicis consultationibus sapientis, religiosique viri quidem esse, incolumi, inuiolataque veritate propriam sententiam proferre, maiori qua possit humilitate, reuerẽtia, ac verborum lenitate: Ex hoc tamen non sequitur ei licere veritatẽ occultare: immò ad eam manifestandam omninò adstringitur: aliàs iura ipsiusmet veritatis violare conuincitur, iuxta illud August. *ad Casulanum*, quod refertur *in c. quisquis.* 11. *q.* 3. *Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatẽ occultat iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum.* Et post pauca: *Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mẽdacium facit: ille quia prodesse non vult: iste quia nocere desiderat.* Et D. Ioan. Chrysost. *hom.* 25 *super Matth.* prout habetur *in can. nolite timere.* 11. *q.* 3. *Non solum ille* prodi-

proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem palàm pro veritate mendaci um loquitur; sed ille qui non liberè veritatem pronunciat, quàm liberè pronunciare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quã liberè defendere conuenit, proditor est veritatis. Vnde.

3 Ad fundamentum obiectionis dico illud sibi vendicare locum in subditis, quorũ est Superiori suo simpliciter obedire, generaliter loquendo, in illis rebus, in quibus ei subduntur teste D. Thom. 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. At in Definitorij consultationibus, Definitores sunt collegæ, & participes officij Generalis, siuè Prouincialis, vt in superiori dubio probatum est, quæ cõditio longè distat à conditione subditi prædicta. Hinc Panor.

4 *in c. licet nu.* 9. *de regul.* Lambert. *de iur. patr. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 20. *nu.* 13. & Gonzal. *sup. reg.* 8. *cancell. glos.* 47. *nu.* 43. asserunt neminem posse compelli ad consentiendũ, si adest aliqua causa denegandi consensũ. Et addunt Lãbert. & Gonzal. si superior de facto cõpelleret: esse in eo casu esse locũ appellationi ad Superiorem illius Superioris.

Dices secundò saltem culpa vacabit in eo casu ille Definitor, cui Prouincialis iniustum metum inferret, iuxta latè dicta *dub.* 54. *per totum*: Ex quo enim Ecclesia irritat actum iniusto metu contractum: per consequens videtur etiam eum à culpa liberare.

5 Respondeo metum quantumcumq. grauem non reddere immunem à culpa contrahentem in ijs quæ intrinsecè mala sunt, venieli quidem, si aliàs secluso metu, esset venialis: & mortali, si secluso metu esset mortalis. Et ratio est, quia gesta metu simpliciter sunt voluntaria, vt pulchrè probat D. Aug. *lib.* 4. *quæstionum q.* 24. *ad c.* 18. *numerorũ*. & refertur *in c. meritò quæritur.*

6 15. *q.* 1. & tenemur potiùs mortem subire, quàm aliquam culpam etiam venialem admittere: cum minimũ veniale malitia excedat quodcumq. pœnæ malũ: vnde pro tuenda vita propria, vel alterius mentiendum non est teste D. August. cuius dictum refertur *in c. ne quis.* 22. *q.* 2. & tenent expressè D. Thom. 2. 2. *q.* 110. *ar.* 3. *ad quartũ.* Sot. *ibi q. vnic.* §. *hic dicitur. verb. id etiam posset probari.* Panorm. *in c. sacris. nu.* 5. *de his quæ vi, met. cau. fiu.* Penna *direct. inquisit. comment.* 61. *q.* 41. *de blasphemis. num.* 8. Couar. 4. *decret.* 2. *p. c.* 3. §. 4. *nu.* 3. & cõmuniter omnes recentiores. Ad obiectionem

7 ergo nego consequentiã dicendo cũ Sanch. *de matrim. lib* 4. *disp.* 2. Ecclesiam, dum irritat actum iusto metu cõtractum, non attendere priuatum contrahentis bonum; sed tantùm ne faueat iniuriosè consensum extorquenti.

DVBIVM CXIII.

A quibus, & quomodo sit celebranda electio Discretorum, vel sociorũ Prælati. Et an publicæ vtilitati magis proficuum sit huiusmodi electionẽ celebrare, vel omittere?

SVMMARIVM.

1 *Discretus est eligendus à suo conuentu.*
2 *In electione Discreti est procedẽdum per vota secreta.*
Apud multos attenditur forma. c. quia propter. de elect. *& apud alios hæc electio celebratur per sortes.*
3 *Officium Discreti se extendit ad duo.*
4 *Quorum primum est de essentia: secundum verò est quasi accessorium.*
5 *Quæ qualitates attendenda in promouendis ad Discretatum ad effectum eligendi digniorem?*
6 *Quomodo confirmentur Discreti?*
7 *Electio Discreti cedit in vtilitatem Religionis.*

1 QVO ad priorem partem dubij spectat dico primò electionem localis Discreti actiuè, & passiuè spectare ad omnes fratres illius Cõuẽtus, de cuius Discreti electione agitur, vt videtur esse de iure cõi. *c. fin. de suppl. negl. prælat. vbi glos. verb. communiter.* Et firmat consuetudo. Quomodo autem, & quando vocandi sint absentes? vide quæ dixi *dub.* 9. & 10.

Dico secundò in hac electione de iure 2 esse procedendum per vota secreta ex vi Concilij Tridẽtini, vt probatum est *dub.* 6. *num.* 6. Et de consuetudine apud multas Religiones in hac eadem electione attenditur dispositio *c. quia propter. de elect.* vt *in dub.* 6. *num.* 7. huius animaduersum: Apud multas etiam Religiones hæc electio celebratur per sortes validè quemadmodum notum fit ex dictis *dub.* 27. *num.* 5. Ideò benignum Lectorem suis quibuscumque locis remitto.

Officium autem siue authoritas horum

Di-

Discretorum ad duo principaliter se extendit. *Primum* est vt sint vocales in Capitulo; idest vocem siuè suffragium habeant in capitulo nomine illius conuentus à quo electi, ac missi sunt ad tale Capitulum. secundum est, vt habeant deferre ad idem capitulum errores illius *Prælati* supradicti conuentus cuius Discreti, siue socij sunt; & itē necessitates, aliaque pertinentia ad eundē conuentum, siuè ad quoscunque singulares Fratres eiusdemmet Conuentus.

4 Et inter hæc duo ad quæ sè extendit officium, siue authoritas Discreti illud differētiæ dimidiat, vt primū se habeat tamquam substantiale, & vt ita dicam, de intrinseca eius officij ratione. Alterum verò sit quasi accessorium, & extrinsecum,

Quod autem illud primum sit substantiale, & intrinsecū, & secundum sit accessorium, & extrinsecum, patet. quia Discretus sine eo, q̃ habeat vocē in Capitulo creari, & esse nō pōt; vnde si ille Cōuentus, quē repreſentat Discretus, nō hr̄et vocē in Capitulo, nec ēt hr̄et mittere Discretū ad eundē Capitulum: At Discretus benè potest stare, absque eo, quòd deferat ad Capitulum errores Guardiani, & necessitates Conuētus, & eius Fratrum: immo multoties alia via accipiũtur hæc à Superioribus: & quod magis est non maior fides adhibetur ipsi Discreto in his quæ exponit, quàm alteri testi simplici. Cum ergo Discretus possit esse sine secundo; sed non sine primo. Sequitur primum esse de intrinseca ratione; secundū verò de extrinseca.

5 Et ex his dictis infertur ad effectū eligēdi aptiorem, & digniorem in Discretum, in promouendis ad tale munus attendēdas esse primo, & principaliter omnes illas qualitates, quæ reddunt promouendum aptiorem, & idoneorem omnibus alijs illius Cōuentus ad ferendum suffragium actiuè in Capitulo *Prouinciali*: & item attendendas esse omnes eas qualitates, quæ ipsummet efficiunt digniorem cæteris alijs illius Cōuentus ad accipiendum suffragium passiuè in illis, præsertim officijs, & dignitatibus, quæ non dantur nisi vocalibus ipsius Capituli Prouincialis, vt est Definitoratus officium.

Ratio huius illationis est, quia cum habere vocem in Capitulo sit substantiale, & intrinsecum ipsi Discreto, vt probatū est, cætera verò accessoria, & extrinseca, benè infertur vt factum est.

6 Dico tertio Discretos confirmari apud multos confirmatione verbali, vt de *PP.* Minorib. de Obseruantia dictum est *dub.* 107 *nu.* 3. Apud alios verò non confirmantur verbis, vt apud *PP.* Capuccinos Sancti Francisci, apud quos censentur confirmati cum admissi sunt à *Prouinciali*, & Diffinitoribus ad omnes actus Capitulares peragendos, qui eis de iure constitutionali cōpetunt: quod iure optimo fieri posse, vt apertè suadetur ex Oldr. *cons.* 146. *factum tale est. De consuetudine Ecclesiæ Eduēsis. num.* 6. Rota *decis.* 16. *de concess. praben. in nou. & decis.* 261. *nu.* 3. *coram* Card. *Mantic.* Qui omnes asserunt in talibus non referri quoquomodo Superior declaret voluntatem suam. Innocen *in c. cum bertoldus. num.* 4. *vers. memorato T. ... videtur de re iud.* & Archid. *in c. vt quis duas. versic. confirmationem petere. de elect. in* 6. Cum ergo Discreti habeant actum à Superiore emanantem, idest præfatam admissionem, per consequens non accedunt ad Capitulares actus sine confirmatione.

7 Quo denique ad posteriorem partem dubij spectat, dico hanc electionem Discreti plus vtilitatis, quàm damni afferre Religioni, prout conclusum fuit in quodam Capitulo Generali *PP.* de Obseruantia vbi rationes ad vtramque partem allatæ fuerūt, quas omnes refert Mirand. *tom.* 2. *q.* 12. *artic.* 2. Ideo cum ibi videri possint, breuitas negat easdem hìc à me referibi.

CAPVT QVARTVM.

De electione, & Potestate Prælatorum Conuentualium.

DVBIVM CXIV.

A quibus: quomodo, Et qui eligendi sint in Abbates, Priores, Guardianos, cæterosq; Prælatos Conuentuales?

SVMMARIVM.

1 *Superior Conuentualis, qui non habet Abbatem super se habetur loco Abbatis.*

2 *Electio Prælati Conuentualis spectat ad suum*

suum conuentum de iure communi.

3 *Apud Fratres Prædicatores ad quos pertineat electio Priorum Conuentualium?*

4 *Item olim apud Fratres Seruos Beatæ Mariæ?*

Item apud Cartusianos?

5 *Statuta quæ dant electionem Prælatorum Conuentualium alijs quàm suis Conuentibus sunt correctoria iuris communis.*

Quod statutum dicatur correctorium iuris communis?

6 *Quæ forma sit seruanda in electione Prælatorum Conuentualium, etiamsi eligantur contra ius commune?*

7 *An Prælatura Conuentualis possit concedi Religioso in perpetuum à Superioribus suis?*

8 *An Prælaturæ Conuentuales, quæ dantur ad vitam etiam ex Apostolico priuilegio possint auferri à suis Superioribus?*

An Sedes Apostolica consuescat confirmare Prælatos Conuentuales ad vitam?

9 *An Prælati Conuentuales expleto officio possint in eodem rafirmari, vbi omnia vota, v.g. Diffinitorij concurrerent, supposito ad illud spectare talem electionem?*

10 *Et an etiamsi non esset suffragandum secretò in tali electione?*

Exponitur §. fin. vers. si verò nondum. authen. de defens. ciuit.

Statutum correctorium iuris cõmunis non recipit benignam interpretationem à iure communi.

11 *An possit prorogari officium Prælati Cõuentualis secundùm quòd Capitula prouincialia protrahuntur?*

12 *Et an etiamsi in dispositione statuti contineatur decretum irritans?*

13 *Quot scrutatores sint assumendi à Diffinitorio in prouisione, quã habet de Prælatis Conuentualibus?*

Ex quibus dignoscatur an Diffinitorium eligat Prælatos Conuentuales per formam scrutinij, an per formam compromissi limitati?

14 *Quæ qualitates sint attendendæ in promouendis ad Prælaturas Conuentuales?*

Vbi cætera sunt paria, præferendus est Doctior.

1 ROPOSVI dubium soluendum permixtim de Abbate, Priore, Guardiano, Præposito, &c. quia Superior Conuentualis quocunque nomine vocetus, qui non habet Abbatem super se in eodem Monasterio habetur loco Abbatis. arg. *c. fin. de stat. monach.* Ita Panorm. *in c. cum illorum de sent. excom.* per illum textum. Hinc Azor. *p. 2. lib. 3. c. 1. q. 4.* asserit eum qui iuxtà Regulam S. Benedicti dicitur Abbas, scilicet Præfectus Monastrici Conuentus, vocari absolutè Priorem iuxtà Regulam S. Augustini, hoc est toti Monachorum, siuè Fratrum collegio Præpositum: & hoc etiã procedit, quamuis ibi instituatur per viã Prouisionis, & non per electionem, vt explicabitur infra, Ita Panorm. *in clem. etsi principalis. nu. 6. de rescrip.*

2 His pro explanatione tituli breuiter dictis, modò accedo ad solutionẽ prioris partis propositæ quæstionis, & dico electionẽ Prælaturæ collegiatę, vel Conuentualis Ecclesiæ de iure communi spectare ad collegium, vel Conuentum de cuius Prælati electione agitur. *c. congregatio. 16. q. 7. c. abbatem. 2. c. abbas. 2. 18. quæst. 2. cap. fin. q. vlt. c. cum terra. & c. 1. de elect. c. cum dilectus.* vbi Panorm. *de consuet. c. 2. §. fi. de stat. monach.* Hostien. *in sum. tit. de elect. §. quis possit eligere. vers. si non apparet.* Panorm. *in c. officij. num. 1. de elect. & in d. clemẽt. & si principalis. num. 5. de rescript.* Felyn. *in cap. ad petitionem. numer. 1. de accusat.* glos. *in c. sciant cuncti. verb. spectat. de elect. in 6.* Verall. *decis. 296. p. 1.* Præposit. *in c. 1. num. 6. circa med. vers. aut tales Ecclesiæ non sunt obedientiariæ. 21. dist.* Nauar. *comment. 3. de reg. num. 2. & lib. 1. cons. 3. num. 3. tit. de elect. in nouis.* & Rota *decis. 65. p. 1. in recent. & decis. 296. num. 5. coram R. P. D. Coccino Decano.* & ita seruant Patres Prædicatores in electionibus suorum Priorum Conuentualium ab antiquo, vt colli-
3 gitur ex bulla *virtute conspicuos* Greg. XI. *anno 1374. die 6. Martij* ex hoc §. 6. *Quando verò in aliquo Capitulo, vel Conuentu vestri Ordinis de Prouinciali, vel Conuentuali Priore occurrerit electio facienda si ex aliqua causa factam electionem à Fratribus eiusdem Ordinis quorum interest non contingat forsitan cõfirmari, superior ad quem confirmatio electionis huiusmodi pertinet aliquem de illis Fratribus, quos ipsi electores, vel maior pars eorum per literas suas ab eo petierint quando ad ipsum pro electi confirmatione transmittunt eis de nostra licentia concedere valeat in Priorem.*

4 Et Clemens VI. *anno 1346. die 23. Maij* in bulla *regimini vniuersalis. §. 9.* se confir-
1 mando quoque dispositioni dicti iuris com-
muni statuit insuper, *vt in quolibet Cõuen-*
2 *tu Fratrum Seruorum B. Mariæ, vbi ad minus*

minus duodecim Fratres fuerint ipſi ſibi eligant ſuum Priorem conuentualem. Et ita etiam ſeruatur nunc apud multas Religiones, & præſertim in ſacro Ordine Cartuſienſi, vt liquet ex eius ſtatutis *p. 2. c. 2.*

5 Cæterum apud multas etiam contrariũ ſeruatur, nempè vt non fratres, vel monachi illius conuentus de cuius Prælati electione agitur, eligant: ſed vel Generalis cũ Diffinitorio, ſiue Prouincialis item cũ ſuo Diffinitorio, vel Generalis per ſe ꝓuideat iuxtà variam diſpoſitionem cuiuſcumque Ordinis, vt etiam nunc apud præfatum Ordinem Seruorum B. Mariæ executioni demandatur ex vi ſuarum conſtitutionũ æditarum anno 1579. *c.* 41. quę omnia ſtatuta, vel cõſtitutiones certum eſt eſſe correctorias iuris communis: Et probatur, nam ſtatutum dr̃ eſſe contra ius vbi datur lex, vel canon contrarium Rota *decis. 297. num. 1. p. 1. in recent.* Sed electio Prelati conuentualis ſpectat ad ſuum conuentum, vt modò probatum eſt. Ergo eſt contra iuris cõmunis diſpoſitionem, prout in terminis reſoluit Rota *d. decis. 65. num. 9. p. 1. in recent.* Et per conſequens talia ſtatuta eſſent nulla, niſi ſpeciali priuilegio Apoſtolico fulcirentur, vel niſi eſſent confirmata à Summo Pontifice in forma ſpeciali, vt fusè explanatum eſt *dub. 108. num. 2. & seqq.*

6 Ad ſecundam partem dubij reſponſum eſt *ſupra dub. 6. 7. & 8.* fusè, quò ad ea, ſcilicet, quæ pertinent ad formam in horũ Prælatorum conuentualium ſeruandam ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & ſtatutorum propriæ Religionis eligẽtium, & eligẽdrorum. Et inſuper etiam placet hic eria dubiola breuiſſimè reſoluenda proponere.

7 Primum eſt an Abbatia, ſeu Prioratus, vel Guardianus, &c. poſſit cõcedi in perpetuum alicui Religioſo? Reſpondeo negatiuè eſt tex. *c. cum ad monaſterium. §. tales.* vbi Panor. *de ſtat. monach.* Item Panorm. in *c. cum inter. 1. num. 2. de elect.* referens Innoc. & Federic. Mohed. *decis. 10. num. 2. de caſu poſſeſſ. & propriet.* & Rota *decis. 302. num. 1. in fin. p. 2. in recent.* Immò ſi in aliqua Religione ex Apoſtolica ſanctione, ſiuè ſtatuto, vel ordinis conſuetudine, cautũ eſſet, vt darentur Prioratus, Abbatiæ, vel Guardianatus &c. perpetuò poſſidendi; His tamen non obſtantib. poſſent tales Prælati inconſulto Summo Pontifice deponi, & priuari à ſuis Superiorib. Ordinis iuſta, & rationabili cauſa exiſtente. Et ratio eſt quia Sedes Apoſtolica nunquam conſueuit talia perſonaliter confirmare. *c. ad noſtram. & c. porrecta. de confirm. util. vel inutil.* Si verò Pontifex ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione ſpecialiq. derogatione. *d. c. ad noſtram. & c. porrecta.* confirmaret alicui perſonaliter aliquam ex prædictis Prælaturis in perpetuum: tunc profectò ille nõ poſſet deponi, uel indè amoueri ſine ſpeciali mandato Papæ *c. 1. & 2. eod. tit.* gloſ. *in d. c. porrecta. verb. confirmantur.* Innocen. cõmuniter receptus eſſe Nauar. allegato cũ Rota *ſup. dub. 49. nu. 6. in fi.*

9 Secundum dubiolũ eſt. An præfati prælati conuentuales expleto officio, ſecundum tempus eis præfixum à ſuis ſtatutis Regularibus poſſint rafirmari in eodẽ officio nõ obſtantibus dictis ſtatutis, vbi omnia uota, v. g. Diffinitorum, & Prouincialis concurrerent, ſuppoſito ad hos ſpectare talẽ electionem? Et prima quidem facie videtur poſſe fieri per *§. fin. verſ. ſi vero nondum. auth. de defenſ. ciuit.* vbi cauetur vt nullus Officialis expleto tempore officij rafirmetur in eo, niſi omnes nemine reluctante iterũ eligant eum. Sed in caſu propoſito omnia eligentium vota concurrunt. Ergo videtur poſſe fieri.

10 Huic difficultati ſatisfactũ eſt *dub. 103. nu. 4. & 5.* vbi monſtratum eſt decretum Concil. Tridentini de ſecreto ſeruando in electionib. Regulariũ obſtare praxi illius authenticæ. Sed eſtò, admittamus non ita de facili poſſe obſtare in hac ꝓuiſione prælatorum conuentualium forſan ex paucitate votorum Diffinitorij. Vel admittamus non eſſe ſeruãdum tale ſecretum in hac eadem prouiſione (quod de iure eſt falſum per explicata *ſup dub. 8. num. 8. & 9.*) Attamen dico quoque nec etiam poſſe rafirmari, & ratio eſt, quia ex quo illa *auth.* expoſtulat, vt nemine reluctante iterum eligatur, vt dictum eſt; per conſequẽs eadem vult, vt nemine ſubditorum inuito ad quos de iure pertinet illum ſibi eligere, rafirmetur prælatus; ita vt nemo eorũ habeat prælatum quem non vellet, vel non expediret habere. *c. nullus inuitis. diſt. 61. c. ſi fortè. diſt. 63. c. conſiderauimus. vbi* Panorm. *de elec. & c. de cauſis. vbi* gl. *in figur. caſus. & verb. prorogetur. de off. deleg.* & vult quod omnes tangit ab omnibus approbari. *cap. quod oẽs. de reg. iur. in 6. l. vlt. C. de auct. prat. gl. in c. 2. in verb. ab omnib. diſt. 66. &* Rota *d. decis. 65. nu. 5. p. 1. in recent.* Dum autem ſtatuta Religiunum contra ius communi auferunt electionem dictorum prælatorum à ſuis conuentibus, & dant eam Generali,

nerali, & Diffinitoribus sunt correctoria iuris communis, vt probatum est *sup. n. 2.* & per consequens non recipiunt fauorem dictæ authenticæ; ita vt possint rafirmari memorati prælati, si omnia vota *Diffinitorum* cum Prouinciali, vel Generali côcurrant, tum quia cessat ratio nunc facta, vt. s. ibi non interueniat beneplacitum subditorum ad quos pertinebat de iure sibi eligere prælatum: Tum verò in primis quia statutum correctorium iuris communis non recipit benignam interpretationem à iure communi, quia est species extensionis, quæ prohibita est in hac materia correctoria *l. præcipimus. in fin. C. de appell.* vnde non est trahendum vltra casus in eo expressos. Ita Rota *decis. 840. num. 14.* coram Card. Seraphin.

31 Sed rogabis an saltem possit protogari prædictum officium Prælatorum conuentualium secundum quod capitula prouincialia accelerantur, vel protrahûntur? Resp. affirmatiuè: vnde in statutis Ordinis Minorum hæc ad rem nostram leguntur, prout referunt *in compend. tit. officia Ordinis numer. 2.* ***Si autem aliquis Guardianus seu abbatissa postquam suũ triennium in aliquo conuentu finierit, in altero eligatur, vel postuletur, ibidem poterit præfici, & confirmari; sed non poterit vltra triennium in eodem conuentu in eodem officio continuare; non intelligitur autem ita præcisè huiusmodi triennium quin possit per mẽsem, & per menses prorogari, vel breuiari secundum quòd capitula prouincialia accelerantur vel protrahunt.*** Si verò in statuto
32 apponeretur decretum irritãs ad effectũ, vt non posset protrahi ut v.g. si diceretur non præficiatur vltra triennium: Et si contra fiat actus sit nullus, & inanis: tunc dic, vt in *dub. 103. num. 3*

33 Tertium dubiolũ est super constitutionem cuiusdam Religionis quæ habet, vt in prouisione, quam facit Diffinitorium de Guardianis assumantur scrutatores de capitulo, idest qui in officio scrutatorum inseruierunt in alijs electionibus capitularibus, quæ à vocalibus capituli sunt celebratæ. Et si ipsis Diffinitoribus expedire videbitur, assumantur alij de nouo: sed postea constitutio nihil aliud determinat de numero: Vnde meritò dubitari potest quot scrutatores sint assumendi; Et ratio dubitandi est, quia in capitulo illius Religionis omnes electiones à vocalib. capituli celebrantur per compromissum, in quo genere electionum certum est posse assumi tot compromissarios quot placent. *dub. 7.*

Pro solutione huius difficultatis hûc reuocandum est, quod côclusum est ex dictis *dub. 6. per totum.* Prouincialẽ scilicet cum Diffinitorio adstringi ad obseruantiam *c. quia propter. de elect.* in prouisione Guardianorum.

Secundò prænotãdum est statutum correctorium iuris communis, ita strictè interpretandum esse, vt vnum tantum operetur contra ius commune, vbi duo operari potest, vt latè probatum est in *d. dub. 6. numer. 1.*

Tertiò prænotandum est præfatam constitutionem esse correctoriam iuris cõmmunis in supracitatis verbis, & ratio est, quia de iure communi iuxta terminos *cap. quia propter. de elect.* assumendi sunt tres scrutatores de collegio eligentium in electione in qua proceditur per viam scrutinij, nec debent esse plures, nec pauciores aliàs electio est nulla, vt satis abundè discussum est *dub. 20. per totum.* Sed illi scrutatores de capitulo non sunt de collegio eligentium, nempè Diffinitorij. Ergo memorata constitutio est correctoria.

Quod autem in hac electione Guardianorum, quæ celebratur à Diffinitorio procedatur per viam scrutinij ex eo maximè patet, quia si procederetur per viam compromissi limitati ipsi scrutatores tamquã compromissarij veri pronunciarent electionem in eos compromissam, sicut de alijs electionibus per compromissum limitatum dictum est *dub. 6. nu. 6. & dub. 40.* quod cum non faciant, vt quotidie in praxi obseruari mihi testentur PP. illius Religionis dicendum est ipsos esse nudos scrutatores.

Et ex his sic prælibatis necessariò habemus à Diffinitorio cum prouinciali assumendos esse tres scrutatores, nec plures, nec pauciores in supradicta prouisione Guardianorum. Cum enim memorata constitutio corrigat expresse ius commune circa scrutatores quò ad non esse de collegio; non autem quò ad numerum, sequitur necessariò ipsamet constitutionem recipere interpretationem, & restrictionem à iure communi circa eundem numerum scrutatorum iuxta secundum prænotandum.

Neq. obstat contra hæc conclusa consuetudo contraria; nam contra dispositionem *c. quia propter. de elect.* nõ potest allegari consuetudo contraria cum in ea dispositione contineatur decretum irritans, vt probatum est *dub. 3. nu. 9.*

14 Ad tertiam denique principalem partẽ

dubij

dubij plenè satisfieri potest per dicta per totū *cap.5.* vltra quæ tamen et placet hic specialiter aduertere inspiciendam esse in promouendis ad Prælaturas conuentuales nedum ætatem, & doctrinam; sed mores & prudentiam; ita vt meritò ille semper præferendus sit, qui alterum antecellit integritate vitæ, prudentia alijsq. virtutibus ad regendam Ecclesiam opportunis, licet hic alter esset antiquior ętate, seu insignitus gradu concionatoris, vel Doctoratus, & in audiendis confessionibus exercitatus, & ratio est, quia non ex eo, quòd hic alter sit Doctor, siue concionator, vel antiquior oritur vlla præsumptio quòd illum superet vitæ ac morum splendore, & prudētia, quæ potissimū requiruntur in administratione curę Ecclesiæ Parochialis ex adductis p Gōzal. *sup. reg.8. cancel. gl.4. n.114. & seq.*

Hæc sic dicta non obscurè sustinentur à Rota *in Fauentina Parochialis 13. Ianuarij coram Pirouano. & in Eugubina Parochialis S. Venantij. Venir. 13. Ianuarij 1623. coram R. P. D. Remboldo. & decis. 5. num.2. & 3. decis.6. nu.5. & decis.7. nu. 2. penes Marches. p.1. tit. de com. appell. in cau. benefic. c.8. in fin.*

Vbi verò datur paritas morum, & vitæ integritatis ac prudentiæ; tunc sanè præferendus esset, qui doctor esset, & concionatoris, vel doctoratus Laurea ornatus, Puteus *decis.200. nu.3. lib.3.* & Rota *decis. 677. nu.1. p.4. diuers.*

DVBIVM CXV.

An in Definitorio quatuor, vel quinque vocibus constante possit Definitor, qui à duobus in Prælatum Cōuentualem eligitur consentiendo huic electioni quasi de se factæ augere numerū, & cōplere electionem supposito talem electionem celebrari à Definitorio?

SVMMARIVM.

1 *Potest quis consentire electioni quasi de se facta completiuè; sed non inchoatiuè.*

2 *In electionibus, in quibus seruatur c. quia propter. de elect. non potest consentiri completiuè.*

Non potest consentiri electioni de se factæ nisi post ipsius publicationem.

Electio est celebrāda de eo in quem maior pars eligentium consensit.

3 *Quo & quando possit consentiri electioni quasi de se facta in electionibus in quib. non seruatur c. quia propter. de elect.*

4 *Refellitur distinctio de electione per compromissum, & electione per scrutinium, ad effectum consentiendi electioni, quasi de se facta.*

5 *Definitor, non potest consentire completiuè electioni quasi de se facta in Guardianum Abbatem, vel Priorem. &c.*



T certam solutionē huiusce singularis difficultatis habeamus, non incongruū erit vniuersalem, ac generalē doctrinam, ex qua ipsa pendet hic explanare.

1 Aduertendum est igitur primò quempiam assumere prælaturam dupliciter, vt docet Silues. *tit. elect.1. q.17. nu.31.* à quo nemo dissentit: Primò inchoatiuè, se primò scilicet, & immediatè eligendo. Secundò cōpletiuè, quādo s. voce sua complet electionem quasi de se factam. Hoc secundum non est illicitum, sed illud primum per *c. per nostras de iur. patr. c. in scripturis. 8. q.1. c. si. de instit.* Ant. à But. *in c. vbi periculum. de elect. in 6.* Innoc. *quem refert, & approbat* Panorm *in c. cum post. nu.5. de elect. multa iura, & DD. quos citat Bertach. in suo repert. verb. electio à quibus vers. 2.* Gonzal. *sup. reg 8. cancel. glos. 2. nu.57.* & Rota *decis.6. de elect. in antiq.* Et ratio est, quia est ambitiosus.

2 Hinc infertur primò in omnibus electionibus in quibus necessariò executioni demandatur dispositio *c. quia propter. de elec.* prout eas enumeraui *dub.6. & 7.* nullquam vocem electi computari in numero eligentium, i. non posse augere numerum, vt in titulo dictum est, quia eius suffragium secretò prætestandum sit, à principio. i. inchoatiuè consentiret in se ipsum; ignorat. n. an alij ad eum accesserint, quod & multo magis locum hēt in Religiosis, qui in electionibus suis secretò habēt suffragari, vt *in dub. 2. nu.7.* dictum est.

Nec et post publicationem scrutinij cōpletiuè consentire valet, vt fusius explicabitur in sequenti illatione, quia publicato scrutinio variare nequeunt electores *c. publicato. de elect. dub.30. per totum.* Nec quis potest consentire electione, suæ adtequam electio sit celebrata *c. cum post petitam. de elect.* & *dub.41. nu.2.* Vnde consensus postea superueniens nihil operatur, vt etiam colligitur *ex d. c. quia propter. iuncto c. auditis.*

Hanc illationem sustinent *Bald. in c. cũ in iure. nu. 1. & 2.* Panor. *nu. 5. gl. verb. consistiat. de elect.* item Panor. *in c. cumana. & in c. licet. num. 13. de elect. in c. per nostras. nu. 5. de iur. patr. & p. 2. cons. 15. nu. 3.* Ant. à Butr. *in d. c. cumana. num. 35. de elect.* Mareh. *q. 931. per totam. p. 1.* Præposit. *in c. qui episcopatum. nu. 6. 8. q. 1.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 1. q. 8. ar. 8. nu. 2.* Tusch. *lit. E. concl. 72. nu. 3. & concl. 78.*

3 Secundò infertur in omnibus electionib. in quibus necessariò non est attendenda dispositio *c. quia propter. de elec.* posse electũ à media parte consentiendo electioni, quasi de se factæ augere numerũ, & complere electionem, & dicere *consentio electioni de me factæ*: & non, *Eligo, vel coeligo me ipsũ*: & hoc quãdo vox sua vnà cum alijs, qui eũ elegerunt constituit maiorem partem collegij: vt v.g. si ex septem vocibus, ex quib. collegiũ constat, gaudeat trib.; tunc cõsensũ supplendo auget numerũ, & fiũt quatuor. Sed si ad paritatẽ dũtaxat vox sua pducit vota aliorum, secus est dicendum, quia hoc est ambitiosum: vt v.g. si ex sex vocib. quibus collegiũ constat. duo suffragentur ei: tunc. n. consentiendo, & augẽdo numerum, fiunt tres, & ad paritatẽ solũ ducunt vota.

Et hæc secunda illatio non solùm procedit qñ electio celebratur palàm cunctis audientibus; sed & quando celebratur secretò per scrutinium priuatum: tunc. namque credit Panorm. *in d. c. cum in iure. nu. 5. in fin. de electio.* posse item electum à media parte post publicationem scrutinij recedere ab alia nominatione si eam præstiterat in ipso scrutinio in aliũ, qui non est electus à maiori parte, & consentiendo, vt explicatum est supra, augere numerum, & complere electionem: & ratio est quia ex quo necessariò non est seruãda forma *c. quia propter* possunt variare electores publicato scrutinio, & potest augeri numerus, sicut, per notata à d. Parnom. *in c. licet. de elect.* olim fiebat in electione Romani Põtificis ante cõstitutionem Greg. XV. quæ incipit *Æterni Patris* æditam *anno 1621. die 14. Nouemb.*

Rõ huiusce totius illationis est, quia qui assensum præbet completiuè electioni de se habitæ non videtur ambitiosus, nec ea oriri à se cum sit prius vocatus à Deo, & à socijs, sed est officiũ charitatis, si bono corde fit arg. *c. qui episcopatum 8. q. 1.* Hancq; eandem illationem sustinent omnes præallegati DD. pro superiori illatione.

4 Hic vero obiter aduertẽdũ est hasce duas illationes sic inter se distinctas, vt scilicet prima procedat in electionibus, in quibus attenditur *c. quia propter de elect.* secunda verò in alijs, in quibus non attenditur *d. c. quia propter.* aliter distingui ab Host. Io. And. *in d. c. per nostras. de iur. pat. & in d. c. cum in iure.* vbi quoq. Imol. *nu. 4.* Henrich. Boich. Ant. à Butr. Anch. Caldes. *de elect.* Siluest. *vbi sup. q. 18. n. 23.* Nauar. *lib. 1. cõs. 6. n. 5. tit. de elec. in nouis.* Tabien. *tit. elect. 2. n. 5.* & alijs, vt. s. prior illatio sibi locũ vẽdicet in electionib. ad quas proceditur per formã scrutinij: Posterior aũt illatio in alijs, ad quas se habent electores per viã cõpromissi. Et q mirũ est, multi ex his pximè citatis DD. allegãt pro hac sua distinct. Panorm. cũ ipse nedum primam distinctionẽ approbet, sed & hanc secundã, quã amplectunt hi DD. respuat, & confutet multis ex sequentib. rationib. vt videre licet apud eũ in fonte, & maximè *in d. c. cum in iure de elect.* Quæ qdẽ rationes ita efficaces sũt, vt & ego libẽter adhæreã ipsimet Panorm.

Primo ergo sic arguitur si hanc secundã distinctionem horũ DD. admittamus; tunc & cõpromissarii possent electiõnẽ celebrare p scrutiniũ priuatũ, quo casu non posset electus consentire in se ipsũ, quia oriretur à se, nisi ex post factã publicationem velit recedere, vt in 2. illatione ego explicui. Sed idem esset in forma scrutinij, vbi necessariò forma *c. quia propter. de elect.* non attenderetur. Ergo vana est talis distinctio.

Secũdo arguitur, siuè procedatur p viã scrutinij, siuè p viã cõpromissi, electio, nec potest fieri nisi ab vno vice omniũ p verba singularis numeri *dub. 40. n. 2.* nec nisi de eo in quẽ maior pars Capituli cõuenerit, vt pbatum est *dub. 38. nu. 7.* Nec electus consensum præstare valet, nisi post celebratã electionẽ iuxta dicta in *1. illat.* Ergo siuè per viam Cõpromissi, siuè per viã scrutinij habeatur electio, neq; inchoatiuè, neq. cõpletiuè consentiendo põt augere numerũ, & cõplere electionẽ, vt toties explanatũ est.

Alias rõnes vide apud eundẽ Panor. *vbi sup.* quẽ idcircò sequit Præposit. *vbi sup.* Quia re vera melius distinguit, sicut & ego memoratas illationes ab inuicem seiunxi.

Et ex hac doctrina generali hucusq. explicata facilè est respõdere ad propositum particulare dubiũ. Respõsio igitur est negatiua. Rõ huius assertionis quia in prouisione, quã celebrat Definitoriũ de Abbatib[us], siue Priorib. vel Guardianis seruãda est dispositio *c. quia propter de elec.* ut firmatũ est *sup. dub. 6. & 7. per totum.* vnde in oibus, in quib. constitutiones Religionũ expressè

non

non corrigunt ius cõe circa hanc materiã, illud est seruandum per dicta *in superiori dub. nu. 8. in fi.* & dicenda *dub. 118. ferè per totum*. Sed cum eadem constitutiones nihil circa præsentem difficultatem explicẽt per consequens in hoc quoq. scrutinio, attẽdendus erit modus canonicus, qui in scrutinijs alijs seruatur: & confirmatur, quia casus omissus in statuto remanet sub dispositione iuris cõis. *l. commodissimè cum ibi not. ff. de lib. & posthum.* Quæ huic conclusioni obijci possent soluta sunt *d. dub. 6. & 7.*

DVBIVM CXVI.

An possit eligi, siue prouideri in Prælatum conuentualẽ, qui non intelligit, neque loqui scit idioma subditorum, vt verbi gratia. An possit præfici conuentui Italico, qui germanam tantùm nouit linguam, vt ei subsint fratres, qui Italicũ idioma solummodò callent?

SVMMARIVM.

1 *Non possunt institui curati, qui non intelligant, neque loqui sciant subditorum idioma, alias irritatur prouisio.*
Quod nam sit officium Curati?
Est maledictio Dei habere Prælatum alienigenam ignarum linguæ subditorum.
2 *Regulæ Cãcellariæ sunt temporales ad vitam Papæ, qui eas condidit.*
3 *Quando sint leges vniuersales, vbique ligantes?*
4 *Quando ablata lege remaneat eius ratio?*
5 *Quæ sit ratio regulæ de idiomate, & a quo originem trahat?*
6 *Quando possint præfici Prælati cõuentuales ignari idiomatis subditorum?*
7 *Et quando Prouinciales?*

1 
ESPONDEO negatiuè vt expressè habetur *ex c. qm̃. de off. iud. ord.* vbi hæc habentur. *Qm̃ in plerisq. partibus infra eamdem diœcesim permixti sũt populi diuersarum linguarum habentes sub vna fide varios ritus, & mores, districtè præcipimus, vt Pontifices huiusmodi ciuitatũ, siue diœcesum prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitatem rituum, & linguarum diuina illis officia celebrent, & Ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo, pariter & exemplo.*

Rõ huius canonis est, q. a ad curatũ Præfectũ ex officio spectat hæc narrata, subditis præstare, vt patet *ex c. oĩs vtriusq. de pœn. & remiss. c. inter. de off. iud. ord. & c. ecce. d. 93.* Rota *decis. 52. num. 10. p. 2. diuers. & decis. 340. n. 1. p. 2. in recent.* Sed hæc eadẽ profectò exequi non posset ignorans subditorum idioma; Ergo non debet prouideri; q̃ si de facto pũideatur: talis prouisio est irritanda per Cõc. Trid. *sess. 7. c. 3. de refor.* vt mandat Curatis, vt resideant, & sint habiles per se ipsos curã aĩarũ exercere, alias q̃ collatio, seo prouisio irritetur: & meritò cũ inter maledictiones Dei connumeretur hr̃e Prælatum ex alienigena gente, qui nõ intelligatur *Deut. c. 28. Adducet Dñs super te gentẽ de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinẽ aquilæ volantis cũ impetu cuius linguam intelligere non possis.* & in Hierem. *c. 5. Ecce ego adducã super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.*

Et tandè hęc conclusio probatur ex reg. Cancellariæ Apost. de idiomate. quæ refert in summa Bullarij Quarantę *tit. reg. Cãcel. Apost. Item voluit quod si contingat ipsũ alicui personæ de Parochiali Ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, vel gratiã expectatiuam concedere, nisi dicta persona intelligat, & itelligibiliter loqui sciat idioma loci, vbi Ecclesia huiusmodi consistit prouisio, seu mandatum, & gratia desuper quo ad Parochialem Ecclesiã nullius sint roboris, vel momenti.*

2 Sed statim obijcies Regulas cancellariæ esse tpales ad vitam Papę, qui eas condidit Gemin. *cons. 93. per totũ.* Aneb. *in d. c. 1. de const.* Zabar. & Imol. *in c. pastoralis. de fid. instrum.* & benè Capp. Thol. *decis. 444.* Caputaq. *decis. 58. gratiæ creationis lib. 2. nu. 2.* Mandos. Gomez. & Rebuf. *in proœm. reg. cancell.* Tusch. *lit. R. concl. 97.* Marches. *p. 1. tit. de commiss. appell. in Rom. cur. c. 5. nu. 346.* & alij.

3 Item obijcies regulas cancellariæ licet sint leges vniuersales vbiq. ligentes, exceptis quibusdam casib. iuxtà cõem DD. vt vt dicit Apostil. ad Rom. *in verb. refragentur. cons. 260. in proposito.* Gomez. *in d. prohem. q. 2. nu. 4.* Mascar. *concl. 258. cancell. regula quod probent nu. 16.* Latè Gonzal. *sup. reg. 8. cancel. § 5. proœm. n. 29. cũ seqq.* Attũ respicere materias trahentes originẽ ex curia, vt benè aduertit Fely. *in c. ex parte. col. penult. vers. regul. cancel. de rescript.*

Et ideò si ad vires collationũ allegant. respiciunt originem a statum incohatorum in curia; quod & in presenti multò magis procedit, quia expostulatur, vt Papa conferat, vt rectè adnotarunt prædicti DD. maximè verò Rebuff. Ergo prædicta Regula cancellariæ nihil in proposito probat.

4 Concedo omnia quæ objiciuntur cum hoc tamen vt aduertatur, quòd licet auferatur simpliciter lex non per hoc aufertur eius ratio, quando remanet non vt ratio; sed vt lex communis. vt benè docet Felin. multis iuribus adductis *in c. 1. col. penult. limit. 9.*
5 *vers. considera. de rescript.* Sed prædictæ regulę ratio est eadem q̃ exprimitur in iure communi idest *in d. c. quoniam de offic. iud. ord. & in alijs iurib. sup. relatis* Crescent. *decis. 13. de praben.* & trahit originem à iure naturali, & diuino Rebuff. & Gomes *ubi sup. q. 1.* qđ ex eo probari posse videtur, q̃a rõ naturalis, & diuina vult vocẽ Pastoris ab ouibus audiri, & intelligi, item Pastori non ignotum esse sermonem ouiũ, vt habetur in Euang. *Io. 10.* & in Ezech. c. 3. *Non enim ad populum profundi sermonis, & ignota lingua tu mitteris, ad domũ Israel, quorũ nõ possis audire sermones.* & est tex. *in extrau. Ioan. 22. sedes apostolica de concess. praben.* Ergo regulæ cancellariæ sunt vbiq. seruandæ, tamquam regulæ iuris cõmunis, quando sunt extractę de corpore iuris, vel ex rõne naturali. Marches. *vbi sup. n. 349.* Ergo pręfata reg. in proposito optimè, & concludenter probat.

6 Iterum his omnib. hucusq. dictis objicies vsu receptũ esse apud Religiosos, vt in partibus remotis, in quibus Religiones in sua prima nouitate florẽt p̃ficiant v.g. cõuẽtib. Germanis Patres Itali illius linguę ignari. Ergo si nõ de iure, saltem de cõsuetudine.

Resp. id euenire ex necessitate, & p̃ hoc optime facit *c. ad decor. 8. de instit.* & Glos. *in c. bona 2. vir. alienum. de postul. pralat.* & facilius id locum habet in terminis nostris de superioribus Regularium; quibus non licet confessiones subditorum audire, nisi quãdo ipsimet spontè, aut proprio motu, id ab ipsis petierint, prout decreuit Clemens VIII. Cum ergo hæc quæ objicitur non sit cõsuetudo; sed necessitas in argumentum trahi nequit *c. in argumentum de reg. iur. in 6.*

7 Deniq. objicies idem iuris esse de Prouincialib. quod & de Pręlatis conuentualibus tum quia præfata regula extenditur etiam ad beneficia electiua à præcitatis DD. tum etiam quià militant eędem prorsus rationes in vtrisq. sed in Prouincialib. videmus contrarium in praxi. Ergo & in Prælatis cõuentualibus.

Resp. disparem esse rationem: nam necessitas, consuetudo, iura, & præsertim *d. c. inter. de offic. iud. ordin.* faciunt facultatem Episcopis, vt per alios possint sibi subditis verbum Dei, & Sacramẽta ministrare. Ideo cum apud Regulares loco Epõrum subsrituantur d. Prouinciales non videntur militare æquè prædictæ rõnes in eis sicut & benè militant in Prælatis conuentualibus.

Dixi *æquè* quia conuincimur concedere eas in aliqua saltem parte locum, habere: vnde non nisi aliqua causa rõnabili suffragante videtur id posse fieri.

DVBIVM CXVII.

Si quis impetraret rescriptum à Summo Pontifice, vt sibi prouideretur de prima dignitate, vacatura in tali Religione. An sub tali gratia veniret Abbatia, vel Prioratus, siuè Guardianatus? &c.

SVMMARIVM.

1 *Quando strictè, & q̃n largè sint interpretanda gratia emanata à Summo Pont.*
Quando censeãtur gratia concessæ, proprio motu à Summo Pontifice?
2 *An Ecclesia conuentuales præsumantur collegiata de iure communi?*
3 *Quare non possit quis obtinere Prælaturã conuentualem virtute rescripti Apostolici præcipientis, vt ei prouideatur de dignitate ad Definitorium spectante?*
4 *An sub nomine dignitatis simpliciter veniat Prælatura conuentualis?*
5 *Quæ differentia intercedat inter dignitatem simplicem, & collegiatam?*
6 *Explicatur* c. cum illis §. illis verò. de praben. in 6.



1 Nteq̃uã concludamus q̃d sit sentiẽdũ duo fundamẽta hic ponemus. Sit ergo Primũ sicuti si hmõi gratiæ motu proprio, & de mera liberalitate Summi Pont. procederent essent plenissimæ interpretandæ; ita è contrario esse restringendas, & strictè interpretãdas, vtpotè ambitiosas, si ad petitionem impetrantis, vel alterius pro eodẽ factã, fuerint impetratæ. Et tũc solũ grã motu p̃prio facta censet, cũ in eadẽ id expressè cautũ fuerit *c. quãuis plenis. c. motu proprio. & c. si plu.*

pluribus. vbi cō. ten DD. de prabē. in 6. & Fely. *in c. postulasti. n. 13 limit. 6. de rescript.* & idem quoq. procedit, ēst constet gratiam ab impetrante petitam fuisse, vt. f. fit fauorabilis, dummodò in ea Pontifex explicet se eā motu proprio concedere: Si verò non explicet est odiosa Bal. *in c. nisi, nu. 4. de off. legat.* & *pluribus citatis* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 1. nu. 6.* & plenè multis DD & decisionibus *Rotæ* adductis Matt. *de claus. p. 1. claus. 72. per totam.*

2 Sēd fundamētum est licèt Ecclesia nō præsumatur collegiata, nisi probet; fallere tū in Ecclesijs conuentualib. quæ de iure cōi præsumuntur collegiatæ ēst conferantur ad voluntatem superioris, & non eligant monachi illius cōuētus. *c. sacrosancta cum ibi not.* p. Innoc. Hostr. & Bern. *de elect. c. nobis vbi* Host. *nu. 3. col. 2. versi. quidquid etiā.* Panor. *nu. 8. versi. item Ecclesia de iur. patron.* & *c. postulasti. eod. tit.* Oldr. *conf.* 281. *quod Prioratus. nu.* 1. Bisign. *decis.* 13. *de praben.* Beltrā. *in annot. in fi. ad decis.* 482. *Greg. XV.* Rot. *decis. 9. nu* 5. & *decis. 64. nu. 2. coram Card. Mātic.* & *decis. 259. nu. 9. coram Coccino.*

3 His fundamentis iactis dico primò pfatū impetrātē posse obtinere *Prælaturā*, cōuentualē siuè sit electiua, siuè non virtute memorati rescripti Apostolici qū est fauorabile, siuè in eo mandetur prouideri de prima dignitate vacatura, &c. non expresso aliquo prouisionis modo siuè exprimatur modus prouisionis. Hanc assertionem sustinent glo. *verb. quamuis in clem. 1. vers. fin.* quam ibi sequuntur Imol. Panor. & Card. *q. 5. de praben.* Idem Card. *conf.* 103. Arch. Io. And. Gem. *nu.* 8. & Franch. *nu. 2. in c. cum in illis* § *illis verò. de praben. in 6.* Fely. *in c. in nostra nu. 26 in fi. trigesimiprimi cor. de rescript.* Selua *p.* 3. *q.* 11. *num. 29. 16. qualitate.* Æneas de Falcon. *de praseruatio. q. 3. nu. 21.* & Rota *decis.* 111. *de praben. in nouis.* & videtur communis.

Ratio huius assertionis est, quia verb. *prouisio* in fauorabilibus comprehendit etiam electionem, vti probabitur dub. seq.

Dico secūdò præfatum impetrantem nullo modo posse obtinere Prælaturam conuētualem virtute prædicti rescripti Apostolici, qū illud rescriptum est odiosum, siuè ea Prælatura sit electiua, siuè non, nisi in eo exprimatur de ea. Ratio huius assertionis est, quia verb. *prouisio* in odiosis non comprehendit electionem, vt patebit ex *dub seq. num. 7.* & in terminis dicunt Caputaq. *decis. 36. nu. 15.* & 16. *p. 3.* Gonzal. gl. *16. à nu. 9.* & Garc. *de benef. p. 1. c. 6. nu. 33.*

Et licèt hæc ratio concludat præfatū impetrantem non posse obtinere Prælaturam conuentualem electiuam: sed bene potest eā quæ per viam prouisionis datur, vt est institutio *Prælatorum* conuentualium facta à Generali, siuè Prouinciali cum Diffinitorio, vt ex dub. seq. in prin. liquet.

Et itē licèt omnes DD. quos pro prima conclusione allegauimus cōtra multos alios quos citat Garc. *vbi sup. num. 27.* tueantur etiam in odioso rescripto venire Prælaturā conuentualem ad quemlibet modum prouidendi spectantem siuè ille sit electiuus, siuè non, qū in eo rescripto nullus exprimitur modus; sed simpliciter mandatur prouideri de prima dignitate vacatura.

Attamē quidquid sit de hoc illud certum cum simus in odiosis, sub nōīe illius dignitatis non posse venire v. g. Prioratū *c. statutū. de elect. in 6.* quia Prioratus est principalis dignitas in collegiata, *vt supra* probatur, *ex 2. fundamento.* Nam nemini vertitur in dubium quin inter dignitatem simplicem. & dignitatem collegiatā illud intersit, q ēst ad hanc quis nō assumatur per electionem; 5 conferri tū non potest, vt notant expresse Io. And. Archid. & alii *in cap. deliberatione. de off. leg. § 6.* quos sequitur Oldr. *ind. cōs.* 281.

6 Neque obstat *c. cum illis* § *illis verò. de praben. in 6.* quia vt benè respondet idem Oldr. *vbi sup. nu. 3.* ibi non hr sermo de dignitatibus, & personatibus in Ecclesijs collegiatis: vnde cum inter dignitatem simplicem, & collegiatam expressa differentia dimidiet *d. c. deliber atione. circa prin.* sm Archid. Io. And. Oldr. & stylum curiæ Roman. profectò hic non habet locum *d. §. illis vero.*

DVBIVM CXVIII.

An in quadam Religione Ord. Min. in qua statuta generalia dant electionem Guardianorum Prouinciali, & Diffinitoribus possit Generalis ad arbitrium suum eligere aliquē fratrem in Guardianum in vno, vel altero casu?

SVMMARIVM.

1 *Nunquam arbitrarium est iudici recedere à iure, vel à consuetudine.*
2 *In non determinatis à iure, vel à consuetudine necessarium est arbitrium Iud.* & *quō.*
3 *Parificantur arbitr. Iud.* & *arbit boni uiri.*
4 *Deuolutio fit gradatim vsq. ad Papam.*
5 *Qua causa sit sufficiens ad deuolutionem?*
6 *Quid iuris de electione,* & *de prouisione.*
7 *Verbū* prouisio *an cōprehēdat electionem?*

 8 *Vbi*

8 *Vbi agitur de Reddito ad ius commune latissima interpretatio est facienda.*
9 *Quare Generalis non possit eligere Guardianos. Et quando possit nu. 12.*
10 *Qñ statuta noua magis recipiant interpretationẽ ab antiquis, quam à iure cõi? n. 11. Guardiani in prouincijs nouis pro prima vice instituuntur à Visitatoribus generalibus*
11 *Modus sæpissimè immutatus circa electionem non potest inducere consuetudinem.*
13 *Quare prouisio Guardianorũ spectare possit ad Generalem, & Capitulum generale?*
14 *Quomodo intelligenda sint verba Seraphici testamenti* fermamente voglio obedire al Ministro Generale di questa Fraternità, & a quel Guardiano, &c.
Verba statutorum duplicem intellectum habentia, quinam capiendus sit.
15 *Constitutiones non receperunt Seraphicum testamentum pro noua lege.*
Seraphicum testamentum non obligat.

1 D certiorem solutionẽ propositæ difficultatis prænotandũ est primò, vbi reperitur ius scriptum ab eo nõ recedi, cum arbitrarium non sit; sed certũ, & decisũ à lege, seu statutis loci Bart. *in l. ambitiosa. nu. 11. ff. de decr. ab or. fac.* Imol. *cons. 44. nu. 4.* Neuiz. *lib. 5. Silua nupt. nu. 74.* Et idẽ iuris est de eo, quod à iure non scripto. i. consuetudine firmatum est, nã vt affirmarunt Bal. *in l. quicunq. col. 5. C. de seru fug. &* Io. de Anan. *in c. iudæi. de iudæis.* necessarium, non arbitrarium illud dr̃, quod cõsuetudine est stabilitum. & Fulgos. *in l. quid ergo pœna grauior. nu. 23. de ijs qui not. infam. pœnam.* ait consuetudinem determinatam censeri à lege definitam: hos sequũtur Fely. *in c. inter cæteras. colum. 4. nu. 12. de rescript. & in c. ex literis n. 14. vers. sextò glo. de const.* Dec. *cons. 100. nu. 11.* Mantua. *in c. nonnulli nu. 12. de rescript.* Curt. iun. *in l. 1. num. 30. ff de iuris. omn. iudic.* Ripa *in l. si constante. nu. 31. ff. sol. matrim.*

2 In casibus verò in quib. non reperitur aliquid cautum à iure, vel cõsuetudine expressè necessariò desideratur arbitrium Iudicis: sed regulatum à iure. i. à simili ad discernendum an reducantur ad casus expressos in iure, & an sit probabilis æstimatio illorum; ita vt consideratis similib. dispositionib. pp̃ensis, multis coniecturis, quæ æquitate potius, quàm iuris subtilitate nituntur, quod iustũ, & æquũ de iure videri põt, statuatur, vt colligitur ex Bar. *in l. si societatem. §. arbitrorum. nu. 28. vers. in quantum in isto dubio. ff. pro socio.* & egregiè tradit Tiraq. *de retract. lign. §. 2. gl. 1. n. 19.* Menoch. *de arbi. iud. lib. 1. q. 14. num 9.* Suar. *de leg. lib. 6. c. 3. nu. 14. & 15.*

3 Et hæc oĩa hucusq. dicta ita vera sunt, vt in oĩbus p̃dictis nunquã Iudex propriam sequetur cõsciam; sed iustitiam cõi, & publica lege, seu cõsuetudine, vel statuto loci munitam Bal. *in c. 1. §. iudices. nu. 5. de pac. iur. fir.* quẽ sequuti sunt Cepol. Marsil. Cur. quos refert, & sequitur Menoch. d. *lib. 1. q. 13. nu. 15. & seqq.* vbi latè hanc materiam tractat. Alex. *cons. 218. nu. 5. l. 2.* Ias. *Instit. de actio. § sed ista. n. 138. & 139 & cons. 191. placet mihi lib. 2.* And. ab Exea *in c. 1. num. 403. de constit.* & nouissimè multis allegatis March. *p. 1. c. 6. tit. de cõmiss. appel. ext. Rom. cur. n. 86. & seqq.* Quo circa si Iudex affirmet rem ita se hr̃e in sua consciã, malè definit, vt docuit Ias. *d. §. sed ista. n. 134.* Menochi d. *lib. 1. q. 8. n. 44.* Fusc. *de visit. Eccles. lib. 2. c. 21. nu. 20. & alij.* Bonus namq. Iudex inquit Ambr. *super Beati immaculati ser. 10. ad vers. miserationes tuæ Dñe,* vt hr̃ *in can. Iudices. 3. q. 7. nihil ex arbitrio suo facit, & domestica proposito voluntatis; sed iuxta leges, & iura pronũciat, statutis iuris obtẽperat, nõ indulget propriæ volũtati* (& paulò post) *Qui iudicat nõ voluntati suæ obtẽperare dẽt, sed tenere, quod legum est.* item *c. quamuis vera. 11. q. 3.*

4 Secundò prænotandum est in refutatione
inferiorum electorũ ad quos de iure spectabat electio eã semper deuolui de iure cõi ad proximũ immediatũ superiorẽ, & ab hoc p̃ximè immediato ad aliũ proximũ immediatum gradatim vsq. ad Papã, vt multiplici iuris, & DD. testimonio probatũ est *dub. 13. n.*
5 *1. & 2.* Nec ab illo p̃ximo Superiore, ad quẽ primò facta est deuolutio non deuoluitur illud ius prouidendi ad alium proximum Superiorem, & ab hoc iterũ vsq. ad Papã, &c. nisi interfit eadẽ causa canonica, & iusta sm̃ canonicas sanctiones, quæ sufficiens est ad efficiendũ, vt deuoluatur electio ab illis electoribus primis ad proximũ immediatũ Superiorem illum. Et hoc põt probari ex illa cele
6 bri gl. *in c. si posquã verb. prouisione. de electio. in 6.* cõiter recepta, vbi dr̃. Cum quotidie iura parificẽt electionem, & prouisionẽ. *c. statuimus. c. vt circa. c. si posquam, §. fin. c. si compromissarius. c. constitutio c. procurator. de elect. in 6. clem. constitutionem eodẽ tit.* quid iuris de vno, & de alio.

7 Huius singularis glossæ dicti ratio potest esse, quia licet in oĩbus verbum *Prouisio,* sit interpretandum, vt nõ includat electionẽ *c. cum illis §. illis verò de præben. in 6.* vbi

Panor.

Panor. & Franch.n.6.&7.& clem.1.eo.tit. Panor.in clem.de elect.n.1.Cosmas in prag matica sanctione tit.de reseruati o,verb. di spositionē.Fely.in c.in nostra.n.28.ad fi.de rescript. & nouissimè multis relatis Garc.de benef.p.1.c.6.nu 33.Attamen in fauorabilibus comprehendit etiam electionem, quia tunc continet omnem modum, per quem prouidetur Ecclesijs.Gemin.in c.1.num.10. Franch.de elect.in 6.glos.in clem.fin. verb. prouisioni de elect in 6.Apostil.ad Panorm. in rubr de postul Prælat.lit.b. Felin. multis allegatis vbi sup & Ror.decis.141. nu.2. in fin.p.1.in recent.decis.791.nu.6.p.1.diuers. quã cũ alijs DD.sequitur Garc.vbi sup.n.31. in præsenti uerò sumus in fauorabilib. cum agatur de redditu ad ius cõe, in quo casu latissima intetpretatio facienda est, vt de facili res ad suam naturam redeat.c. ab exordio.dist.35.l.si vnus §.pactus ne peteret. vbi Ias.nu.6.ff.de pact.Fusissimè multis cumulatis Felyn.in c.cũ omnes.nu. 8. & in c.cũ accessissent.nu.5.vers.banc. declarationem in tellige de const.glos.c.statutum.verb. nume randum.de praben.in 6.& in simili dixit Alder. Mascar.super stat.concl.2.n,170.& cõmuniter omnes.Ergo quid iuris de electione,& de prouisione.

9 His doctrinis suppositis tamquam certissimis dico nullo modo esse arbitrarium Generali eligere Guardianos sua auctoritate in vno, vel altero casu necessitatis ad arbitrium sui ipsius Generalis,nisi sit casus,in quo deuoluitur talis prouisio à definitorio, & Prouinciali ad Generalẽ tamquã ad Superiorẽ immediatum sm̃ iura canonica expressè, vel reductiuè, vt in fundamẽto explicatũ est.Ita in simili asserit Gonzal.super reg. 8.cãcell.in probam.§.4.n.1. vers.quoniã in casu dicta.&c. vbi aperte scribit nũquã deuolui prouisionẽ si talis deuolutio non reperitur in iure ratione causæ,quã præmanibus hebemus aliàs (inquit ipse gl.11.n.62.) esset dicẽdũ tot iura de deuolutione loquẽtia esse correcta,& destructa, quod est absurdũ per l.si quando. C.de inof.testamen.cũ simulib.

Et quãuis hæ cõclusio satis superq. ꝓbata relinquatur ex fundamẽtis;attamẽ firmior etiã reddetur ex solutione argumẽtorũ,quæ in cõtrariũ obijci possunt inter quæ fortissimum apparet hoc.

10 Statuta noua magis recipiunt interpretationem,à statutis antiquis, & à consuetudine antiqua in eadem materia,quàm à iure communi,vt multis allegatis asserit Alder. Mascard super stat.concl.2.nu.103.& seqq. vsque ad 129.& Rota decis. 644.n. 1.p.2.in
11 recent.Sed antiquitus Guardianorum prouisio relinquebatur Ministro Generali, & vsque in hodiernum diem consuetudo viget,vt in illis prouincijs,in quibus Religio in prima sua nouitate floret, & nondum celebrata sunt capitula prouincialia, conuentus,prouideantur de Guardianis à Visitatoribus Generalibus,qui postea Guardiani sic prouisi,in illo primo capitulo proximo actiuè,& passiuè intersunt quibuscunque electionibus capitularibus. Ergo poterit quoque prouidere Generalis Minister de Guardiano in alijs huiusmodi casibus,qui ei consideratis considerandis necessarij videbũtur ad sui iudicium.

Quòd autem antiquitus relinqueretur prouisio Guardianorum Gener. Minist. patet primò ex Polic.c.8.num. 10. qui totam Guardianorum institutionem relinqui Generali,& Capit.generali scribit ex eo, quod regula nullam pœnitus mentionem faciat de huiusmodi electione.Secundò videtur aperte colligi ex illis verbis Seraphici testamenti,quod constitutiones supradictæ Religionis Minorum pro glossa, & expositione Regulæ expresè receperunt *E fermamente voglio obedire al Ministro generale di questa fraternità & à quel Guardiano, qual li piaccrà di darmi.*

11 Respon.ad illam maiorem dicendo statuta noua recipere magis interpretationem, à statutis antiquis, & à consuetudine antiqua,vbi verba sunt dubia;vbi verò non sunt ambigua,sed clara (vt sunt in dictis statutis generalibus nouis,quæ expresse dant electionem Guardianorum Prouinciali, & Definitorio non est locus interpretationi, Ita glos.in cap.cum dil.ctus verb.iuri communi,vbi DD.& iura allegantur.Panorm.numer.21.de consuetudine. Rota decis 108. num.6.p.1.& decis 17.nu.27.par.2.diuers. & in alijs decisionibus cumulatis per Garc. de benef.par.5.cap.4.num 210. Præterea si
12 hæ consuetudines,& hæc statuta variata sunt pro varietate temporum, vt testatur Cord.sequitur nullã extare consuetudinem quia modus circa electionem sepæissimè immutatus,& variè obseruatus non potest inducere consuetudinem Rota decis.65.nu.16. p.1.in recent.

13 Ad illam consuetudinem in nouis prouincijs dico eam nihil concludere ad rem nostram:non enim concludit extantibus Prouinciali, & Definitorio posse Generalem in vno, vel altero casu eligere ad sui arbitrium Guardianum; Sed solum concludit in defectu,& carentia Prouincialis, & Definitorij posse Generalem supplere, quod & ego conc edo, posse,s.induci contra ius cõe talem

talē cōsuetudinē Panotm. *in elem & si prin cipalis.n.6.de rescript.* Dixi *contra ius cōe*, nam de iure cōi deberet reuerti ad conuentum, vt benè aduertit Innoc. *in c.eum nostris nu.1.in fi.de conceß.praben.*

Ad auctoritatem Polic. dico ipsum non asserere prouisionem Guardianorū relinqui Gn̄ali Ministro solū, sed copulatiue Gn̄ali, & Capitulo generali, quod & ego concedo, licet diuersą rōne, nam ipse ait id euenire ex eo, q̄ regula nullam mentionē faciat de electione Guardianorum. Sed pace rāti Patris hæc rō non pōt subsistere, quia si Regula nullā mentionem facit de elect. Guardianorum sequitur eā pertinere ad suos conuentus. Sequela patet, nā casus omissus in statuto remanet sub dispositione iuris cōis *l.commodissimè cū ibi not.ff.de lib. & posthum.* Rot. *decis. 675.n.2.p.4 diuers.* & perpetuò Rota, & ferè in terminis tradit Rodriq. *tom.2.q.52.ar.5.§.nā cum in regula.* Sed de iure cōi electio Guardianorū spectat ad suos conuentus, ut probatum est *dub.61. n.1.* Ergo non ad Generalē, & Capitulum generale; sed ad cōuentum, vt benè dixit Innoc. *vbi sup.* Vnde melioti semper salua sn̄ia ego dico prouisionē Guardianorum spectare posse ad Generalē, & Capitulum generale, quia gaudent potestate talia statuta condendi circa Guardianos sui Ordinis: Guardiani n. qui sm̄ statuta Ord. Fratrum Min. aliter, quā per electionē instituuntur, sunt verè Guardiani, vt cōcessit Clē. IV. & retuli *d.108.n.7* Ergo pōt spectare ad ipsos generalē, & Capit. generale.

14 Ad auctoritatem Seraphici testi dico ea verba duplicem sensum posse importare: im proprius est, q̄ datur in obiectione: pp̄rius verò est hic nempè, *E fermamente voglio obedire al Ministro Generale di questa fraternità, & à quel Guardiano (cioe già eletto) quale li piacerà di darmi (cioè sotto il quale mi vorrà mandar di familia.)* Quòd aūt hic secundus sensus sit proprius, & non primus, qui datur in obiectione patet ex eo, q̄ non dixit *E voglio obedire, & c. & à q̄l frate, qual li piacerà di darmi in Guardiano;* sed dixit, *& à quel Guardiano* supponens iam esse electum. Vnde si qn̄ verba habent duplicem intellectum, quorū alter est proprius, alter improprius; tunc benè capiēdus intellectus improprius, & dimittendus proprius, vt minus recedatur à iure cōi, quàm sit possibile. Panorm. *in c. cum dilectus.nu.21.de consuet.* & cōiter DD. quantò magis erit nunc capiendus pprius, & dimittendus impropriue, quò minus vulneretur iuris communis dispositio, quàm fieri possit?

15 Alio quoq. modo responderi pōt, nā estò, sit verus, & germanus intellectus ille opinionis contrariæ (q̄ non concedo) attamen, nihil concludit, quia si constitutiones receperunt Seraphicum testm̄ pro glossa, & expositione Regulæ: non sū receperunt illud pro inductiuo nouæ formæ: Hinc cum in Regula nulla fiat mentio de Guardianorum electione, quæ possit interpretari, seu glossari, seqtur illud idem nouam legem imponere, ad cuius legis Seraphici testi obseruātiam Fratres Minores non teneri dicunt cōes expositores eorum Regulæ, & maximè in hoc casu, vtpotè contra iuris communis dispositionē.

DVBIVM CXIX.

Quomodò cōfirmentur Prælati Conuentuales electi per viam prouisionis, v.g. á Prouinciali, & Difinitorio?

SVMMARIVM.

1 *Electio quæ non eget confirmatione superioris dicitur prouisio.*
2 *Quid sit prouisio?*
3 *Quid sit postulatio solemnis, & non solemnis, & quæ eius vis?*
4 *Quid prouisio non solemnis?*
5 *Quid sit prouisio solemnis?*
6 *Prouisio nō solemnis non habet vim electionis, & confirmationis.*
7 *Sed benè prouisio solemnis.*
8 *prouisi possunt administrare absque alia cōfirmatione cōtra Rodriq. cuius erroris causam vide num. 9.*
9 *Electio requirit necessariò confirmationem Superioris, non autem prouisio.*

1 ERTVM est ea beneficia sō. censeri electiua, quæ prouidentur per electionē, quæ non eget confirmatione Superioris, vt firmatū est *dub. 49.nu.2.* & item certum est talem electionem dici prouisionem Card. gl. Franch. Felin. Glossator. Selua Rebuf. Coras. Cosmas Quintanadueñas quos oēs cū alijs refert, & approbat Garc. *de benef.p.1. c.6. nu.23.* Modò nè per ignotos terminos procedamus prius videndum est quid sit prouisio, & quot species. Prouisio igitur, prout ad tem nostrā spectat optimè describitur à gl. *in c.1. post fig. casus, ver. nota primò. de elect. in 6.* His verbis *Prouisio fit per deuolutionem ad Superiorem, vt quando Monachi eligendo indignum sunt priuati pro illa vice potestate eligendi quæ electio deuoluitur ad Superiorē immediatū & illud q̄ facit Superior, vocat prouisio. Aliqñ Superior hoc facit iure suo, sicut plures Abbatiæ hn̄t Prio-*at*' sub se quos*

quos conferunt Abbates iure suo, & non eligunt Monachi illius Prioratus conuentualis, & talis collatio, quam facit Abbas de Prioratu cõuctuali vocatur prouisio.

2 Quot aũt species prouisionis dentur? Altior i indagine repetenda est illa distinctio, quã tradũt Panor. *in c. 1. n. 34. de postul. prælat. & in c. quia propter. in 2. q. de elect.* gl. *in c. fin. de elect. in 6. Dec. in rubr. de postul. prælat. nu. 12.* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. p. 1. ar. 12. 1. q. princ.* Sayr. *de cens. lib. 2. c. 6. nu.* 10. & cõiter DD. de postulatione solemnem, & non sólemnẽ. Solemnis dr̃ qñ postulatur ab eo, qui potest super omni impedimento postulati dispensare. Non solemnis veró dr̃ qñ postulatur ab eo, qui nõ potest dispensare super omni impedimento postulati, requiritur tñ eius consensus. Exemplum fit Canonici volunt eligere Monachum in Episcopum: sed quia Monachus non potest consentire sine licentia Abbatis *c. si Religiosus. de elect. in 6.* Canonici postulant ab Abbate, vt concedat eis illũ Monachum: Tunc si Abbas consenserit, hæc admissio postulationis nõ habet vim electionis, & confirmationis, sed debet de nouo eligi, & peti confirmatio electionis. Postulatus vero postulatione solemni, de stylo curiæ Romanæ admissa postulatione consequitur ius, ac si fuisset electus, & confirmatus: vnde non indiget alia electione, vel cõfirmatione, & probatur per *c. gratum. de postul. prælat.* Panorm. *vbi sup. in d. c. 1. eodem tit. nu. 34.*

Modò hac distinctione repetita de postulatione dico nos pari ratione posse distinguere prouisionem in solemnem, & non solemnem.

3 Prouisio non solemnis est quando ille, q habet prouidere non potest confirmare: vt v. g. Compromissarij, in quos compromittitur electio, qui licet eligant; non tñ gaudent auctoritate confirmandi electionem, quam pronũciant, & hos meritò inquit gl. *in cap. sicut. verb. compromissi. de elect. in* 6. post Archidiac. posse vti verbo *prouideo* in pronunrianda electione per *c. quia propter. & c. causam quæ. de elect.* & item posse vti verbo *eligo* per *c. cum dilectus. & c. cum in veteri. de fortibarcl.* Et de hac prouisioñ nunc nobis non est sermo, cum verè non possit dici prouisio, vt explicat Bald. *cons. 486. verba Papæ pen totum. lib. 5.* quem sequitur Tusch. *lit. P. concl. 930. num. 2.*

4 Prouisio verò solemnis est quando ille cui suffragatur ius eligẽdi, suffragatẽ quoq. ius confirmandi, Hoc aũt dupliciter euenire potest, vt not. gl. *in c. vt circa. verb. electiones. de elect. in 6.* Panorm. *in c. causam quanum 6. vers. secundò quæritur. & in c. ne pro defectu. num. 4. vers not. vlt. ibi. de elect. & in c. dilectus filius. nu. 3. de consuet.* in qb. locis al egat I nnoc. & gl. *in c inter canonicos. de elect. in clem si de beneficio depreben. & in c. cum venissent. de institut.* Io. And. *in c. ne pro defectu. de elect.* Dños de Rota *in varijs decisionib.* & alios. Nam aut in eadem persona hæ duæ potestates, eligendi s. & cõfirmandi concurrunt eodẽ iure, & officio, licet altera earum sit iure deuoluto. Aut cõcurrunt diuerso iure, & officio. Primi modi exemplum fit v. g. Prouincialis cum Definitorio hẽt auctoritatẽ de iure cõi confirmandi electionem *Priorum*, seu Guardianorũ Panor. in *c. monach. nu. 10. per illũ tex. §. prioratus. de stat. monachorũ & per c. cum ad monasteriũ. §. nec aliqui. eod. tit.* & supponamus quoq. hẽt auctoritatẽ, licet iure deuoluto ex vi generalium cõstitutionum celebrandi eandem electionẽ ipsorũ Priorum, siuè Guardianorum. Vnde potestas eligendi, & potestas confirmandi concurrunt in eadem persona Prouincialis, & Definitorij eodẽ iure, siue officio, nempè vt *Prouincialis*, & Definitoriũ sunt, &c. Secũdi modi exemplum fit. Si v. g. Generalis fungeretur officio Compromissarij in aliquo capitulo congregato ad electionem Prouincialis celebrandam: tũc hæ duæ potestates concurrunt in vna persona diuerso iure, seu officio, quia hẽt eligere vt Compromissarius, & habet confirmare, vt Generalis.

His sic explicatis dico pro solutione propositi dubij in 2. modo. i. Generalem, qui fungitur officio Compromissarij non posse se expedire vnico actu, quia non dẽt miscere istas potestates, vt alius eligat, & alius confirmet. Et de hoc modo in præsenti non loquimur, nec intelligitur dicta descriptio prouisionis, cum hæc coincidat cum memorata prouisione non solemni.

Dico secundò in *secundo modo* nempè Prouincialem, & Definitorium posse se expedire vnico actu. i. eligere, & confirmare simul, & semel & procedere per veram viam Prouisionis solemnis; tali namq. modo eligunt, & confirmant, Bald. *d. cons. 486. vers. similiter etiam verbum.* relatus à Tusch. *vbi sup. num. 2.* Prouisio n. habet vim electionis, & confirmationis simul. *in c. cum olim. de caus. poss. & propr. gl. in d. c. verb. prouisionem. & in c. vt circa verb. electiones.*

nes.de elect.in 6.&ibi Domin.Panorm.*vbi sup.in c.ne pro defectu.&in c.causam quæ. de elect.*Imol.*in c.audttis. col. 3. & quasi ad fi.de elect.*Gem.*conf.15.nu.3.vers.quia verbum prouisio.* quem refert Tusch. *vbi sup.nu.1.*Siluest *tit.electio 2.q. 19. in fin.* Cuch.*instit.maior.lib.4.tit. de confirm. & confirm.potest.nu.52.* Et hanc doctrinam diligenter nota, quia de hac prouisione vera semper intelligendi sumus, cum dicimus Priores, vel Guardianos non per electionē, sed per prouisionem institui.

7 Et ex his dictis non obscurè colligitur nō satis caute Rodriq.*tom.2.q.6.art.6.*dixisse, necesse esse Guardianos per Prouincialem, & Definitorium electos in Ordine Min. ita tim remanere confirmatos authoritate Apostolica argumento priuilegij Clem. IV. quod retuli *sup.dub.108.nu.7.*aliàs (inquit ipse) minimè possent exercere potestatē in spiritualibus, & tpalibus, vt notum est in iure.*c.auaritiæ.de elect.in 6.* Sed profectò hallucinatur, quia taliter prouisi non indigent alia confirmatione, & ideò administrare possunt non obstante *d.c. auaritiæ*: Ita affirmat eisdem prorsus formalibus verbis Felyn.*in c.eam te.num. 3. de rescript.* quem approbat Rota coram Coccino penes Marchesi.*tit.decis.imprimend. omissa, fol.mihi 495.nu.8.*& item Bald. *conf.324. quod dicti statuentes.per totum.* quē sequitur Tusch.*vbi sup.nu.6.*Compost.*in c. cum inter canonicos.de elect.* Mil.*in verb. electio.q.2.*quos citat, & sequitur Tolos.*in tit. de elect.c.19.num.5.*

8 Et quamuis Oldr.*conf.146. factum tale est. De consuetudine Ecclesiæ, Eduensis.num 5.*asserat per ea, quæ ibi congerit loco confirmationis hri installationem, seu aliud qd simile; Attñ id intelligendum est de electione propriè dicta, quæ requirit factum alterius, hoc est *Superioris* confirmantis Rota *decis.66.nu.6.coram Greg.XV.* non aūt de prouisione, quia assumptus non via electionis, sed prouisionis potest administrare, absque alia confirmatione, vel installatione, vt inquit Fely.*vbi sup.*referēs Imol. & alios.

9 Quō aūt deceptus sit Rodriq. dicendū est, vel non cognouisse hanc esse prouisionem, vt innuit *eod.tom.q.51.ar.vlt.in fin. & q. 52.ar.5.ad fi.* vbi gratis sibi fingit electionem Guardianorum à Definitorio habitā esse electionem Compromissariam ex eo, quòd tota prouincia in vnum congregata tacitè compromittat d. electionem Guardianorum in Prouincialem, & Definitores; vnde ipsi postea tamquam Compromissarij designantur. Quæ omnia quàm longè à veritate discent, liquet ex dictis de compromisso absoluto per totum caput 3.*& dub. 47.num. 11. eisque ad finem dubij.* Vel dicendum est deceptū fuisse, ex eo quod si cognouit hāc esse prouisionem, non cognouisse tamen prouisionis vim, & naturam, vt ex illo præcitato *suo art.6.q.53.*apertè mōstrat.

DVBIVM CXX.

Quæ iurisdictio, & authoritas Prælatorum Conuentualium, idest Abbatum, Priorum, Guardianorum, Rectorum. &c.

SVMMARIVM.

1 *Duplex modus eligendi Prælatos conuēt.*
2 *Prælati conuentuales electi à quo habeāt iurisdictionem ordinariam?*
3 *Quando priuilegia Prælatis Conuentualibus concessa eis faueant, & quando nō? Quomodo consensus omnium de religione concurrant in capitulo generali? Vsus priuilegij est voluntarius.*
4 *Titulus quæstionis exponitur. An ad esse Prælaturæ necessariò requiratur, vt sit electiua?*
5 *Quanta sit authoritas in subditos, eorum Prælatorum, qui prouidentur? Ratio solutionis adducitur.nu.21.& seqq.*
6 *Item quanta sit Prælatorum conuentualium, qui prouidentur à PP. Regiminis* Congregat. Cassinensis Ord. S. Benedicti?
7 *Item quanta sit authoritas Superiorū localium Societatis Iesu?*
8 *Item quanta Guardianorū, qui prouidentur à PP. Diffinitorij, vel à Generali Ordinis Minorum?*
9 *An & in quibus possint dispensare cum sibi subditis?*
10 *An omnes Guardiani Ordinis Minorū æqualem authoritatem habeant?*
11 *Et item an æqualem habeant Guardiani vnius Congregationis eiusdem Ordinis?*
12 *Statutum correctorium iuris cōis non recipit benignā interpretationē à iure cōi. Extensio non admittitur in materia correctoria. (legi.*
13 *Priuilegia Religionibus concessa æquātur*
14 *Interpretatio iuris cōis est actiua, vel passiua. Quæ sit vtraq. Et quam necessariò recipiat statutum.*
15 *Vsus & praxis est iuxta ibem sententiā.*

16 *Quan-*

16 *Quando priuilegium non deroget iuri cōmuni?*

1 De duplici specie Prælatorū conuentualium pôt in præsenti dubitari; de prælatis .s. ſuperiorie cōis diſpoſitionem electis; vel de prælatis contra idem ius cōmune prouiſis, de qua duplici electione dictū eſt. *dub.* 114. *nu.* 2. *& ſeqq.*

2 Et quidem quod ad primam ſpeciem Prælatorum conuentualium attinet: nempe de illis, qui eliguntur à ſuo collegio, & confirmantur à ſuperiore, nulla extat difficultas quin iuriſdictione ordinaria gaudeant, ſecundum ſtatuta ſui Ordinis cum eam habeant à iure communi Innoc. *in c. cum ab eccleſiarū. n.* 1. *de off. ord.* Rota *deciſ.* 2. *nu.* 1. *tit. de praſcrip. in nou.* & de his intelligo Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 3. *nu.* 9. alios allegārem. Nec item vllum dubium eſt quin

3 his Prælatis faueant omnia priuilegia ipſis ſimpliciter cōceſſa, vt per ſe patet, dummodo eis non eſſet renunciatum in capit. generali illius talis Religionis in quo concurrunt conſenſus omnium Religioſorum illius Religionis ſaltem mediatè. i. mediatib. Diffinitis, Prælatis, &c. & alijs, qui nomine omnium, & ſingulorum de ordine interſunt ipſi Capitulo. *Suar. de relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 22. *n.* 15. Rō huius limitationis eſt, quia vſus priuilegij eſt voluntarius, & qui libet poteſt renunciare fauori proprio *l. ſi quis in conſcribēdo. C. de pact. c. cū acceſſiſ ſent. de conſt. & c. ad apoſtolicam. de regul.* Sed Capitulum poteſt renunciare iuri eligentium, vt proprio, ſicuti probatum eſt *ſup. dub.* 106. *nu.* 2. Ergo, &c.

4 Tota verò difficultas vrget de prælatis conuentualib. qui aliter, quàm per electionem inſtituuntur contra iuris cōis diſpoſitionem: quæ nam. ſ. ſit horum authoritas?

Nec eſt quæſtio de authoritate, quæ non verſatur circa iuriſdictionem in ſubditos, nā certū eſt eos hac authoritate gaudere, quæ ſimpliciter cōceditur ipſis prælatis inferioribus. Et ratio eſt, quia ad eſſe prælaturæ non requiritur neceſſariò, vt quis debeat eſſe perpetuus. i. vt eligatur ab vniuerſitate ſubditorum. *clem. & ſi principalis. vbi gl. verb. per electionem.* & Panor. *nu.* 6. *de reſcript.* iuncta doctrina, quam ſupra tradidi *du.* 49. *nu.* 1. Vnde iure meritò omnia quæ conceduntur non ratione iuriſdictionis in ſubditos; ſed ratione dignitatis ſolùm æquè competunt vtriſque, prælatis ſ. electis, & itē prouiſis, quia tām hi, quàm illi ſunt prælati, vt probabitur *du. ſeq.* hinc v. g. poterunt ſibi eligere Confeſſarium nō approbatū, vt dicetur in *dub ſeq.* & hmōi. Reſtringitur igitur hæc quæſtio ad authoritatem in ſubditos: quanta. ſ. ſit quæ competit d. prælatis?

Ad cuius difficultatis firmiorem ſolutionem prænotandum eſt primò Religiones non poſſe ſtatuta condere contra ius commune, niſi ſpecialia priuilegia eis faueant, vel niſi confirmētur in forma ſpeciali à Sūmo pont. aliàs nulla ſunt, vt probatum eſt *dub.* 108. *n.* 2. *& ſeqq.*

Secundò prænotandum eſt ſtatuta, quæ auferunt electionem prælatorum conuentualium a ſuis conuentibus, & dant eam alijs eſſe correctoria iuris cōis Rota *deciſ.* 65. *n.* 9. *p.* 1. *in recent.* & patet ex dictis *dub.* 114. *num.* 2.

5 His prænotatis ſit prima cōcluſio prælatos conuentuales, qui aliter, quàm per electionem inſtituuntur, nulla alia authoritate gaudere in ſibi ſubditos niſi ea, quā eis tribuunt ſtatuta ſuæ Religionis, quatenus ſunt confirmata à Sum. Pontifice in forma ſpeciali, vel ſecundum tenorem priuilegiorum Apoſtolicorum, quorum virtute ſubſiſtunt ipſamet ſtatuta, & non ſunt nulla, vtpotè correctoria iuris communis.

6 Hinc infertur primò Abbatibus conuentualibus Congregationis Caſſinenſis Monachorum Ordinis S. Benedicti, qui à Regimine, ſeu Diffinitorio eliguntur competere omnem iuriſdictionem, oīa priuilegia, & gratias tā t̄ pales, quā ſpirituales in ſubditos, quæ competerent eis ſi eligerētur à ſuis conuētibus. Ratio huius illationis eſt, quia in ordinationibus quas Paulus V. *anno* 1607. præſcripſit dictæ Congregationi, & cōfirmauit *anno* 1608, *in §.* 14 ſtatuit vt ſinguli Abbates cuiuſque prouinciæ monaſterijs congregationis Diffinitorij, & Regiminis arbitratu deputentur, ac præficiantur. Ac in *§.* 30. addit ſe pro præmiſſorum complemēto approbare omnia, & ſingula priuilegia libertates, &c. quæ ipſi Congregationi conceſſa ſunt à prædeceſſoribus ſuis, &c.

7 Infertur ſecundò quoſcumque Superiores locales Societatis Ieſu nullam aliam authoritatē habere, nec priuilegijs frui niſi vt eis concedit Generalis, ita Suar. vbi ſup. Et ratio eſt: quia ipſorū electio eſt tota penes dictum Præpoſitum generalem, & non penes ſubditos, prout iura poſtulant. Et hoc totum confirmatum eſt in ſpecie à Greg. XIV. in bulla *eccleſia catholica* edita *an.* 1591. *die* 28. *Iunij §.* 8. *Electio verò ſu-*

periorum tàm Prouincialiũ, & Visitatorum, quã quorũcumq. localium tota sit penes Præpositum Generalem iuxta constitutiones easdem, prout penes ipsum esse, & conseruari districtè præcipimus cum potestate illorum facultatem reuocãdi, restringendi, & etiã augendi, ac administrationis rationem ab illis exigendi, & eosdẽ ab officio remouendi, prout in Domino iudicauerit expedire.

8 Infertur tertiò Guardianos Fratrum Minorũ authoritate gaudere in sibi subditos, & omnibus priuilegijs in hac parte frui. Secundũ quod instituta Ordinis eis permittunt, quę authoritas est eadem prorsus, quę suffragatur Prælatis cõuentualibus electis; fundamentum huius illationis est, quia tefte Collect. priuilegiorum *in cõpe. tit. Custodes nu.* 1. ex quo Guardiani Fratrũ Minorũ non erant electi à communitate non videbantur Curati Ordinarij; ideircò impetratũ fuit priuilegiũ Clem. iv. supra relatum *d.* 108. *nu.* 7. in quo datur eis dicta authoritas, iuxta ibi explicata.

9 Ex hac illatione subinfertur variã etiam esse ipsorum Guardianorum Ordinis minorum inter se potestatem secundũ varia statuta, vel diuersas consuetudines cuiuscumque Congregationis eiusdem ordinis. vnde v. g. minori potestate gaudebunt Guardiani Capuccinorum, quam Guardiani de Obseruãtia, seu Fratrum Cõuẽtualium. Et itẽ minorem authoritatem in ipsa Congregatione exercebit vnus, quã alter Guardianus, vt v. g. apud Patres conuentuales maior forsan authoritas suffragabitur Guardianis, qui sunt de mensa Generalis, quàm alijs quorum prouisio spectat ad Diffinitorium prouinciale. Ratio huius subillationis est, quia in præfato priuilegio Clem. iv. cuius vigore subsistunt dicti Guardiani conceditur eis, vt possint soluere, & ligare iuxta Ordinis instituta; vndeq ũ illa sint varia; iuxta varias eiusdẽ Ordinis Congregationes sequitur vt subillatum est.

10 Hinc v. g. Guardiani Capuccinorum nequeunt sibi reseruare casus, vel à reseruatis absoluere virtute priuilegiorum, qui referuntur *in compend. tit. absolutio ordinaria quò ad fratres n.* 17. & 37. & à Coriol. *de casib. reseru. p.* 1. *sect.* 1. *ar.* 22. *nu.* 2. *in* 3. *edit.* Quod tamen poterunt Guardiani alterius congregationis Franciscanæ.

Ratio est, quia statuta Congregationis Capuccinorum *c.* 1. *circa med.* renunciarũt expresse omnibus priuilegijs, & c. relaxantib. Regulam: Quod non fecerunt statuta dictæ alterius Congregationis. Sed memorata priuilegia sunt huiusmodi. Ergo.

Minor probatur nam regula Minorum *c.* 7. decernit vt casus reseruentur Prouincialibus. Ergo non Superioribus localibus, ita enim recurrendum est ad Prouinciales, quod non ad inferiores, sed non ob hoc excluduntur Superiores, videlicet Generalis, &c. Ita in terminis Suar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 14. *nu.* 16. *in fin.* & *c.* 22. *nu.* 2. & in simili glos. & Rota exponunt *c. nullam.* 18. *q.* 2. vt retuli *dub.* 69. *nn.* 3.

11 Infertur deniq. apud Religiones in quibus qñ non eliguntur prælati cõuentuales à suis conuentibus eis à S. Sede non conceditur nisi talis, & talis authoritas limitata, nec eis in hac parte iuuat priuilegium communicationis, vel confirmatio Apostolica, vel quoduis aliud, &c. Infertur inquam huiusmodi prælatos nulla alia authoritate gaudere in sibi subditos, nisi ea, quam eis tribuit præfata concessio per quã non annullatur eorũ prouisio, sed subsistit, & extra casus in ea concessione expressos non extenditur eorum facultas, nec alijs priuilegijs fruuntur, qui conceduntur simpliciter prælatis cõuẽtualibus, nisi in eis specialiter, & expresse addatur clausula, vel consimilis *Prælati conuentuales, etiamsi aliter quàm per electionem instituantur.*

12 Ratio fundamentalis huiusce assertionis ex qua postea pendẽt hæ omnes illationes, & subillationes est, quia statutũ correctorium iuris communis non recipit interpretationem benignam à iure communi, siuè à priuilegijs Religionibus concessis, quia est species extensionis, quæ prohibita est in hac materia correctoria, vnde non est trahendum vltra casus in eo expressos *l. præcipimus. in fin. C. de appell.* gl. *in c. quãquam post figur. casus. versf. not. primò. de elect. in* 6. Rota. *decis.* 840. *coram Card. Seraph.* & *decis.* 513. *num.* 11. & *dec.* 661. *nu.* 4. *p.* 1. *in recent.*

Sed statuta prædicta regulariũ, quæ dãt electionem prælatorum conuentualium alijs, quàm suis conuentibus sunt correctoria iuris communis, eidemq. aduersantur; vt prænotatum est sup. *nu.* 4. Ergo non sunt extendenda vltra casus expressos in eorum confirmationibus apostolicis, siuè priuilegijs specialibus, quorum virtute non sunt nulla. Si enim v. g. Pontifex voluisset equare Prælatos conuentuales contra ius cõe electos

electos alijs eiusdem Religionis canonicè electis, non loquutus fuisset limitatè; sed necessariò eorum authoritatem reduxisset ad terminos iuris cōis,& omnium priuilegiorum Ordinis in omnibus, & per omnia, vt fecit in ordinationibus illis Cassinensib.

13 Signanter addidi ego in maiori proposi-tione. *siuè a priuilegijs Religionibus concessis*, quia priuilegia non vni, vel alteri personæ concessa, sed toti Religioni, aut communitati in perpetuum æquantur legi, ac proinde habentur, ac si in corpore iuris essent inserta: sunt namq. constitutiones perpetuæ Oldr. *cons.* 300. *num.* 4. *vers. considerandum est*. Henriq. moltis relatis *lib.* 7. *c.* 22. *nu.* 3. *& c.* 24. *num.* 4. *in fin.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 13. Fusch. *de visitat. eccl. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 5. & alij.

14 Vt autē clarior fiat prædicta maior propositio, ex qua tota vis conclusionis pendet aduertendum est duplicem interpretationem à iure communi posse recipere statutum correctorium, passiuam, scilicet, & actiuam, vt est doctrina communiter recepta. Passiua est illa teste Marescot. *lib.* 2. *var. resol. c.* 80. *nu.* 12. & etiam se explicat Alderan. Mascard. *supra statuta concl.* 2. *n.* 236. est illa, inquam, per quam ius se extendit ad ipsum statutum. At actiua est illa per quam statutum extenditur. Quando ergo *dub.* 7. *nu.* 1. dixi statutum correctorium recipere interpretationem à iure cōi intellexi de passiua, quæ nunquam excluditur, etsi mādaretur in ipsomet statuto obseruari statuta, proot iacent absq. alia interpretatione. Aret. *cons.* 109. *&* 162. *nu.* 9. Alex. *cōs.* 88. *n.* 4. *lib.* 1. Soc. *cons.* 151. *n.* 14. *lib.* 2. Ripa *in l.* 2. *nu.* 22. *& in l. nemo potest ff de legat.* 1. vbi de cōmuni testatur, sicut etiam Dec. *cons.* 16. *nu.* 3. *in fin.* Rota *decis.* 2. *nu.* 4. *coram* Coccino. Quando verò in præsenti dico statutum correctorium iuris communis non recipere interpretationē à iure cōi intelligo de actiua ꝑ rationē supra factā.

15 Hoc fundamentum confirmat nam vsus, & praxis est iuxta communem sententiam Suar. *tom.* 5. *disput.* 40. *sect.* 2. *num.* 36. & Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 120. *ver. nihilominus in praxi*. Sed vsus, & praxis circa authoritatem Prælatorum conuentualium in omnibus Religionibus se habet, vt ego dixi in conclusione, ac in illationibus, &c. & sic dicta priuilegia est interpretatus idem vsus. Ergo fundamentum de quo hucusque differuimus est iuxta communem sententiam, cum nullum aliud firmius inueniri posse videatur, quā hoc ipsum, vt patet ex alio fundamento. Suar. *tom.* 4. *de relig. lib.* 2. *c.* 22. *num.* 14. asserentis mentem Papæ concedentis priuilegia Prælatis conuentualibus esse cum hac tacita intentione, vt possint restringi à Prælatis Maioribus. At hoc fundamentum adeò est debile propter contrarias instantias quas patitur, sicut ipse fatetur, *num.* 15. vt vix satis probabile solū conuincatur illud dicere. Immò videtur nō solùm eneruare; sed etiam destrui ex illis, quæ dixit *c.* 2. *nu.* 15. 16. *&* 19. *in fin.*

Sed statim obijcies primò si statutū correctorium iuris communis semper recipit interpretationem passiuam: & interpretatio passiua est illa per quam ius se extendit ad statutum. Ergo priuilegia concessa Prælatis conuentualibus simpliciter fauebunt illis absque distinctione: consequentia patet quia sunt priuilegia, idest ius quod extenditur ad eos.

16 Respondeo cum Suar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 14. *nu.* 4. si priuilegium possit effectum, vel vtilitatem habere, sine derogatione iuris communis, non habere vim ad derogandū illi, nisi hanc extensionem expresè, & formaliter contineat: quod dictum multiplici iuris, & DD. testimonio ab ipsomet Suarez. roboratur. Cum ergo priuilegia, quæ Prælatis conuentualibus conceduntur possint operari cum canonicè electis, non sunt trahēda, & extēdenda ad alios cōtra ius cōmune electos, quorum institutio est nulla de iure, vt dictum est, nisi hanc extēsionem expresè, & formaliter contineat vel nisi aliundè id habeatur sinè per alia priuilegia eidē Religioni cōcessa, vel per priuilegium communicationis, vel per confirmationes Apostolicas, &c.

DVBIVM CXXI.

An superiores cōuentuales aliter quā per electionem instituti sint verè Prælati, & gaudeant priuilegio eligendi sibi Confessarium non approbatum á Prælatis maioribus?

SVMMARIVM.

1 *Superiores conuentuales aliter quàm per electionem instituti, sunt veri Prælati.*

2 *An iurisdictio competens perpetuò ex priuilegio Principis censeatur ordinaria?*

3 *Dicti Superiores conuentuales possunt sibi eligere Confessarium à Prælatis maioribus non approbatum.*

Dummodò non occurrat copia Confessarij ab ipsis approbati.

5 *Quid si dubium sit an res consuetudine obstruetur nec ne?*

1 ESPOND. prædictos Superiores re vera Prælatos esse ita Panorm. *in c. 2. de pœn. & remiss.* glos. Gem. & Franch. *in c. nullus. de elect. in 6. Felyn. in c. cum olim num. 1. de maio. & obed.* Angel *tit. delegatus nu.* 3. Siluest. *eod. tit. & num.* Azor. *p. 2. lib. 3. c. 13. q. 7. & c. 25. in fin.*

Neque obstat hos DD. loqui de Prælatis conuentualibus simpliciter sine restrictione, & cum clausula *quoquomodo electis*, & ideo intelligendos esse v. g. de Superiorib. à suis conuentibus electis iuxtà dicta in præcedenti dubio: Nam respondeo eum tali restrictione dixisse eos Prælatos Ordinario, Oldr. *consil. 281. quod prioratus.* & adducit *c. scriptum est de elect. c. cum in ecclesijs de mai. & obed. c. decernimus. de iud.* Panorm. *in clem. & si principalis. nu. 6. de rescrip.* per illum textum Siluest. *tit. prælatus. q. 2.* Sorb. *in annot. ad compend. tit. Guardianus.* Rodriq. & Manual. prælat. *multis in locis.* Et rationem autumo esse, quia quamuis qui aliter, quàm per electionem instituuntur habeant iurisdictionem in sibi subditos ex priuilegio, & per consequens eam limitatam, prout tradidi in præcedenti dubio: non ex hoc tamen efficitur, vt non sit ordinaris; iurisdictio namque ex priuilegio Principis competens non personæ, sed perpetuò dignitati, vel officio est ordinaria, & non delegata, & potestatis ordinariæ iura habet Bart. *in l. ambitiosa num. 34. ff. de decret. ab ord. fact.* Bald. *in c. fin. vbi* quoque Imol. *ad fin. de off. ordin.* Couar. *lib. 3. var. resol. c. 21. nu. 9. in fin. & nu. 10. Nauar. c. 27. num. 45.* Compil priuil. *tit. absolutio ordinaria quò ad fratres. ad fi. dub. 2.* Parasell. *comp. minim. c. 15.* Sanch. multis allegatis *de matrim. lib. 2. disp. 40. nu. 14. & li. 8. disp. 2. num. 10.* Suar. *de legib. l. 6. c. 15. num. 1. &* Barbos. *de off. Episcop. p. 3. alleg. 92. num. 16.*

3 Vnde tamquam Prælati inferiores exēpti fruuntur priuilegio *c. ne pro dilatione. de pœn. & remiss.* quidquid astruant post Host. & Panor. Angel. *tit. confessio. 3. num. 1.* Colect. *priuileg. tit. accedere ad monasteria monalium.* Angles. *4. q. de confess. ar. 8. difficul. 4. dub. 5. concl. 1.* Possunt. n. sibi eligere confessarium sine sui Superiori licentia, quamuis nondum à Prælatis maiorib. approbatus sit, vt patet ex Palud. quē refert, & sequitur Siluest. *tit. confess. 1. q. 10.* & confirmatur ab Armil. *tit. absolutio nu. 15.* Sot. *4. dist. 18. q. 4. ar. 2. col. 2. vers. Cardinales.* Ledes. *p. 2. q. 22. c. 1. d. 19.* Cordub. *in annot. ad compend. tit. accedere ad monast. monial. in fin.* Tolet. *lib. 3. c. 13. nu. 6.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 10. p. 2. col. 8. vers. secūdo hēt* Hēriq. *lib. 7. c. 28. n. 1.* Polic. *ins. 7. reg. min. n. 39.* & Rodriq. *to. 1. q. 20. ar. 28.* Huius aūt rei ea est rō, quia ad esse dignitatis ad effectum consequēdi hæc priuilegia non requiritur necessariò, vt eligantur ab vniuersitate subditorum, vt notatum est *in superiori dubio nu. 4.*

4 Quamuis aūt hæc ita se se habeant; sunt tamen limitanda, dummodò, scilicet non occurrat dictis Prælatis copia Confessarij à Prælatis maioribus approbati, vt apud multos in praxi seruatur, quod apertè suadetur ex textu: habet namq. *Ne pro dilatione pænitentiæ periculum immineat animarum permittimus Episcopis, & alijs Superioribus, necnon & minoribus Prælatis exemptis, vt etiam præter sui Superioris licentiam prouidum, & discretum possint sibi eligere Confessarium.* Sed cum aderit copia Confessarij idonei à Prælatis maiorib. approbati, nullum imminebit animarum periculum iustè, & rationabiliter: Ergo non poterit nō approbatū sibi eligere, quia sublata ratione legis, benè sublata est lex glos. & Bar. *in l. 1. in prin. in ver. prouidentia. ff. de leg. tu. latè* Salic. quem refert, & approbat Fely. *in c. 1. nu. 16. limit. 9. versic. considera. de rescript.*

Hanc eandem limitationē tuetur Suar. *tom. 4. disp. 27. sect. 2. nu. 10.* his verbis *Quoties verò contigerit Prælatum Religionis non habere à Superiore Confessarium designatum, siuè quia id non est in more Religionis, siuè quia de facto contigit, vt nō habeat: tunc vti poterit hac facultate.* Concordant Coriol. *de casib. reseru. par. 1. sect. 1. ar. 21. in fi. in 2. addit.* Reginal. *in prax. for. panit. tom. 1. li. 1. c. 5. n. 38.* & alij neoterici.

Neq. obstat multa obijci posse, ex quib. probabiliter verteretur in dubiū, an pdicta pra-

praxis,& consuetudo apud multos esset recepta? Nam rndeo cũ Roch.Curt.& Azor. *p.1.lib.5.c.18.q.5.* si ambiguum sit an res consuetudine obseruetur,nec ne.tutius esse eligendum,quia in dubijs tutior pars est eligenda *c.iuuenis.de sponsal. c. significasti. & c.audientiam.de homicid.*

DVBIVM CXXII.

An Prælati conuentuales possint excommunicare?

SVMMARIVM.

1 *Quando Prælati conuentuales non possint excommunicare? nu.4.*

2 *Quando verò possint? & nu.4.*
An Parochi possint excommunicare? & num.5.

3 *Opinio per distinctionem concilians est tenenda.*

6 *An Prælati conuentuales possint acquirere iam iurisdictionem excommunicandi consuetudine,quãm non habent à iure.*

7 *An Prælati Regulares tàm inferiores, quàm superiores possint excommunicare ore tenus,& non per scripturam?*
In foro externo non seruatur iuris ordo à Prælatis Regularibus,sicut à sæcularibus.

1 ESPONDEO primò negatiuè respectu fori contentiosi, siuè fori externi An ton.à Butr.in *c. cum contingat.nu. 13.vers.quidã sunt habẽtes.* Panorm.*nu. 29.vers.puto tamen,& num.33.vers.quarta conclus.de for. compet.* & Rota *decis.15. num.13.p.1.in recent.* Et ratio est, quia excommunicare est actus iurisdictionis contentiosæ fori exterioris *c. nemo episcopus & vbi glos.2.q.1.* Panorm.*in d. c. cum contingat.num.30.de for. compet.* qui propterea fit à iudicibus. *c.1. de sent. excom. in 6.c. quærẽti.de verb.sign.& c.archidiaconus. de off.archid.* Sed nullam habent à iure iurisdictionem fori contentiosi,Prælati inferiores,nec item possunt procedere in forma,& figura iudicij,sed tantùm per viam pœnitentiæ corrigendo,vt patebit ex infra dicendis *dub.126.per totum.* Ergo nec valent excommunicare.

2 Respondeo secundò affirmatiuè respectu tantùm fori pœnitentialis Anton. à Butr. Panormit.& Rot.*vbi sup.* Et ratio est,quia & Curatus potest excommunicare, vt fusè demonstrat Ioan.Filesacus *de sacr.episcop. auct.seu ad tit.decret.de off. ordin. ad c.3. §.c.& 2.* quem sequitur Gracian. *discept. forens.cap.298.num.98.* Rota *vbi supra* & alij,quòd accipiendum est respectu fori pœnitentialis tantum,quia Parochi eiusdẽ fori solummodò iurisdictionem habent. Ergo pari ratione,& Prælati Regulares inferiores poterunt excommunicare.

3 Hanc solutionem sic bipertitam huiusce dubij alta mente repone:tum quia est sacræ Rotæ Romanæ à qua non licet recedere per dicta *in præfatione*: Tum etiam quia opinio per distinctionem concilians contrarias sententias est tenenda Alexand. *cons. 50.num.7.lib.7.* quem allegat, & approbat Rota *decis.574.nu.6.coram Gregor. XV. per l.si finita.§.illud.ff.de damn.infect.& per c.literas.de restit.spoliat.* Sed hæc opinio est huiusmodi.&c. Ergo est tenenda.

4 Quod dicta opinio sit concilians cõtrarias sententias,patet primò: nam in prima conclusione allegantur DD. qui asserunt Prælatos conuentuales non posse excommunicare. Et tamen alij,vt sunt Tolet. *lib. 1.cap.6.num.3.* Emanuel Sà *tit.excommunicatio.num.13.* Auil.*de cens. par. 2. c. 3. disput.1. dub. 1.* pluribus relatis Sayr. *de cens.lib.1.cap.6.num.13.* contrarium affirmant,videlicet, Prælatos Regulares Monasteriorum quocumque nomine vocẽtur, posse excommunicare: Modò per dictam opinionem optimè conciliantur: nam loquendo de excommunicatione respectu fori contentiosi:Primi DD. intelligendi sunt de Prælatis conuentualibus iurisdictionem quasi episcopalem non habẽtibus;his enim non suffragatur potestas respectu fori contentiosi:Posteriores verò DD. intelligendi sunt de Prælatis conuentualibus talem iurisdictionem exercentibus:hi namque soli gaudent iurisdictione fori contentiosi: Et ita videtur apertè sentire Suar.*tom. 5. disput.18.sect.1.num.3.*& in hoc sensu explicat Rota *vbi supra.cap cum ab ecclesiarum.de off.ord.& cap.cum in ecclesijs. de maior.& obed.*

5 Item patet secundò nã in 2. conclusione adducuntur DD.testantes Parochum posse excommunicare. Et tamẽ alij,vt sunt Suar *vbi sup.* Sayr.*n.21.& 32.* vbi de cõi Lamas *in sum.eccl.c.7.§.1.* Less.*de iust.lib.2.c.40. nu.13.* Homob.*de casib.reser.p.1.c.2.fol. mihi 40.* contrariũ tutanč videlicet, Parochũ nõ posse excõicare. Modò p dictã opinionẽ optimè conciliant:Primi.n.DD.accipiendi

sunt

sunt de excommunicatione respectu fori pœnitentialis: Posteriores verò de excommunicatione respectu fori contentiosi. Et ita non obscurè tradit Alter. *de cens. tom. 1. lib. 3. disp. 7. c. 3. §. probemus conclusionem.*

6 Et hæc omnia huc usque dicta procedunt de iure: secus tamen potest esse de consuetudine si adsit præscripta, nā illud certum est prędictos superiores monasteriorū posse acquirere ex consuetudine præscripta eam iurisdictionem excommunicandi, quā non habent à iure; vt bene docet Innoc. *in c. quæsiuit. num. 1. de his, quæ fi. à mai. par. cap.* communiter receptus, & liquidò constat ex eo, quia consuetudo inducit iurisdictionem *c. cū contingat. vbi glos. verb. vel consuetudine*, & Panorm. *nu. 10. de for. compet. c. Romana. de off. ordin. in 6. c. conquestus. vbi gl. 9. q. 3. c. dilecti. de arbit.* & dictū est plenius *dub. 44. nu. 5.*

7 Tandem obiter aduertendum est præfatos Superiores posse excōicationis sententiam proferre ore tenus, absque eo, quòd incidant in pœnam *d. c. 1. de sent. excom. in 6.* Et hoc siuè eam ferant in foro pœnitētiali, siuè in foro contentioso: Quia in foro pœnitentiali non proceditur secundum formam, & figuram iudicij: & in foro contentioso non seruatur iuris ordo à Prælatis Regularibus, sicut à sæcularibus *c. qualiter, & quando. 2. de accusat.* Ita in terminis sustinent Lap. *alleg. 73. num. 4.* Felyn. *in c. sacro. nu. 7. de sent. excom.* Tolet. *lib. 1. c. 10. nu. 6. in fin. &* Duard. *in bull. cœn. Domini. lib. 1. c. 1. q. 4. nu. 8.*

DVBIVM CXXIII.

An Prelati regulares aliquid sub excō municationis pœna præcipientes, eius absolutionem sibi reseruare possint?

SVMMARIVM.

1 *Prælati Regulares non possunt sibi reseruare absolutionem excommunicationis à se fulminatæ iuxtà vnam opinionem.*
2 *Iuxtà verò alteram non possunt: cui adhæret Auctor. nu. 9.*
3 *Fit extensio comprehensiua de casu ad casum non comprehensum in verbis, vbi militat eadem expressa ratio. Explicatur num. seqq.*
4 *Quid sit extensio comprehensiua necessitatis?*
5 *Quid extensio comprehensiua congruitatis?*
6 *Extensio comprehensiua necessitatis locū habet etiam in quibus satis odiosis. Et etiā vbi intentio legislatoris est contraria verbis.*
7 *Extensio verò congruitatis locum habet solùm in fauorabilibus.*
8 *Effectus prohemij constitutionum Papalium, & nu. 11.*
9 *Fraus fit legi si quod est prohibitum vna via, consequatur concessum alia via.*
10 *Quare Decretum Clem. VIII. super reseruatione casuum sit fauorabile, & non odiosum?*
11 *Finis non est de obligatione præcepti. Explica vt nu. 13. & 14.*
12 *Duplex intentio Legislatoris in lege: vna cadens sub præcepto; altera non.*
13 *Et quæ sit hæc duplex intentio in decreto Clem. VIII.*
15 *Quando magis sit attendenda mens Legislatoris, quàm verba, etiam vbi est illis contraria?*



ONCLVSVM est in superiori dubio Prælatos conuentuales posse excommunicare in foro pœnitentiali solùm, modò rationabiliter dubitatur an ipsi sic excommunicantes possint sibi reseruare eiusdem excommunicationis absolutionē: Et quia huius quæsiti solutio inseruit quoque pro illis Prælatis, qui excommunicare possunt in foro contentioso, nempè pro Generalibus, & Prouincialibus, & alijs iurisdictionem, quasi episcopalem habentib. &c. Idcircò proposita est quæstio de Prælatis Regularibus in genere.

1 Affirmatiuam igitur sententiam tutatus est Suar. *tom. 4. disput. 29. sect. 4. nu. 13.* quē postea sequuti sunt Manual. prælat. *tom. 2. q. 34. art. 7.* & Coriol. *de casib. reseru. par. 1. sect. 1. ar. 6. in 3. edit.* & alij. Præcipuum huius sententiæ fundamentum est, quia Clem. VIII. in decreto de Regularibus super casuum reseruatione expressè loquitur de reseruatione culparum enim textus *Nemo ex Regularib. Superioribus peccatorum absolutionem sibi reseruet exceptis, &c.* In casu autem proposito non reseruatur peccati absolutio; sed censuræ, quæ longè diuersa sunt, & ad diuersū forum, & iurisdictionē spectant. Nec satis est per se loquendo, non posse dari absolutionem à peccato non ablata censura: hoc enim accidentarium est: sufficit nāq. non esse idem vt ab vna ab aliā

fit

non sit prohibitio extendenda, præsertim cum respectu Superiorum sit onerosa, & vsum iurisdictionis restringens.

2 At negatiuam partem sustinent *Megal. lib.1.instit.confess.c.12.nu.8.* quem refert & approbat Homob. *de casib.reseru.p.1.c.3.fol.mihi 69.* & aliqui viri docti teste Suar. *vbi sup.* qui addit hanc opinionem probabilitate non carere,& in fine concludit melius esse eam excommunicationem nõ reseruare sine speciali capitulo Prouincialis consensu ad omnem dubitationem tollendam, & nouissimè Pater Onuphrius mihi in Christo colendissimus maturè discussis, & examinatis hinc inde rationibus *de pec.tract.2.disp.1.q.1.concl.2.col.penul.vers.secũdo censeo.* denique concludit hanc opinionem esse veriorem & iustiorem. Fundamentum huius sententiæ dicunt esse, quia in quibuscunque dispositionib.attendẽda est potius disponentis voluntas,quàm verba, cum nõ intentio verbis;sed verba intentioni deseruire debeant *c.in his.de verb. sign.* Sed ratio expressa in dicto decr.Clemen.VIII. ob quam ad illud condendum Pontifex motus fuit,ea fuit nè subditi interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidantes in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem inducantur,vt ex initio ipsius Decreti satis constat: & eadem ratio,& causa militat in eo casu,in quo excommunicatio reseruatur. Ergo Pontificis mens fuit quoque prohibere reseruationem excommunicationis.

3 Pro resolutione examinandum est primò illud vulgatum axioma,siue dictum,scilicet extensionem comprehẽsiuam de casu ad casum non comprehensum in verbis,vbi militat vna, & eadem expressa rō. *l.illud.vbi gl.ff.ad leg.aquil.* *non possunt. ff de legib.c.translato.de cõst. cum ibi not.* pluribus relatis Sanch.*de matrimon.lib.8. disp.1.nu.34.* Marchel.*p.3.tit. de commissio.iactatio.& iactat.§.1.n.2.& seqq.* & cõmuniter vtriusq. iuris periti teste ipsomet Suar.*de legib lib.6.c.3.nu.16.* plenissimè Farinae.*inf.citando.n.50.vsq.ad 291.*

4 Sciendum est igitur ex eodem Suar. *vbi sup.de legib.d.c.3.& 4.per totum.* duplicẽ posse fieri extensionem comprehensiuam ex identitate rationis,necessitatis vnã congruitatis alteram.

Extensio comprehensiua necessitatis dr̃ quando est contra rectam rationem, vel contra prudentiam,seu iustitiam in quibusdam casibus ob talem rationem disponere, & non in omnibus æquè eam participantibus:vnde hæc extensio comprehensiua necessitatis tendit ad euitandam aliquam iniustitiam,seu absurditatem, vel circumuentionem,& fraudem legis. Exemplum fit *in c.cupientes.de elect.in 6.* vbi lex præcipiẽs vt quis accedat ad curiam,extenditur, vt intelligatur quoque præcipere nè inde recedat sine licentia,quia id dicitur ex mente *d.c.cupientes.in c.postquã. de elect.in 6.* alias absurditate non careret,& esset contra prudentiam.

5 Extensio verò comprehensiua congruitatis est,quando sit non ex necessitate, sed ex congruitate,quia scilicet,facilè verba illam extensionem complectuntur iuste, & sine inconuenienti,vt v.g.dixi *sup dub.37.* de electoribus, qui censentur prohibiti vti scientia confessionis in electione, quia sub nomine Superioratus comprehenditur electoratus iustè,& sine inconuenienti.

6 Extensio comprehensiua necessitatis nõ solùm sibi vendicat locum in fauorabilib. sed et in omnibus odiosis,& quantumuis pœnalibus;ita multis DD.citati à Rodriquez. *tom.2.q.45 ar.8.vers.sed cõtra hoc arguitur. & Farinac.infra citanda.num.136.* & Suarez.*in d.c.4.num.2.& 4.* Et quamuis verissimum sit,quod ipsemet afferit, nempè multò facilius fieri dictam extensionem necessariam,si verba in aliqua significatione saltem latissima possint casum comprehendere,vt per varia exempla demonstrat *c.3.nu.17.& seqq.* attñ semper mens legislatoris est præferenda verbis,etiam vbi est illis contraria.Dyn. *in c.fin. de reg.iur.in 6.* Oldr.*consil.130.nu.5.* & Rota *decis.537.n.10.p.1.in recent.*

Neq.obstat *c.porrò. de priuil.* vbi decitur à verbis, & tenore priuilegij nõ esse recedendum: Nam id intelligendum est, nisi aliud de concedentis mente constet. Et ita respondet latissimè multos alios referens Tiraquel. *in l. si unquam. verb.libertis.n.55.& 56.C.de reuoc. donat.* & Sanch. *de matrim.lib.8.disp.1.nu.11.*

7 Extensio verò comprehensiua congruitatis habet locum solùm in fauorabilibus, & maxime in lege, quæ respicit fauorem animæ,quia huiusmodi lex per antonomasiam dr̃ fauorabilis Suar. *in d.c.4.nu.1.in fi.*

8 Secundum principale, quod agendum esse pro resolutione propositæ difficultatis est aduertendum esse probatmum consitutionum Papalium multum ponderari quotiescumque de interpretanda mente dispo nentis agitur gl. *in l.omnes populi. de iust. & iur.* quia ut notum est eius meonem declarat

clarat, vt pluribus relatis aiunt Marescot. *lib.2.var.resol.c.77.nu.51.* & Rota *decis. 153.nu.4.& decis.619.nu.5.p.2.in recent.* & lumen præstat ad repellendas omnes ambiguitates Bal. *in l.cum quid.ff.si cert. pet.* Bart. & DD. *in l.fin.de hared.institut.* latè Ioan. Garz. *de nobilit.in diuis.n.2.& seqq.* Alder. Mascard. *super stat.concl.2.nu.176.& seqq.* Rota *decis.185.nu.4.p.1.in recent.*

9 His sic prælibatis accedo ad solutionem dubij, & dico posteriorem opinionem mihi longè probabiliorem, & tutiorem esse: Et ratio est, quia in hoc casu fit extensio comprehensiua necessitatis, ad euitandam .s. fraudem. Et probatur fraus fit legi, si qđ est prohibitum vna via, censeatur concessũ alia via. *c. constitutus. vbi gl. per multa iura.verb.in fraudem.de cõcess.praben. c.quanto.vbi glos.verb.in fraudem. de priuileg.c.si ciuitas.de sent.excom.in 6. & c. cum quid. de reg. iur. eod. lib. vbi glos.2.* Ergo in casu nostro si Superiores cogerẽt subditos ad sibi detegendum conscientiæ maculas nõ per reseruationem à peccatis, à qua sunt expresse prohibiti; sed per reseruationem excommunicationis ab ipsismet latæ pro eisdem peccatis, apertissimè fieret fraus ipsi Decreto, cum non possit dari absolutio à peccatis, nisi prius ablata excommunicatione.

Cum igitur extensio comprehensiua necessitatis procedat etiam in odiosis, (estò illud Decretum esset odiosum) per consequens fundamentum prioris opinionis nihil valet.

10 Dixi *estò illud Decretum esset odiosum;* nam reuera non est odiosum, ita vt in eo sint seruanda principia legis odiosæ: licet enim lex ex vna parte sit odiosa; potest tamen ex altera parte tantum continere fauoris, tantumq. momenti, vt in ea seruanda sint principia legis fauorabilis, vt benè tradunt Franch. *in c.sciant cuncti. n. 6. de elect.in 6.* ipsemetque Suar. *vbi sup.de legib.c.4.nu.5.* Atque adeò in dubio semper censenda est fauorabilis. Suar. *lib5.c.3.nu.12.* Modò quare idem non erit asserendum in casu nostro, vbi licet decretum sit onerosum Superioribus, est tamen in primis conditum in fauorem animæ, qui fauor est maior omnibus, quem possit continere, vt dictusmet Suar. *in prin.d.c.4.* fatetur, & ante eum docuit Franch. *vbi sup.* citans glos. *in c.1.de tempor.ord.in 6.* & DD. *in c.2. de simon.* & latè Farinac. *fragmen. crim. p.1. de extensione num 107.109.111.& seqq.*

11 Sed his omnibus dictis obijcies probatimum constitutionum Papalium rationem finalem inducere. Dec. *cons.600. in princ.* Aym. *cons.201.* Rota *decis.675.num.1.p.4. diuers.& decis.404.nu.3.decis.491.nu.5. 556 nu.2.& 364.num.4.p.1.in recent.& perpetuò.&c.* At finis præcepti non cadit sub præcepto, vt est commune axioma. Ergo præcepti transgressor non erit seruãs eius verba, licèt non seruet finem.

12 Antequam hanc obiectionem soluamus prænotanda est distinctio, quam tradit Adrian. *in 4.vbi de confess.q.5.dub.4.ad fin. in solut.ad 3.argum.* & clarius D.Thom. *1.2.q.100.ar.9.ad 2. Et 2.dist.28.q. vnic. art.3.corpore. Et 3.distin.36.q.vnic.art.6. corpor.* quos omnes refert, & sequitur Sanch. *in praecep.decal.lib.1.c.14.num.4.* Intentionem, scilicet, legislatoris esse duplicem: vnam de qua intendit præceptum indicere: alteram, ad quam intendit p̃ præceptum inducere: Et primam solùm aiunt cadere sub præcepto.

13 Hac distinctione præhabita nego consequentiam: nam ex eo quòd finis præcepti non cadat sub præcepto, non sequitur præcepti transgressorem non esse seruantẽ eius verba, licet non seruet finem: sed sequitur non esse transgressorem præcepti seruantẽ intentionem legislatoris, de qua intendit præceptum indicere; licèt non seruet intentionem, ad quam intendit per præceptum inducere.

14 Explico. In casu nostro intentio finalis, ad quã intendit p̃ præceptum inducere Sũmus Pontifex est *nè nonnulli infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant in æterna dãnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem inducantur.* Quæ intentio generalis per se sola spectata, & non coarctata ab aliqua lege non induceit obligationem; aliàs si obligaret in omnibus casibus, in quibus hæc expressa ratio militat, etiãsi verba non præterentur, vel alia necessitas vrgeret; profectò infinita legum positiuarum extensio esset facienda, quod est absurdum. Suar. *de leg.lib.6.c.3.nu.13.*

Intentio verò de qua intendit præceptũ indicere Pontifex in casu nostro est eadem ratio generalis, determinata tamen, & applicata illis verbis præcepti, *vt nemo ex Regularium Superioribus sibi reseruet peccatorum absolutionem exceptis, &c.*

Vnde infertur vltra horum verborum determinationem, & applicationem non posse cogere illam rationem generalem; nisi adesset necessitas vitandi aliquam iniustitiam,

tism, seu absurditatem, vel fraudem præcepti.

Ratio prioris partis huius illationis est, quia lex pendet ex voluntate: voluntas autem potest vnum velle: & non aliud; Quando igitur non est disparitas inter casus expressos, & nō expressos, potuit vnum velle, s. expressum, & non alium, idest nō expressum, quia libera est electio legislatoris: Quando verò est aliqua disparitas, quæ facilè euenire potest ex varijs circumstantijs; ita vt magis vrgeat ratio illa generalis in casu expresso, quā in nō expresso: tūc prudētissimè censendus est Legislator magis voluisse casum expressum, quàm non expressum.

15 Ratio posterioris partis d. illationis est, q. a vbi interueniret iniustitia, vel fraus legis, seu absurditas cōtra rectam prudentiā; tunc magis est attendenda mens Legislatoris, quàm verba, cum non intētio verbis; sed verba intentioni deseruire debeant. *c. marcion. 1. q. 1. c. humana. 22. q. 5. c. in his. c. intelligentia. et c. propterea. de verb. sign. & c. fin. de reg. iur. in 6.* Etiam vbi est aliis contraria, vt *sup.* dictum est. &c.

DVBIVM CXXIV.

Quæ, & quanta sit iurisdictio Prælatorum Regularium in puniendis excessibus sibi subditorum?

SVMMARIVM.

1 *Quæ delicta sint communia, & quæ propria Monachorum?*
2 *Quomodo, & in quibus delictis sit immediatus Iudex Prælatus conuentualis?*
3 *Quibusdam casibus exceptis, Regulares reguntur iurisdictione Episcopali à Prouincialibus, & Generali.*
Ex quibus dignoscatur iurisdictio Episcopalis?
4 *Quomodo, & in quibus delictis possint cognoscere Generalis, & Prouinciales causas fratrum subditorum?*
5 *In visitatione quomodo procedatur?*
6 *Quō, & in quib. delictis procedant Prælati conuentuales de iure communi, & secundum Regulam S. Augustini, & S. Benedicti?*
7 *Exponuntur c. nullam, & c. Abbates. 18. quæst. 2.*

1 
DVPLICITER possunt considerari delicta in esse, & ad effectū, de quo agitur iuxtà distinctionem Aegidij *cons. 5.* quem sequuta est Rota *decis. 15. num. 13. p. 1. in recent.* Primò, scilicet, vt sunt propria Monachorum, quia contra Regulam, vel constitutiones Ordinis, &c. vtputà siquis Religiosus contra Regulæ institutum abstinentiam frangeret, vel contra constitutiones Ordinis silentium non retineret, vel cōtra Capituli, seu Prælati sui disciplinam ageret, & huiusmodi. &c.

Secundò verò considerantur delicta, vt sunt cōia, quia videlicet offendunt cōem cōuersationē, & quò ad omnes sunt delicta vt furtum, homicidium, & similia.

2 In delictis ergo primi generis immediatus Iudex est Prælatus conuentualis priuatiuè ad Prouincialem, seu Generalem, quatenus extraiudicialiter hæc faciat; sed solū per viā pœnitentiæ corrigat, & statutis Regulæ, Capituli, & Superiorum suorum inhæreat, tàm in cognitione, quàm decisione. Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 34. num. 129. 130. & 131.* Rota *decis. 78. p. 1. diuers. d. decis. 15. nu. 5. 6. 7. & 12. & decis. 20. num. 1. & 3. p. 1. in recent.*

3 Dixi *priuatiuè ad Generalem, siuè Prouincialem, & non ad Episcopum*, vt ijdem DD. citati loquuntur, quia hodie ferè omnes Regulares cum totaliter eximantur à iurisdictione Episcopi, exceptis quibusdā casibus, iuxtà notata *dub. 51. nu. 13.* per consequens loco Episcoporum habent Prouinciales, & Generalem.

Consequentia patet nam iurisdictio Episcopalis, vel quasi Episcopalis probatur, prout resoluit Rota *decis. 361. nu. 1. coram Card. Mantic.* ex iurisdictione ciuili, & criminali, deputandi scilicet, Vicarios, Pratores, & Iudices absque alicuius contradictione, & similiter ex exercitatione iurisdictionis Ecclesiāst. visitandi Ecclesias suas, coercendi clēricos delinquentes, & de criminibus accusatos: Et item probatur ex hoc, quia minor Episcopo causas criminales nō agit, vt firmat eadem Rota *d. decis. 15. nu. 8. p. 1. in recent.* quam sequitur Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 34. num. 135.* Modò cum hæc omnia videamus quotidie exerceri tātummodò à Generalibus, & Prouincialib. clarum est ipsos loco Episcoporum regere sibi subditos, vt conclusum est *d. dub. 51.*

4 In delictis secundi generis, & item quandocumque agitur in figura iudicij: tunc ad

solos

solos iurisdictionem Episcopalem exercentes spectat, & reseruatur cognitio. & correctio. Ita concludunt omnes DD. *in c. quanto. vbi* Innoc. *ad med. verf. hoc autem benè credimus num.* 2. Host. *col.* 3. *in princ. verf. si autem monachus criminaliter.* Anchar. *n.* 6. *verf. causas autē criminales.* Bellmer. *nu.* 4. Butr. *nu.* 20. Henrich. Boich. *nu.* 4. *de offic. ordin.* Fuman. *de Episc. lib.* 4. *p.* 2. *q.* 35. *num.* 81. Franch. *in c. nullus n.* 3. *ad fi. de elect.* Grae. *discept forenf. c.* 270. *nu.* 24. *& seqq.* & tandem multis iuribus adductis, & solutis in contrarium obiectis Marescot. *vbi supra nu.* 125. & Rota *in omnibus præallegatis decisionib. in superiori assertione.*

5 Caue tamē nè, hinc inferas correctionē, & cognitionem delictorū etiam primi generis non competere Prouincialibus, & Generalib. maximè in visitatione. Quia possunt omnium, & leuium, & grauium causas quocunque modo cognoscere in visitatione, namque iudicialiter non proceditur, sed tantū modò per viam inquisitionis præparatoriam ad morum correctionem. *c.* Rol. *fane. de elect. in d. c. placuit.* 10. *q.* 1. Specul. *de inquis.* § 2. *nu.* 6. *&* 9. Paul. *in tract. de visit. p.* 2. *q.* 7. *nu.* 12. *&* Rota *d. decis.* 16. *n.* 9. *p.* 1. *in recent.*

6 Sed his sic constitutis, & declaratis obijcies primo delicta quandoque vtramque deformitatem prænotatam cōtinere, quia videlicet, offendunt communem conuersationem, & regularem disciplinam, qualia sunt furtum adulterium, & similia, &c. quæ contraria sunt præcepto Dei, & regulari obseruantiæ. In his autem non solùm Eps; sed etiā Abbas, seu Prior potest pcedere etiam per viam inquisitionis, non quidem iudicialiter vt Episcopus, sed tantūmodò sine strepitu, & figura iudicij secundum constitutiones Regulæ Panorm. *in repet. c. si quis clericum nu.* 47. *de for compet.* & Rota *decis.* 17. *nu.* 2. *p.* 1. *in recent.* Ergo per hæc limitandi erunt superadicta.

Respondeo quidquid sit de superioribus conuentualibus aliarum Religionum quarum priuilegia, cōsuetudines, & instituta inspiciendā sunt illud certum esse de iure, scilicet, cōmuni concedi superioribus conuentualibus facultatem visitandi Regulares sibi subditos, eos corrigendi, censuras in ipsos fulminandi iuxta dicta *dub.* 123. carceribus mancipandi; sed cum temperamento, quatenus sine strepitu, & figura iudicij hæc faciunt, vt testis dictum est; si iurisdictione quasi Episcopali non gaudeant Rota *decis.* 17. *num.* 2. *p.* 1. *in recent.* per multos textus ibi ab informantibus adductos: vnde dico facultatem eis concessam à iure communi, & secundum regulam S. August. ac S. Benedicti, & d consuetudine puniendi, & corrigēdi, restringi ad ea, quæ concernunt delicta regularia, & alia leuia, nec vnquam eis permitti iudicialem cognitionem: Grauium verò correctio; & iudicialis cognitio spectat, & reseruatur Prouinciali, vel Generali. Ita in terminis tenuit Rota *d. decis.* 20. *n.* 3. *p.* 1. *in recent.*

Obijcies secundò *c. nullam,* 18. *q.* 2. vbi dicitur *totam potestatem pertinere ad Abbatem?* Respōdeo cum Rota *d. decis.* 15. *n.* 11. *p.* 1. *in recent.* non propterea excludi Episcopum, sed totā potestatē ita pertinere ad Abbatem quod non ad Monachos.

Obijcies tertio *c. Abbates* 18. *q.* 2. Respōdeo cum eadem Rota *vbi supra proxime* ibi sermonem haberi de obedentia, quæ nihil commune habet cum iurisdictione circa delictorū punitionem: habet nāq. tex. *Monachi Abbatibus omni obedientiā subiaceant:* & dum subditur. *Et reum se ille Abbas futurū cognoscat, qui in huiusmodi personas non regulariter* (hoc est, non secundum Regulam, vt exponit Rota) *animaduerterit* supponitur delictum esse de his, quæ Regulam continent.

F, I, N, I, S.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM & verborum, quæ in hoc Tractatu continentur.

Numerus prior indicat Dubium; posterior verò numerum marginalem.

periorum tàm Prouincialiũ, & Visitatorum, quã quorũcumq. localium tota sit penes Præpositum Generalem iuxta constitutiones easdem, prout penes ipsum esse, & conseruari districtè præcipimus cum potestate illorum facultatem reuocãdi, restringendi, & etiã augendi, ac administrationis rationem ab illis exigendi, & eosdẽ ab officio remouendi, prout in Domino iudicauerit expedire.

8 Infertur tertiò Guardianos Fratrum Minorũ authoritate gaudere in sibi subditos, & omnibus priuilegijs in hac parte frui. Secundũ quod instituta Ordinis eis permittunt, quę authoritas est eadem prorsus, quę suffragatur Prælatis cõuentualibus electis. fundamentum huius illationis est, quia teste Collect. priuilegiorum *in cõpe. tit. Custodes nu.* 1. ex quo Guardiani Fratrũ Minorũ non erant electi à communitate non videbantur Curati Ordinarij; ideircò impetratũ fuit priuilegiũ Clem. IV. supra relaum *d.* 108. *nu.* 7. in quo datur eis dicta authoritas, iuxta ibi explicata.

9 Ex hac illatione subinfertur variã etiam esse ipsorum Guardianorum Ordinis minorum inter se potestatem secundũ varia statuta, vel diuersas consuetudines cuiuscumque Congregationis eiusdem ordinis. vnde v. g. minori potestate gaudebunt Guardiani Capuccinorum, quam Guardiani de Obseruãtia, seu Fratrum Cõuẽtualium. Et itẽ minorem authoritatem in ipsa Congregatione exercebit vnus, quã alter Guardianus, vt v. g. apud Patres conuentuales maior forsan authoritas suffragabitur Guardianis, qui sunt de mensa Generalis, quàm alijs quorum prouisio spectat ad Diffinitorium prouinciale. Ratio huius subillationis est, quia in præfato priuilegio Clem. IV. cuius vigore subsistunt dicti Guardiani conceditur eis, vt possint soluere, & ligare iuxta Ordinis instituta; vndeç ũ illa sint varia: iuxta varias eiusdẽ Ordinis Congregationes sequitur vt subillatum est.

10 Hinc v. g. Guardiani Capuccinorum nequeunt sibi reseruare casus, vel à reseruatis absoluere virtute priuilegiorum, qui referuntur *in compend. tit. absolutio ordinaria quò ad fratres n.* 17. & 37. & à Coriol. *de casib. reseru. p.* 1. *sect.* 1. *ar.* 22. *nu.* 2. *in* 3. *edit.* Quod tamen poterunt Guardiani alterius congregationis Franciscanæ.

Ratio est, quia statuta Congregationis Capuccinorum *c.* 1. *circa med.* renunciarũt expressè omnibus priuilegijs, &c. relaxantib. Regulam: Quod non fecerunt statuta dictæ alterius Congregationis. Sed memorata priuilegia sunt huiusmodi. Ergo.

Minor probatur tum regula Minorum *c.* 7. decernit vt casus reseruentur Prouincialibus. Ergo non Superioribus localib. ita enim recurrendum est ad Prouinciales, quod non ad inferiores, sed non ob hoc excluduntur Superiores, videlicet Generalis, &c. Ita in terminis Suar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 14. *nu.* 16. *in fin. & c.* 22. *nu.* 2. & in simi'i glos. & Rota exponunt *c. nul. lam.* 18. *q.* 2. vt retuli *dub.* 69. *nu.* 3.

11 Infertur deniq. apud Religiones in quibus qñ non eliguntur prælati cõuentuales à suis conuentibus eis à S. Sede non conceditur nisi talis, & talis authoritas limitata, nec eis in hac parte iuuat priuilegium communicationis, vel confirmatio Apostolica, vel quoduis aliud, &c. Infertur inquam huiusmodi prælatos nulla alia authoritate gaudere in sibi subditos, nisi ea, quam eis tribuit præfata concessio per quã non annullatur eorũ prouisio, sed subsistit, & extra casus in ea concessione expressos non extenditur eorum facultas, nec alijs priuilegijs fruuntur, qui conceduntur simpliciter prælatis cõuẽtualibus, nisi in eis specialiter, & expressè addatur clausula, vel consimilis *Prælati conuentuales, etiamsi aliter quàmper electionem instituantur.*

12 Ratio fundamentalis huiusce assertionis ex qua postea pendẽt hæ omnes illationes, & subillationes est, quia statutũ correctorium iuris communis non recipit interpretationem benignam à iure communi, siuè à priuilegijs Religionibus concessis, quia est species extensionis, quæ prohibita est in hac materia correctoria, vnde non est trahendum vltra casus in eo expressos *l. præcipimus. in fin. C. de appell.* gl. *in c. quãquàm post figur. casus. vers. not. primò. de elect. in* 6. Rota. *decis.* 840. *coram Card. Seraph. & decis.* 513. *num.* 11. *& dec.* 661, *nu.* 4. *p.* 1. *in recent.*

Sed statuta prædicta regulariũ, quæ dãt electionem prælatorum conuentualium alijs, quàm suis conuentibus sunt correctoria iuris communis, eidemq. aduersantur; vt prænotatum est sup. *nu.* 4. Ergo non sunt extendenda vltra casus expressos in eorum confirmationibus apostolicis, sinè priuilegijs specialibus, quorum virtute non sunt nulla. Si enim v. g. Pontifex voluisset equare Prælatos conuentuales contra ius esse electos

electos alijs eiusdem Religionis canonicè electis, non loquutus fuisset limitatè; sed necessariò eorum authoritatem reduxisset ad terminos iuris cõis, & omnium priuilegiorum Ordinis in omnibus, & per omnia, vt fecit in ordinationibus illis Cassinensib.

13 Signanter addidi ego in maiori propositione. siue a priuilegijs Religionibus concessis, quia priuilegia non vni, vel alteri personæ concessa, sed toti Religioni, aut communitati in perpetuum æquantur legi, ac proinde habentur, ac si in corpore iuris essent inserta: sunt namq. constitutiones perpetuæ Oldr. *cons.* 300. *num.* 4. *versf. considerandum est.* Henriq. multis relatis *lib.* 7. *c.* 22. *nu.* 3. *& c.* 24. *num.* 4. *in fin.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 13. Fusch. *de visitat. eccl. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 5. & alij.

14 Vt autẽ clarior fiat prædicta maior propositio, ex qua tota vis conclusionis pendet aduertendum est duplicem interpretationem à iure communi posse recipere statutum correctorium, passiuam, scilicet, & actiuam, vt est doctrina communiter recepta. Passiua est illa teste Marescot. *lib.* 2. *var. resol. c.* 80. *nu.* 22. & etiam se explicat Alderan. Mascard. *supra statuta concl.* 2. *n.* 136. est illa, inquam, per quam ius se extendit ad ipsum statutum. At actiua est illa per quam statutum extenditur. Quando ergo *dub.* 7. *nu.* 1. dixi statutum correctorium recipere interpretationem à iure cõi intellexi de passiua, quæ nunquam excluditur, étsi mãdaretur in ipsomet statuto obseruari statuta prout iacent absq. alia interpretatione. Aret. *cons.* 109. *&* 162. *nu.* 9. Alex. *cõs.* 88. *n.* 4. *lib.* 1. Soc. *cons.* 151. *n.* 14. *lib.* 2. Ripa *in l.* 2. *nu.* 22. *& in l. nemo potest ff de legat.* 1. vbi de cõmuni testatur, sicut etiam Dec. *cons.* 16. *nu.* 3. *in fin.* Rota *decis.* 2. *nu.* 4. *coram* Coccino. Quando verò in præsenti dico statutum correctorium iuris communis non recipere interpretationẽ à iure cõi intelligo de actiua pp rationẽ supra factã.

15 Hoc fundamentum confirmat nam vsus, & praxis est iuxta communem sententiam Suar. *tom.* 5. *disput.* 40. *sect.* 2. *num.* 36. & Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 120. *ver. nihilominus in praxi.* Sed vsus, & praxis circa authoritatem Prælatorum conuentualium, in omnibus Religionibus se habet, vt ego dixi in conclusione, ac in illationibus, &c. & sic dicta priuilegia est interpretatus idem vsus. Ergo fundamentum de quo hucusque differuimus est iuxta communem sententiam, cum nullum aliud firmius inueniri posse videatur, quã hoc ipsum, vt patet ex alio fundamento. Suar. *tom.* 4. *de relig. lib.* 2. *c.* 22. *num.* 14. asserentis mentem Papæ concedentis priuilegia Prælatis conuentualibus esse cum hac tacita intentione, vt possint restringi à Prælatis Maioribus. At hoc fundamentum adeò est debile propter contrarias instantias quas patitur, sicut ipse fatetur, *num.* 15. vt vix satis probabile solũ conuincatur illud dicere. Immò videtur cõ solùm eneruare, sed etiam destrui ex illis, quæ dixit *c.* 2. *nu.* 15. 16. *&* 19 *in fin.*

Sed statim obijcies primò si statutũ correctorium iuris communis semper recipit interpretationem passiuam: & interpretatio passiua est illa per quam ius se extendit ad statutum. Ergo priuilegia concessa Prælatis conuentualibus simpliciter fauebunt illis absque distinctione: consequentia patet quia sunt priuilegia, idest ius quod extenditur ad eos.

16 Respondeo cum Suar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 14. *nu.* 4. si priuilegium possit effectum, vel vtilitatem habere, sine derogatione iuris communis, non habere vim ad derogandũ illi, nisi hanc extensionem expressè, & formaliter contineat: quod dictum multiplici iuris, & DD. testimonio ab ipsomet Suarez. roboratur. Cum ergo priuilegia, quæ Prælatis conuentualibus conceduntur possint operari cum canonicè electis, non sunt trahẽda, & extẽdenda ad alios cõtra ius cõmune electos, quorum institutio est nulla de iure, vt dictum est, nisi hanc extẽsionem expressè, & formaliter contineat vel nisi aliundè id habeatur sinè per alia priuilegia eidẽ Religioni cõcessa, vel per priuilegium communicationis, vel per confirmationes Apostolicas, &c.

DVBIVM CXXI.

An superiores cõuentuales aliter quã per electionem instituti sint verè Prælati, & gaudeant priuilegio eligendi sibi Confessarium non approbatum á Prælatis maioribus?

SVMMARIVM.

1 *Superiores conuentuales aliter quàm per electionem instituti, sunt verè Prælati.*

D An

2 *An iurisdictio competens perpetuò ex priuilegio Principis censeatur ordinaria?*
3 *Dicti superiores conuentuales possunt sibi eligere Confessarium à Prælatis maioribus non approbatum.*
Dummodò non occurrat copia Confessarij ab ipsis approbati.
5 *Quid si dubium sit an res consuetudine obstruatur nec ne?*



1 RESPOND. prædictos Superiores re vera Prælatos esse ita Panorm. *in c. 2. de pæn. & remiss.* glos. Gem. & Franch. *in c. nullus. de elect. in 6.* Felyn. *in c. cum olim num. 1. de maio. & obed.* Angel *tit. delegatus nu. 3.* Siluest. *eod. tit. & num.* Azor. *p. 2. lib. 3. c. 13. q. 7. & c. 25. in fin.*

Neque obstat hos DD. loqui de Prælatis conuentualibus simpliciter sine restrictione, & cum clausula *quoquomodo electis*, & ideo intelligendos esse v. g. de Superiorib. à suis conuentibus electis iuxtà dicta in præcedenti dubio: Nam respondeo cum tali restrictione dixisse eos Prælatos Ordinario, Oldr. *cons. 281. quod prioratus.* & adducit *c. scriptum est de elect. c. cum in ecclesijs. de mai. & obed. c. decernimus. de iud.* Panorm. *in clem. & si principalis. nu. 6. de rescrip.* per illum textum Siluest. *tit. prælatus. q. 2.* Sorb. *in annot. ad compend. tit. Guardianus.* Rodriq. & Manual. prælat. *multis in locis.* Et rationem assumo esse, quia quamuis qui aliter, quàm per electionem instituuntur habeant iurisdictionem in sibi subditos ex priuilegio, & per consequens eam limitatam, prout tradidi in præcedenti dubio: non ex hoc tamen efficitur, vt non sit ordinaria; iurisdictio namque ex priuilegio Principis competens non personæ, sed perpetuò dignitati, vel officio est ordinaria, & non delegata, & potestatis ordinariæ iura habet Bart. *in l. ambitiosa num. 34. ff. de decret. ab ord. fact.* Bald. *in c. fin. vbi* quoque Imol. *ad fin. de off. ordin.* Couar. *lib. 3. var. resol. c. 21. nu. 9. in fin. & nu. 10. Nauar. c. 27. num. 45.* Compil priuil. *tit. absolutio ordinaria quò ad fratres. ad 5. dub. 2.* Parafell. *comp. minim. c. 15.* Sanch. multis allegatis *de matrim. lib. 2. disp. 40. nu. 14. & li. 8. disp. 2. num. 10.* Suar. *de legib. l. 6. c. 15. num. 1. &* Barbos. *de off. Episcop. p. 3. alleg. 92. num. 16.*

3 Vnde tamquam Prælati inferiores exẽpti fruuntur priuilegio *c. ne pro dilatione. de pæn. & remiss.* quod quidam asseruunt post Host. & Panor. Angel. *tit. confessio. 3. num. 1.* Colect. *priuileg. tit. accedere ad monasteria monalium.* Angles. *4. q. de confess. ar. 8. difficul. 4. dub. 5. concl. 1.* Possunt. n. sibi eligere confessarium sine sui Superiori licentia, quamuis nondum à Prælatis maiorib. approbatus sit, vt patet ex Palud. quẽ refert, & sequitur Siluest. *tit. confess. 1. q. 10.* & confirmatur ab Armil. *tit. absolutio nu. 15.* Sot. *4. dist. 18. q. 4. ar. 2. col. 2. vers. Cardinales.* Ledes. *p. 2. q. 22. c. 1. d. 19.* Cordub. *in annot. ad compend. tit. accedere ad monast. monial. in fin.* Tolet. *lib. 3. c. 13. nu. 6.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 10. p. 2. col. 8. vers. secũdo bẽt* Hẽriq. *lib. 7. c. 18. n. 1.* Polit. *ins. 7. reg. min. n. 39.* & Rodriq. *to. 1. q. 20. ar. 18.* Huius aũt rei ea est rõ, quia ad esse dignitatis ad effectum consequẽdi hæc priuilegia non requiritur necessariò, vt eligantur ab vniuersitate subditorum, vt notatum est *in superiori dubio nu. 4.*

4 Quamuis aũt hæc ita se se habeant; sunt tamen limitanda, dommodò, scilicet non occurrat dictis Prælatis copia Confessarij à Prælatis maioribus approbati, vt apud multos in praxi seruatur, quod apertè suadetur ex textu; habet namq. *Ne pro dilatione pænitentiæ periculum immineat animarum permittimus Episcopis, & alijs Superioribus, necnon & minoribus Prælatis exemptis, vt etiam præter sui Superioris licentiam prouidum, & discretum possint sibi eligere Confessarium.* Sed cum adest copia Confessarij idonei à Prælatis maiorib. approbati, nullum imminebit animarum periculum iustè, & rationabiliter: Ergo non poterit nõ approbatũ sibi eligere, quia sublata ratione legis, benè sublata est lex glos. & Bar. *in l. 1. in prin. in ver. prouidentia. ff. de leg. tu. latè* Salic. quem refert, & approbat Fely. *in c. 1. nu. 16. limit. 9. vers. sic. considera. de rescript.*

Hanc eandem limitationẽ tuetur Suar. *tom. 4. disp. 27. sect. 2. nu. 10.* his verbis *Quoties verò contigerit Prælatum Religionis non habere à Superiore Confessarium designatum, siuè quia id non est in more Religionis, siuè quia de facto contigit, vt nõ habeat: tunc vti poterit hac facultate.* Concordant Coriol. *de casib. reseru. par. 1. sect. 1. ar. 21. in fi. in 2. addit.* Reginal. *in prax. for. panit. tom. 1. li. 1. c. 5. n. 38.* & alij neoterici.

Neq. obstat multa obijci posse, ex quib. probabiliter verteretur in dubiũ, an pdicta pra-

praxis,& consuetudo apud multos esset recepta? Nam rñdeo cũ Roch.Curt.& Azor. p.1.lib.5.c.18.q.5. si ambiguum sit an res consuetudine obseruetur, nec ne, tutius esse eligendum, quia in dubijs tutior pars est eligenda c. iuuenis.de sponsal. c. significasti. & c.audientiam.de homicid.

DVBIVM CXXII.

An Prælati conuentuales possint excommunicare?

SVMMARIVM.

1 *Quando Prælati conuentuales non possint excommunicare? nu.4.*

2 *Quando verò possint? & nu.4.*

An Parochi possint excommunicare? & num.5.

3 *Opinio per distinctionem conciliãs est tenenda.*

6 *An Prælati conuentuales possint acquirere eam iurisdictionem excommunicandi consuetudine, quàm non habent à iure.*

7 *An Prælati Regulares tàm inferiores, quàm superiores possint excommunicare ore tenus, & non per scripturam?*

In foro externo non seruatur iuris ordo à Prælatis Regularibus, sicut à sæcularibus.

1 ESPONDEO primò negatiuè respectu fori contentiosi, siuè fori externi Anton.à Butr.in c. cum contingat.nu. 13.vers.quidã sunt habẽtes.Panorm.nu. 29.vers.puto tamen.& num. 33.vers.quarta conclus.de for. compet. & Rota decis.15. num.13.p.1.in recent. Et ratio est, quia excommunicare est actus iurisdictionis contentiosæ fori exterioris c. nemo episcopus. vbi glos.2.q.1.Panorm.in d. c. cum contingat.num.30.de for. compet. qui propterea fit à iudicibus. c.1. de sent. excom. in 6.c. quæsti.de verb.sign.& c.archidiaconus. de off.archid.Sed nullam habent à iure iurisdictionem fori contentiosi, Prælati inferiores, nec item possunt procedere in forma,& figura iudicij,sed tantùm per viam pœnitentiæ corrigendo, vt patebit ex infra dicendis dub.126.per totum. Ergo nec valent excommunicare.

2 Respondeo secundò affirmatiuè respectu tantùm fori pœnitentialis Anton. à Butr. Panormit.& Rot.vbi sup. Et ratio est, quia & Curatus potest excommunicare, vt fusè demonstrat Ioan.Filesacus de sacr.episcop. auct.seu ad tit.decret.de off. ordin. ad c.3. §.1.& 2.quem sequitur Gracian. discept. forens.cap.298.num.98. Rota vbi supra & alij.quòd accipiendum est respectu fori pœnitentialis tantum,quia Parochi eiusdẽ fori solummodò iurisdictionem habent. Ergo pari ratione,& Prælati Regulares inferiores poterunt excommunicare.

Hanc solutionem sic bipertitam huiusce dubij alta mente repone:tum quia est sacræ Rota Romanæ à qua non licet recedere per

3 dicta in præfatione: Tum etiam quia opinio per distinctionem conciliãs contrarias sententias est tenenda Alexand. cons. 30.num.7.lib.7.quem allegat, & approbat Rota decis.574.nu.6.coram Gregor. XV. per l.si finita.§.illud.ff.de damn.infect.& per c.literas.de restit.spoliat. Sed hæc opinio est huiusmodi.&c. Ergo est tenenda.

4 Quod dicta opinio sit conciliãs cõtrarias sententias,patet primò: nam in prima conclusione allegantur DD. qui asserunt Prælatos conuentuales non posse excommunicare. Et tamen alij,vt sunt Tolet. lib. 1.cap.6.num.3. Emanuel Sà tit.excommunicatio.num.13.Auil.de cens.par.2.c.3. disput.1. dub. 1. pluribus relatis Sayr. de cens.lib.1.cap.6.num.13.contrarium affirmant, videlicet, Prælatos Regulares Monasteriorum quocumque nomine vocẽtur, posse excommunicare: Modò per dictam opinionem optimè conciliantur: nam loquendo de excommunicatione respectu fori contentiosi:Primi DD. intelligendi sunt de Prælatis conuentualibus iurisdictionem quasi episcopalem non habẽtibus;his enim non suffragatur potestas respectu fori contentiosi:Posteriores verò DD. intelligendi sunt de Prælatis conuentualibus talem iurisdictionem exercentibus:hi namque solũ gaudent iurisdictione fori contentiosi: Et ita videtur apertè sentire Suar.tom. 5. disput.18.sect.1.num.3.& in hoc sensu explicat Rota vbi supra.cap.cum ab ecclesiarum.de off.ord.& cap.cum in ecclesijs. de maior.& obed.

5 Item patet secundò nã in 2.conclusione adducuntur DD.testantes Parochum posse excommunicare: Et tamẽ alij,vt sunt Suar vbi sup.Sayr.n.21.& 32. vbi de cõi Lamas in sum.eccl.c.7.§.1.Less.de iust.lib.2.c.40. nu.13.Homob.de casib.reser.p.1.c.2.sol. mihi 40.contrariũ tutant videlicet, Parochũ nõ posse excõicare.Modò p dictã opinionẽ optimè conciliant:Primi.n.DD.accipiendi sunt.

sunt de excommunicatione respectu fori pœnitentialis: Posteriores verò de excommunicatione respectu fori contentiosi. Et ita non obscurè tradit Alter. *de cens. tom. 1. lib. 3. disp. 7. c. 3. §. probemus conclusionem.*

6 Et hæc omnia hucusque dicta procedunt de iure: secus tamen potest esse de consuetudine si adsit præscripta, nã illud certum est prædictos superiores monasteriorũ posse acquirere ex consuetudine præscripta eam iurisdictionem excommunicandi, quã non habent à iure; vt bene docet Innoc. *in c. quæsiuit. num. 1. de his, quæ fi. à mai. par. cap.* communiter receptus, & liquidò constat ex eo, quia consuetudo inducit iurisdictionem *c. cũ contingat. vbi glos. verb. vel consuetudine*, & Panorm. *nu. 10. de for. compet. c. Romana. de off. ordin. in 6. c. conquestus. vbi gl. 9. q. 3. c. dilecti. de arbit.* & dictũ est plenius *dub. 44. nu. 5.*

7 Tandem obiter aduertendum est præfatos Superiores posse excõicationis sententiam proferre ore tenus, absque eo, quòd incidant in pœnam *d. c. 1. de sent. excom. in 6.* Et hoc siuè eam ferant in foro pœnitẽtiali, siuè in foro contentioso: Quia in foro pœnitentiali non proceditur secundum formam, & figuram iudicij: & in foro contentioso non seruatur iuris ordo à Prælatis Regularibus, sicut à sæcularibus *c. qualiter, & quando. 2. de accusat.* Ita in terminis sustinent Lap. *alleg. 73. num. 4.* Felyn. *in c. sacro. nu. 7. de sent. excom.* Tolet. *lib. 1. c. 10. nu. 6. in fin. &* Duard. *in bull. cœn. Domini. lib. 1. c. 1. q. 4. nu. 8.*

DVBIVM CXXIII.

An Prælati regulares aliquid sub excõmunicationis pœna præcipientes, eius absolutionem sibi reseruare possint?

SVMMARIVM.

1 *Prælati Regulares non possunt sibi reseruare absolutionem excommunicationis à se fulminatæ iuxtà vnam opinionem.*
2 *Iuxtà verò alteram non possunt: cui adhæret Auctor. nu. 9.*
3 *Fit extensio comprehensiua de casu ad casum non comprehensum in verbis, vbi militat eadem expressa ratio. Explica et num. seqq.*
4 *Quid sit extensio comprehensiua necessitatis?*
5 *Quid extensio comprehensiua congruitatis?*
6 *Extensio comprehensiua necessitatis locũ habet etiam in quibus fitis odiosis. Et etiã vbi intentio legislatoris est contraria verbis.*
7 *Extensio verò congruitatis locum habet solùm in fauorabilibus.*
8 *Effectus prohemij constitutionum Papalium, & nu. 11.*
9 *Fraus fit legi si quod est prohibitum vna via, consequatur concessum alia via.*
10 *Quare Decretum Clem. VIII. super reseruatione casuum sit fauorabile, & non odiosum?*
11 *Finis non est de obligatione præcepti. Explica vt nu. 13. & 14.*
12 *Duplex intentio Legislatoris in lege: vna cadens sub præcepto, altera non.*
13 *Et quæ sit hæc duplex intentio in decreto Clem. VIII?*
15 *Quando magis sit attendenda mens Legislatoris, quàm verba, etiam vbi est illis contraria?*



ONCLVSVM est in superiori dubio Prælatos conuentuales posse excommunicare in foro pœnitentiali solùm, modò rationabiliter dubitatur an ipsi sic excommunicantes possint sibi reseruare eiusdem excommunicationis absolutioné: Et quia huius quæsiti solutio inseruit quoque pro illis Prælatis, qui excommunicare possunt in foro contentioso, nempè pro Generalibus, & Prouincialibus, & alijs iurisdictionem, quasi episcopalem habentib. &c. Ideircò proposita est quæstio de Prælatis Regularibus in genere.

1 Affirmatiuam igitur sententiam tutatus est Suar. *tom. 4. disput. 29. sect. 4. nu. 13.* quẽ postea sequuti sunt Manual. prælat. *tom. 2. q. 34. art. 7.* & Coriol. *de casib. reseru. par. 1. sect. 1. ar. 6. in 3. edit.* & alij. Præcipuum huius sententiæ fundamentum est, quia Clem. VIII. in decreto de Regularibus super casuum reseruatione expresse loquitur de reseruatione culparum enim textus *Nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutionem sibi reseruet exceptis, &c.* In casu autem proposito non reseruatur peccati absolutio; sed censuræ, quæ longè diuersæ sunt, & ad diuersũ forum, & iurisdictionẽ spectant. Nec satis est per se loquendo, non posse dari absolutionem à peccato non ablata censura: hoc enim accidentarium est: sufficit nãq. non esse idem vt ab vna ab aliã

fit

non sit prohibitio extendenda, præsertim cum respectu Superiorum sit onerosa, & vsum iurisdictionis restringens.

2 At negatiuam partem sustinent *Megal. lib. 1. instit. confess. c. 12. nu. 8.* quem refert & approbat Homob. *de casib. reseru. p. 1. c. 3. fol. mihi 69.* & aliqui viri docti teste Suar. *vbi sup.* qui addit hanc opinionem probabilitate non carere, & in fine concludit melius esse eam excommunicationem nõ reseruare sine speciali capituli Prouincialis consensu ad omnem dubitationem tollendam, & nouissimè Pater Onuphrius mihi in Christo colendissimus maturè discussis, & examinatis hinc inde rationibus *de pec. tract. 2. disp. 1. q. 1. concl. 2. col. penul. vers. secundo censeo.* denique concludit hanc opinionem esse veriorem, & iustiorem. Fundamentum huius sententiæ dicunt esse, quia in quibuscunque dispositionib. attendenda est potius disponentis voluntas, quàm verba, cum nõ intentio verbis; sed verba intentioni deseruire debeant *c. in his. de verb. sign.* Sed ratio expressa in dicto decr. Clemen. VIII. ob quam ad illud condendum Pontifex motus fuit, ea fuit nè subditi interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidantes in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem inducantur, vt ex initio ipsius Decreti satis constat: & eadem ratio, & causa militat in eo casu, in quo excommunicatio reseruatur. Ergo Pontificis mens fuit quoque prohibere reseruationem excommunicationis.

3 Pro resolutione examinandum est primò illud vulgatum axioma, siuè dictum, fieri scilicet extensionem comprehẽsiuam de casu ad casum non comprehensum in verbis, vbi militat vna, & eadem expressa rõ. *l. illud. vbi gl. ff. ad leg. aquil. non possunt. ff. de legib. c. translato. de cõst. cum ibi not.* pluribus relatis Sanch. *de matrimon. lib. 8. disp. 1. nu. 34.* Marchesi. *p. 3. tit. de commisso. iactatio. & iactat. §. 1. n. 2. & seqq.* & cõmuniter vtriusq. iuris periti teste ipsomet Suar. *de legib. lib. 6. c. 3. nu. 16.* plenissimè Farinac. *inf. citando à n. 50. vsq. ad 291.*

4 Sciendum est igitur ex eodem Suar. *vbi sup. de legib. d. c. 3. & 4. per totum.* duplicẽ posse fieri extensionem comprehensiuam, ex identitate rationis, necessitatis vnã congruitatis alteram.

Extensio comprehensiua necessitatis dr̃ quando est contra rectam rationem, vel contra prudentiam, seu iustitiam in quibusdam casibus ob talem rationem disponere, & non in omnibus æquè eam participantibus: vnde hæc extensio comprehensiua necessitatis tendit ad euitandam aliquam iniustitiam, seu absurditatem, vel circumuentionem, & fraudem legis. Exemplum sit *in c. cupientes. de elect. in 6.* vbi lex præcipiẽs vt quis accedat ad curiam, extenditur, vt intelligatur quoque præcipere nè inde recedat sine licentia, quia id dicitur ex mente *d. c. cupientes. in c. postquã. de elect. in 6.* aliàs absurditate non careret, & esset contra prudentiam.

5 Extensio verò comprehensiua congruitatis est, quando fit non ex necessitate: sed ex congruitate, quia scilicet, facilè verba illam extensionem complectuntur iustè, & sine inconuenienti, vt v. g. dixi *sup. dub. 37.* de electoribus, qui censentur prohibiti vti scientia confessionis in electione, quia sub nomine Superioratus comprehenditur electoratus iustè, & sine inconuenienti.

6 Extensio comprehensiua necessitatis nõ solùm sibi vendicat locum in fauorabilib. sed & in omnibus odiosis, & quantumuis pœnalibus; ita multis DD. citatis à Rodriquez. *tom. 2. q. 45. ar. 8. vers. sed cõtra hoc arguitur. & Farinac. infra citando. num. 136.* & Suarez. *in d. c. 4. num. 2. & 4.* Et quamuis verissimum sit, quod ipsemet asserit, nempè multò facilius fieri dictam extensionem necessariam, si verba in aliqua significatione saltem latissima possint casum comprehendere, vt per varia exempla demonstrat *c. 3. nu. 17. & seqq.* attñ semper mens legislatoris est præferenda verbis, etiam vbi est illis contraria. Dyn. *in c. fin. de reg. iur. in 6.* Oldr. *cons. 130. nu. 5.* & Rota *decis. 537. n. 10. p. 1. in recent.*

Neq. obstat *c. porrò. de priuil.* vbi deciditur à verbis, & tenore priuilegij nõ esse recedendum: Nam id intelligendum est, nisi aliud de concedentis mente constet. Et ita respondet latissimè multos alios referens Tiraquel. *in l. si vnquam. verb. libertis. n. 55. & 56. C. de reuoc. donat.* & Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. nu. 11.*

7 Extensio verò comprehensiua congruitatis habet locum solùm in fauorabilibus, & maxime in lege, quæ respicit fauorem animæ, quia huiusmodi lex per antonomasiam dr̃ fauorabilis Suar. *in d. c. 4. nu. 1. in fi.*

8 Secundum principale, quod agendum est pro resolutione propositæ difficultatis est aduertendum esse prohæmium constitutionum Papalium multum ponderari quotiescumque de interpretanda mente disponentis agitur gl. *in l. omnes populi. de iust. & iur.* quia ut notum est eius mentem declarat

clarat

tiam, ſeu abſurditatem, vel fraudem præcepti.

Ratio prioris partis huius illationis eſt quia lex pendet ex voluntate: voluntas aūt poteſt vnum velle: & non aliud; Qñ igitur non eſt diſparitas inter caſus expreſſos, & nō expreſſos, potuit vnum velle, ſ. expreſſum, & non alium, ideſt nō expreſſum, quia libera eſt electio legislatoris: Quando verò eſt aliqua diſparitas, quæ facilè euenire poteſt ex varijs circumſtantijs; ita vt magis vrgeat ratio illa generalis in caſu expreſſo, quā in nō expreſſo: tūc prudētiſſimè cenſendus eſt Legislator magis voluiſſe caſum expreſſum, quàm non expreſſum.

15 Ratio poſterioris partis d. illationis eſt, q a vbi interueniret iniuſtitia, vel fraus legis, ſeu abſurditas cōtra rectam prudentiā; tunc magis eſt attendenda mens Legislatoris, quàm verba, cum non intētio verbis; ſed verba intentioni deſeruire debeant. *c. marcion. 1. q. 1. c. humana. 22. q. 5. c. in his. c. intelligentia. et c. propterea. de verb. ſign. & c. fin. de reg. iur. in 6.* Etiam vbi eſt illis contraria, vt *ſup.* dictum eſt, &c.

DVBIVM CXXIV.

Quæ, & quanta ſit iuriſdictio Prælatorum Regularium in puniendis exceſſibus ſibi ſubditorum?

SVMMARIVM.

1 *Quæ delicta ſint communia, & quæ propria Monachorum?*

2 *Quomodo, & in quibus delictis ſit immediatus Iudex Prælatus conuentualis?*

3 *Quibuſdam caſibus exceptis, Regulares reguntur iuriſdictione Epiſcopali à Prouincialibus, & Generali.*

Ex quibus dignoſcatur iuriſdictio Epiſcopalis?

4 *Quomodo, & in quibus delictis poſſint cognoſcere Generalis, & Prouinciales cauſas fratrum ſubditorum?*

5 *In viſitatione quomodo procedatur?*

6 *Qñ, & in quib. delictis procedant Prælati conuentuales de iure communi. & ſecundum Regulam S. Auguſtini, & S. Benedicti?*

7 *Exponuntur c. nullam, & c. Abbates. 18. quæſt. 2.*

1 VPLICITER poſſunt conſiderari delicta in caſu, & ad effectū, de quò agitur iuxtà diſtinctionem Aegidij *conſ. 5.* quem ſequuta eſt Rota *deciſ. 15. num. 12. p. 1. in recent.* Primò, ſcilicet, vt ſunt propria Monachorum, quia contra Regulam, vel conſtitutiones Ordinis, &c. vt putà ſiquis Religioſus contra Regulæ inſtitutum abſtinentiam frangeret, vel contra conſtitutiones Ordinis ſilentium non retineret, vel cōtra Capituli, ſeu Prælati ſui diſciplinam ageret, & huiuſmodi, &c.

Secundò verò conſiderantur delicta, vt ſunt cōia, quia videlicet offendunt cōem cōuerſationē, & quò ad omnes ſunt delicta vt furtum, homicidium, & ſimilia.

2 In delictis ergo primi generis immediatus Iudex eſt Prælatus conuentualis priuatiuè ad Prouincialem, ſeu Generalem, quatenus extraiudicialiter hæc faciat; ſed ſolū per viā pœnitentiæ corrigat, & ſtatutis Regulæ, Capituli, & Superiorum ſuorum inhæreat, tàm in cognitione, quàm deciſione. Mareſcot. *lib. 2. var. reſol. c. 34. num. 129. 130. & 131.* Rota *deciſ. 78. p. 1. diuerſ. d. deciſ. 15. nu. 5. 6. 7. & 12. & deciſ. 30. num. 1. & 3. p. 1. in recent.*

3 Dixi *priuatiuè ad Generalem, ſiuè Prouincialem,* & non *ad Epiſcopum,* vt ijdem DD. citati loquuntur, quia hodie ferè omnes Regulares cum totaliter eximantur à iuriſdictione Epiſcopi, exceptis quibuſdā caſibus, iuxtà notata *dub. 51. nu. 13.* per conſequens loco Epiſcoporum habent Prouinciales, & Generalem.

Conſequentia patet nam iuriſdictio Epiſcopalis, vel quaſi Epiſcopalis probatur, prout reſoluit Rota *deciſ. 361. nu. 1. coram Card. Mantic.* ex iuriſdictione ciuili; & criminali, deputandi ſcilicet, Vicarios, Prætores, & Iudices abſque alicuius contradictione, & ſimiliter ex exercitatione iuriſdictionis Eccleſiſt. viſitandi Eccleſias ſuas, coercendi clēricos delinquentes, & de criminibus accuſatos: Et item probatur ex hoc, quia minor Epiſcopo cauſas criminales nō agit, vt firmat eadem Rota *d. deciſ. 15. nu. 8. p. 1. in recent.* quam ſequitur Mareſcot, *lib. 2. var. reſol. c. 34. num. 135.* Modò cum hæc omnia videamus quotidie exerceri tātummodò à Generalibus, & Prouincialib. clarum eſt ipſos loco Epiſcoporum regere ſibi ſubditos, vt concluſum eſt *d. dub. 51.*

4 In delictis ſecundi generis, & item quandocumque agitur in figura iudicij: tunc ad

ſolos

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM & verborum, quæ in hoc Tractatu continentur.

Numerus prior indicat Dubium; posterior verò numerum marginalem.

Ambitio.

Amens.

Amicus.

Amotio.

Animus.

Antecedens.

Antiquior.

Appellatio.

Arbitrium.

Archiepiscopus.

Assidere.

Authentica.

Author.

Authoritas.

Baptismus.

Col-

Con-

Contemptus.

Contradictor.

Contumax.

Conuentio.

Copula.

Corpore vitiatus.

Correctorium.

Correctus.

Criminale.

Criminosus.

Cuchus.

Culpa.

Curatus.

Custos.

Damascenus.

Debitum.

Decretum.

Decretum electionis.

Decretum irritans.

dum

Defensio.

Deliberatio.

Delinquens Delictum.

Dæmoniacus.

Denunciatus.

Derogatoria.

Deuolutio.

Diœcesis.

Dies.

Diffamatio.

Diffinitor.

Dignitas.

Dignus.

Discordia.

An

Ecclesia.

Electio. Elector. Electus.

Electiuum.

Episcopalis iurisdictio Episcopus.

An

Finis

d

Con-

Homicidium

Honor.

Horror.

Hymnus.

Idioma.

Idoneus.

Iesuitæ.

Ignorantia.

Illegitimitas.

Imperatiuum.

Incorrigibilitas.

Indignatio.

Indignus.

Ele-

Vide

Iu-

Locus.

Ludouisius.

Lupini.

Maius.

Maleficiatus.

Mandatum.

Manifestatio.

Manuale.

Materia.

Matrimonium.

Medi.

Apud

postmo

Presbyter.

Præsens.

Præsumpserint.

Princeps.

Priuatio.

Pro-

Sen-

Sors.

Species.

Statutum.

Stultus.

Stylus.

Subditus.

Subornatio.

Subrogatus.

Suffragium.

Superior.

Surdus.

Suspectus.

Suspensio.

Synodus.

Tacens.

Tantùm.

Tempus.

Terribilitas.

Testamentum.

Testis.

Tractatus.

Variatio.

Velle.

Venditio.

Venia.

Verba.

FINIS.

D.Homob.de Bonis Pœnit.pro Illustriss.Card.Archiepisc.

Imprimatur

Fr.Hieron.Onuphr.pro Reuerendiss.P.Inq.Bonon.



BONONIÆ. M, DC. XXV.

Apud Nicolaum Tebaldinum. Superiorum Permissu.

AD TRACTATVM
DE ELECTIONE, ETC.
F. Sigismundi Federici à Bononia Capuccini.
ADDITIONES.
Eiusdem Authoris.
Additio ad dubium tertium.

In fine dubij post vltima verba *tom. 5. disp. 40. sect. 8. num. 2.*

Hæc adde.

SEd obijcies cum Apostill. ad Panorm. *in c. sicut & alij de rescript. in 6. lit. E. in verb. non valeat.* verba priuatiua, quæ sonant in præsens non requirere sententiam; sed trahere secum executionem: quod dictum ipsi Apostillantes confirmant cum communi, quæ ita interpretatur verbum *non valeat* quod supra *num.* 5. ponderauimus.

Hæc obiectio iure merito nihil me mouet; nam si magis attenditur doctrina vnius in specie loquentis, quàm communis in genere. Naguzantius *in Sylua nuptiali lum. 8. num. 72.* Alphonsus Hoieda *de incompatib. li benefi. io 2. p. c. fin. num. 26.* & Gonzal. *supra reg. 8. cancell. §. 4. prohe. n. num. 43.* quantò magis erit attendenda communis quæ in specie ita interpretatur illud verbū *priuentur*, quàm singularis loquēs in genere? Et eò magis quò obiectio nititur falsæ confirmationi.

Et quòd sit singularis opinio, patet; nam vltra præallegatos, videri possunt etiā Panorm. *vbi supra apostillatur* Bart. *in l. 1. num. 11. vers. in contrarium, ff. de iur. codicill.* Ludouic. *cons. 362. num. 27. lib. 3.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 46. num. 29.* & Rota *decis. 48. num. 8. coram R. P. D. Coccino Decano* ex quibus habetur verba subiunctiui modi siuè sint præsentis temporis, siuè præteriti imperfecti, semper comprehendere tempus futurum *per l. si ita quis. §. scia. ff. de verb. oblig.*

Et item quòd nitatur falsæ confirmationi, certum est: DD. enim interpretantes illud verbum *non valeat* à nobis quoq; ponderatum cum eis *supra num.* 5. non simpliciter asserunt illud verbum *non valeat* trahere secum executionem ipso iure; sed talem effectum importare affirmant illam clausulam *Aliter electio facta non valeat*, quia habet vim decreti irritantis, cui nemo illum effectum denegat, vt ibidem dictum est.

Additio ad dubium septimum.

Post num. 5. linea tertia, post illa verba *id expressè ab eis non habetur.* Hæc adde.

ET huc maximè confert quod post nonnulla disposita circa electiones Regni Franciæ subiungitur in Conc. generali Lateranen. vlt. sub Leone X. *sess. 11. fol.*

A *mihi*

mihi 167. col. 2. circa med. in tom. 3. impress. Venet. Per præmissa autem non intendimus in aliquo præiudicare Capitulis Ecclesiarum, Conuentibus monasteriorum, & Prioratuum huiusmodi priuilegia à Sede Apostolica proprium eligendi Prælatum obtinentium, quò minus ad Electionem Episcoporum, ac Abbatum, & Priorum iuxta priuilegia eis concessa liberè procedere possint iuxta formam in eorum priuilegijs contentam: & si in eorum priuilegijs forma aliqua expressa non fuerit: tunc Concilij generalis c. quia propter seruare teneantur. Omnis ergo &c.

Additio ad dubium XIII.

In fine num 2. post illa verba *in proœm. §. 3. num. 4.*

Hæc adde.

NEq; obstat distinctio illa Ant. à Butr. *in cap. bona num. 84. de elect.* & aliorum quos refert, sed non approbat Archid. *in d. c. quamquam num. 2. de elect. in 6.* nempè deuolui quidem electionem ad superiorem proximè immediatum in casu negligentiæ: At deuolui postea ad Papam in casu delicti, vt est quando electores sunt priuati ipso iure ex eo quòd scienter elegerint indignum, vel quando sunt priuati per sententiã, ex eo quod electionem celebrarint nõ seruata forma *c. quia propter de elect.* Nam respondeo talem distinctionem attendi in electione Episcopatuum, non autem in electione Prælatorum Regularium, qui non subduntur immediatè Sedi Apostolicæ, vt sunt Prouinciales qui subsunt Generali, & Priores qui subsunt Prouinciali &c. Si verò huiusmodi Prælati Regulares essent immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, vt sunt Generales Religionum exemptarum, tunc bene illa electio deuolueretur ad Sedem Apostolicam tanquam ad immediatum superiorem. Hæc responsio expressè habetur *in d. c. quamquam iuncta glos. in fig. casus in princ. & in verb. in inferioribus de elect. in 6.* Et ita tenet Archid. *vbi supra* vbi multos alios cumulat. Anchar. *ibid. num. 3 vers. vltimò vt scias.* Et communiter recentiores.

Neq; huic responsioni refragatur authoritas Rotæ *in Treueren. Abbatiæ S. Maximini. 24. Nouembris 1624. coram R. P. D. Coccino Decano,* vbi in terminis de electione Abbatis allegatur præfatus tex. *c. quamquam de elect. in 6.* his verbis *Imò si est nulla ob non seruatam formam c. quia propter de elect. potestas prouidendi deuoluta est ad Sedem Apostolicam, tam vigore iuris communis vt est tex. expressus in sup. quamquam de elect. in 6.* Nam respondeo eandem Rotam *in eadem causa 24. Ianuarij. 1625. coram eodem* se explicasse subdens *quod licet ille textus procedat in electione Episcoporum, habere tamen locum etiam in alijs beneficijs Sedi Apostolicæ subiectis*, quod dictum confirmat authoritate dictæ glos. *in eundem tex. in fig. casus.* Vnde cum vulgatum sit Doctorem esse intelligendum secundum iura quæ allegat Bart. *in l. mutui solutio S. liberationis num. 7. ff. de liberat. legat.* Rota *decis. 291. in fin. coram eod. R. P. D. Coccino Decano,* & tex. *c. quamquam iuncta glos.* expressis verbis contineat supradictam responsionem, per consequens eadem responsio manet firma.

Additio ad dubium. XV.

In fine dubij post vltima verba *volunt.c.8.num.845.*

Hæc adde.

ET identitas rationis consistit in hoc, quia vtraq; vox est ius priuatum sicuti de voce passiua probatum est *dub 66.num. 2. in fi.* & de voce actiua quæ competit ratione specialis fraternitatis vltra huc vsq; dicta in hoc dubio patet etiam ex *dub. 1 omnino. 2.* Et quamuis vox actiua, etiam quæ competit ratione specialis fraternitatis dicatur quandoq; à DD. ius publicum: tu tamen vide quomodo id accipiendum sit in *dub. 37. num. 6.* Vnde cum nullum adsit ius disponens contrarium vbi militat vna, & eadem ratio; militat quoque eadem iuris dispositio per latè dicenda *dub. 123.*

Quòd autem nullum adsit ius contrarium disponens, probatur: solet enim ab aliquibus allegari *c. ecclesia vestra 2. de elect.* sed ineptè quidem ad propositam questionem allegatur; nam præterquamquòd posset dici cum Hostiensi *ibid.* illud quod habetur in illo textu vsque ad vers. *nos igitur* non esse verba Papæ; sed verba partium, & ideò nihil concludere: Attamen, estò veritate illęsa, aliquid probet, vt sentiunt alij quos refert Panor. *ibid. num. 10. in fin.* dico ibi quæstionem haberi de electore absente, quo non vocato sed contempto celebratur electio, qui casus est diuersus à præsenti quæstione: & in hoc sensu allegatur communiter a DD. & maximè à Siluest. *tit. electio 1. num. 6. §. quintum electorum* his formalibus verbis *Electorū si quis contemptus, nec ad electionem vocatus est, ad petitionem eius cassanda est: potest tamen eam ratam habere si vult eod. tit. c. sicut. quia non est irrita ipso iure, sed irritanda illo prosequente iniuriam: aliàs, non. ext. eod. tit. bona quia quilibet renunciare potest iuri suo C. de pact. l. si quis in conscribendo. Et talis, quod postea fit per alios, impugnare non poterit. Si tamen talis accedat electione nondum facta, admittendus est in omnibus quæ restant facienda circa illam ext. eod. Ecclesia vestra 2.*

Solet etiam à quibusdam allegari *cap. vbi periculum §. si verò de elect. in 6.* Sed hic textus non refragatur: tum quia ibi sermo habetur de electione summi Pontificis, circa quam multa sunt specialia vt docet Hostiensi *in c. nisi cum pridem num. 50. de renunciat.* tum verò in primis, quia ibi non disponitur de eo qui renunciauit liberè & voluntariè voci suæ; sed de eo qui renunciauit voci suæ propter infirmitatem: & in hoc sensu instituta est quæstio à glos. *ibid. verb. sanitatem.* Et hoc idem nos concedimus, cum scilicet qui propter infirmitatem nolens inclusus stare, renunciat voci suæ, posse eam reassumere si redierit, quia cū renunciatio sit strictissimè interpretanda, vt dictum est supra *num. 7.* censetur non renunciasse liberè: sed tantùm existente impedimento infirmitatis: eo autem sublato, censetur etiam cessare renunciatio. Et item ibi habetur sermo de eo, qui superuenit post terminum conuocationis elapsum. De eo verò qui spontè & liberè renunciauit, quod est illud de quo in hoc dubio disputamus, potius videtur ibi haberi contrarium *in §. sanè* nempè non esse admittendum inuito Superiore qui renunciationem acceptauit. Et verba textus sunt hæc. *Sanè si aliquis ex prædictis Cardinalibus conclaue prædictum, vt supra exprimitur, non intrauerit, aut intrans absq; manifesta causa infirmitatis exierit. Ipso minimè requisito: nec in eiusdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad eligendum, substituendum Pontificem liberè procedatur. Si verò infirmitate superueniente idem conclaue ex eis aliquem exire contingat: ipsa etiam infirmitate durante poterit eius suffragio non requisito procedi. Sed si ad illos post sanitatem sibi redditam, seu ante redire voluerit, vel etiam alij absentes quos per decem dies diximus expectandos superuenerint re integra,*

re integra, videlicet antequam eidem Ecclesia sit de Pastore prouisum in eodem negotio in illo statu, in quo ipsum inuenerint, admittantur &c.

Additio ad dubium XIX.

Post num. 6. linea 3. post illa verba *qualitate scandali inde insurgentis.*

Hæc adde.

DIxi merito *quidquid sit de his iuribus, quæ sunt specialia &c.* nam illa pragmatica sanctio, est Bituricensis constitutio Regni Franciæ, quæ *manifeste schismatica* appellatur à Leone X. in Conc. generali Lateranen. vlt. *sess.* 11. *fol. mihi* 177. *col.* 1. *in tom.* 5. *Conc. impresso Venetijs*, & propterea non solum eam reprobauit, stirpitusq; abrogauit Ludouicus XI. Francorum Rex Christianissimus, prout apparet ex eius litteris, quarum tenor refertur in eodem Concilio *sess.* 4. *sub Iulio* 2. Verum etiam idem Leo X. sacro eodemmet approbante Concilio *vbi supra in d. sess.* 11. eãdem pragmaticam sanctionem, eiusq; approbationem tacitam, vel expressam, & in ea contenta omnia, & singula etiam inserta quæcunq; reuocauit, irritauit, annullauit, ac damnauit &c.

Neq; illud nos mouere debet (inquit idem Pontifex *ibidem paulò ante nempè fol.* 176. *col.* 2. *ante med*) *quòd sanctio ipsa, & in ea contenta in Basileensi Concilio edita, & ipso Concilio instante a Bituricensi Congregatione recepta, & acceptata fuerunt; cum ea omnia post translationem eiusdem Basileensis Concilij per Re. mo. Eugenium Papam quartũ etiam prædecessorem nostrum factam à Basileensi Conciliabulo, seu potius conuenticula, quæ præsertim post huiusmodi translationem, Concilium amplius appellari non merebatur facta extiterint. ac propterea nullum robur habere potuerunt.*

Tandem honestum &c.

Additio ad dubium LII.

Post num. 5. linea 11. post ea verba *quod sane verissimum est.*

Hæc adde.

VT liquet ex hac declaratione Sacræ Congregationis: Quæsitum enim fuit ab ea: *instante libertate electionis liceat Prælato Superiori proponere duos, vel tres, ex quibus necessariò vnus eligatur?* Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum *censuit non licere.*

Robertus Cardin. Vbaldinus.

Locus ✝ sigilli.

Hoc autem intellige dummodò memorata &c.

Additio ad dubium LXI.

In fine dubij post vltima verba *electio* 2. *q.* 19. *num.* 26.

Hæc adde.

PRo hac limitatione facit quòd ex delictis Administratorum, vel Præsidentiũ non punitur vniuersitas, vt colligitur ex *l. ex dolo* 5. *de dolo autem decurionũ ff. de dolo.*

dele. & ratio est, quia in generali mandato eis ab vniuersitate dato non veniunt illicita ff. qua in fran. cre. l. si pater & videtur casus c. veniens de Simo & c. dilectus. eo. tit. & c. graue, de sent. excomm. vbi licèt ipsi Præsidentes puniantur; non tamen vniuersitas nisi mandaret, vel ratum haberet, vt ibi not. Innoc. & Oldrad. cons. 66.

Additio ad dubium LXXVI.

In fine numeri 8. post illa verba vbi supra c. 18. in fin.

Hæc adde.

NON obstat secundò confirmationem non posse verè dici ex certa scientia, nõ obstante appositione dictę clausulæ, nisi totus tenor priuilegiorum innotuerit Papæ Rota decis. 981. num. 2. coram Card. Seraph. & decis. 666. nu. 7. p. 1. in recent. per verba textus c. si Apostolica de praben in 6. ibi Nosq; postmodum plena de his facta narratione. Nam respondeo tenorem priuilegiorum innotuisse Papę dici ad effectum vt confirmatio censeatur emanata ex certa scientia, quando in eisdem confirmationibus inserta, & narrata est substantia ipsorum priuilegiorum Rota decis. 192. num. 3. p. 1. decis. 339. num. 2. p. 2. in recent. & decis. 222. nu. 1. coram Card. Mantic. & licèt id non fiat de verbo ad verbum; attamen idem importat illa generalis clausula in eisdem confirmationibus apposita ac si de verbo ad verbum insererentur & in his essent inserta præsentibus pro sufficienter expressis habentes dicta authoritate Apostolica &c. & ita apertè colligitur ex Rota d. decis. 666. num. 2. p. 1. in recēt. & ex dictis sup. dub. 69 nu. 12. in fin. Maximè verò hæc postea procedũt adiecto decreto irritanti in eisdem confirmationibus, & sublata quorũ tenores &c. Rota d. decis. 339. num. 3. p. 2. in recent vt re vera adiecta sunt his verbis. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quouis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ per quoscumq; quomodolibet indebitè molestari, quinimmò quidquid in contrarium attentari, vel fieri continget, omnia semper in pristinum reponi. Et post pauca. Non obstantibus &c. alijs Apostolicis constitutionibus &c. cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, restrictiuis, reseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quorũ omnium &c sequitur postea amplissima & specifica, ac indiuidua derogatoria cum pregnantissimis clausulis; ita vt nullo modo videatur posse vocari in dubium, quin supradicta priuilegia Regularium non fuerint reconualidata per dictas confirmationes, cum verè dicantur emanatæ ex certa scientia per has hucusque ponderatas clausulas. Vnde hoc supposito manet firmum easdem confirmationes importare effectum reconualidandi priuilegia, & vltra supra allegatos DD. nu. 7. sustinent etiam Rota d. decis. 192. num. 2. in fin p. 1. & d. decis. 339 num. 3. in fin. p. 2. in recent. & d. decis 222. per totam coram Card. Mantic.

Et hæc quò ad casum in cuius terminis versamur, nempè de reconualidandis priuilegijs facientibus facultatem Prælatis Regularibus dispensandi illegitimos: Secus enim dicendum fuisset (opinor) si fuissemus in terminis priuilegiorum, quę de facili non conceduntur, & sunt præiudicialia ipsi concedenti, vt est v. g. ius conferendi beneficia reseruata &c. & ratio est, quia ista requirunt maiorem, & clariorem expressionem, quam alia; non enim censetur Pontifex sub inuolucro verborum sibi præiudicare velle Bald. in c. veniens num. 4. de iureiur. nec regulis Cancellariæ Sarnen. in proban. regul. q. 5. num. 2. Felin. in c. nonnulli num. 7. de rescript. Rota d. decis. 666. num. 8. p. 1. in recent. Nec item præsumitur Princeps absq; expresso consensu præiudicare velle suę Cameræ Castr. cons. 84. num. 4. lib. 2. & maximè sub inuolucro verborum recipiente iuris disputationem, per quam Princeps facilè posset circumueniri,

cumueniri, vt dicunt Roman. *cons. 326. num. 12. vers. & huius* Felin. *in c. dilectus. lib. 1. de rescript. num. 10.* Gram. *cons. 66. num. 19.* & Rota. *decis. 555. nu. 10. p. 2. in recent.*

Immò secus etiam dicendum fuisset (opinor) si fuissemus in terminis priuilegiorum, quæ cum magna difficultate conceduntur, & in quibus agitur de præiudicio tertij, licèt non essent præiudicialia ipsi Concedenti, nisi de eis esset facta specialis mentio in dictis confirmationibus: Priuilegia enim respectu præiudicij tertij sunt strictè intelligenda, vt minus, quàm fieri possit, præiudicent, vt per Oldrad. *cõs. 268. num. 1. & 2.* Panor. *in c. licet num. 2. de decim.* Roman. *cons. 180. num. 11.* Dec. *in c. cum ordinem in princ. de rescript.* Rota *decis. 827. num. 1. coram Card. Seraph.* Vnde hac ratione tenet priuilegia Religiosis concessa super exemptione decimarum non venire in communicatione priuilegiorum, nisi de eis fiat specifica mentio Rota *decis. 605. per totam coram Card. Seraph. decis. 279. num. 3. & 4. coram R. P. D. Coccino Decano, &* *decis. 214. num. 5. p. 2. in recent.* in quibus decisionibus aliæ multæ decisiones allegantur. Et hinc apparet non ita de facili approbandum esse quod scribunt Rosell. & Rodriq. relati à Suar. *de legib. d. lib. 8. c. 19. num. 1.* videlicet per similem confirmationem restitutum esse minoribus priuilegium exemptionis à solutione quartæ canonicę portionis, quod fuerat reuocatum per *clem. dudum. de sepult.* Sed de his satis, cum à proposito nostro nimis deuiare videantur.

Deniq; aduertendum est &c.

Additio ad dubium LXXXIX.

In fin. num 2. post illa verba *de matrim. lib. 11. c. 4. num. 3.*

Hæc adde.

ET Rota *decis. 484. num. 1. coram R. P. D. Coccino Decano* vbi *num. 2. & 3.* definitur furiosum esse mentecaptum cum sæua dementia, & quadam veluti rabie: Mentecaptum verò esse cum quieta dementia. Bald. *in l. humanitatis num. 15. vers. venio ad quartum notabile. C. de impub. & alijs substit.* sequitur Fulgos. *cons. 79. num. 1. vers. nam eleganter.*

Et hic per mentecaptos &c.

Additio ad dubium XCI.

In fine num. 2. post illa verba *Tridentino sess. 22. c. 4. de reform.*

Hæc adde.

FVNDAMENTVM harum declarationum est doctrina, quam supra innui *dub. 76. num. 8.* tradi à Rodriq. *tom. 1. q. 8. art. 6.* approbata à Suar. *de legib. lib. 8. c. 18. in fin.* nempè in duplici differentia se habere decreta Concilij Tridentini prout ad rem nostram spectat: In aliquibus enim decretis ipsius Concilij derogatur expresè priuilegijs, & consuetudinibus etiam Regularium: In alijs verò licèt disponatur contra eorundem Regularium priuilegia; non tamen ipsis derogatur: Vnde optimè infert Rodriq. de mente doctissimorum virorum priuilegia Regularium aduersantia Concilij Tridentini decretis in primo modo non subsistere, & de his intelligenda est exceptio apposita in confirmationibus priuilegiorum Regularium. *Quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersentur.* Alia verò priuilegia aduersantia Concilij decretis in secundo modo benè subsistunt nec tolluntur per dictam

clausulam

clausulam in memoratis confirmationibus appositam. Modò in dicto c. 4. sess. 22. de reform. duo decreta habemus. Primum est tenoris sequentis: *Quicumq; in cathedrali, vel collegiata, sæculari, aut Regulari Ecclesia divinis mancipatus officijs in subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesijs in capitulo non habeat, etiamsi hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum.*

Aliud decretum sic se habet. *ij verò qui dignitates, personatus, Officia, præbendas, portiones, ac qualibet alia beneficia in dictis Ecclesijs obtinent, aut imposterum obtinebunt quibus onera varia sunt annexa*. ... *quocumq; ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate sint insigniti, teneantur iusto impedimento cessante infra annum ordines suscipere requisitos. Alioquin &c.*

Vnde sit conclusio priuilegia Regularium, seu consuetudines non tolli per primum decretum, quia in ipso non derogatur eis: & ita in terminis sustinet Rodriq; *vbi proximè supra §. partis inferius.* Et item sit alia conclusio priuilegia, & consuetudines Regularium tolli per posterius decretum, quia in ipso expressè eis derogatur. Et hoc est quod firmabo in sequenti dubio.

Sed his dictis &c.

Additio ad dubium XCV.

In fine dubij post illa verba vltima *vocandis dub. 10. per totum.*

Hæc adde.

Dixi *cum iniusta priuatione*, quia si vltra iniustam priuationem interueniant alia, aliter erit sentiendum, vt est in exemplo allato de Generali præcipiente secretò scrutatoribus vt non recipiant vota &c. nam ibi quia vltra iniustā priuationem, tollitur etiam libertas illorum eligentium qui suffragati fuerant illi postmodum iniustè priuato impeditur consensus naturalis electionis, & deniq; contra dispositionem *cap. quia propter de elect.* celebratur scrutinium idcirco talis electio est ipso iure nulla.

Et quòd tollatur libertas illorum electorum &c. patet, quia non solum coarctantur ad eligendum aliquem certum, & determinatum, quo casu electio non dicitur libera *dub* 52. sed quod magis est per fraudem circumueniuntur, & inuiti coguntur ad neminem eligendum.

Quòd impediatur consensus naturalis, ex eo maximè probatur, quia supposito scrutatores de mandato Generalis inhabilitare illum, qui iam electus est à maiori parte capituli, per consequens electio quæ postea de alio celebratur peccat in iure naturali. Ponamus enim v. g. ex triginta electoribus quibus collegium constat quindecim suffragatos fuisse P. F. Zoilo, & altero superueniente qui velit suffragari eidem P. F. Zoilo, per quod votum iam electio habebat fundamentum naturale, scrutatores tunc temporis dicant illi electori nomine Generalis P. F. Zoilum esse priuatum. Non nè peccabit hæc electio in iure naturali, sicuti & illa altera de qua dictum est *supra num.* 5?

Et tandem quòd celebretur scrutinium non seruata forma *c. quia propter de elect.* liquidò constat, quia si aliquis ex præsentibus contemnatur, & inuitus ad suffragandum non admittatur, talis electio est contra intrinsecam formam electionis, præscriptam *in d. c. quia propter* ibi *vota cunctorum diligenter exquirant.* Specul. *tit. de elect.* §. 1. *vers. si ergo vtam* Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 27. num. 1. & 2.* & Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 5. num. 14.* de mente Parnomitani. Sed in casu nostro omnes illi electores qui suffragati sunt P. F. Zoilo contempti sunt, & inuiti non sunt admissi ad suffra-

ad suffragandum, dum per fraudem circumuenti sunt ad suffragandum inutiliter, arg. eorum quæ dicta sunt *dub.* 29. Ergo contra dispositionem *c. quia propter de elect.* fuit celebrata electio. Ergo est nulla ipso iure.

Et tandem pro corroboratione omnium hìc dictorum libet referre eundem penè casum, qui propositus, & resolutus fuit hoc anno 1625. à Sacra Congregatione hoc modo Quæsitum enim fuit. *An in electione Superiorum Regularium Præsidens Capituli possit præcipere scrutatoribus sub præcepto Sanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ sententiæ, nè recipiant suffragia oretenus tradi solita pro aliquibus vltra certum numerum electioni insufficientem; sed eo completo dicant electoribus ad aures (vt seruari dicitur) vt dent alijs eorum vota. Et an electio hoc modo celebrata sit valida?* Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum *hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali consensui aduersatur omninò improbauit, censuitq; electiones hactenus celebratas, si scrutatores præcepto superioris obtemperantes singulorum eligentium vota non receperint, pro canonicis non haberi.*

S. Cardin. S. Susannæ.

Locus † sigilli.

Prosper Fagnanus.

Additio ad dubium. CXX.

In fine numeri tertij post illa verba *sup. dub. 106. num. 2. Ergo &c.*

Hæc adde.

ET ita in terminis quòd Religiosi possint renunciare suis priuilegijs, si concernunt solummodò ipsorum fauorem; non autem fauorem Papæ, post Ioan. And. *in c. cum tempore de arbitr.* notant Franch. *in c. 1. de pact. in 6. nu. 1.* ibiq; Gemin. *num.* 5. Et omnes clausulæ appositæ in priuilegijs censentur habere clausulam, *quatenus pars vti velit.* Oldrad, *cons.* 206. Sarnen. *de triennal. q. 94. num. 11. & de annat. q. 4. num. 4.* quem cum alijs præallegatis allegat, & approbat Rota *decis.* 229. *in fin. p. 2. in recent.*

Tota verò difficultas &c.



